Verbum fiat denotat gratiam de præſenti. Finis. num. 21.

Verbum fiat in reſcriptis pleniſſimam denotat principis voluntatem. Finis, nu. 18

Verbum fiat prægnans eſt verbum. Finis num. 19.

INDICIS FINIS.

COMMENTARIA
AD CONSVETVDINES AVERSANAS.

AVTHORE
NVNTIO PELLICIA V. I. D.

Cum Additionibus eiuſdem Authoris.

Quibus acceſsit interpretatio capit. 1. de ſucceſsio. feudi. Eximij Iuriſc. Bartholomæi Camerarij.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITA.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo quid ſit, eiuſque definitio.*
2 *Conſuetudo vnde dicatur, eiuſque ethymologia.*
3 *Conſuetudo quid ab vſu, ſtilo, ſtatuto differat.*
4 *Stilus quid ſit.*
5 *Statutum quid ſit.*
6 *Conſuetudo ſit ne ius ciuile an prætorium?*
7 *Conſuetudini ineſt bonum, & æquum.*
8 *Ius eſt ars æqui & boni.*
9 *Conſuetudo iniuſta non eſt conſuetudo, ſed vetuſtas erroris.*
10 *Conſuetudo quid differat a ritu, morib. ſolito conſueto?*
11 *Conſuetudo redacta in ſcriptis non deſinit eſſe conſuetudo.*
12 *Conſuetudo tanquam notoria nõ indiget probatione.*
13 *Conſuetudo producta in alio tribunali producitur, vt inſtrumentum.*
14 *Conſuetudo non releuat ab onere proponendi.*
15 *Conſuetudo eſt ius municipale, & ſecundum eam iudicandum.*
16 *Conſuetudo inducitur à maiori parte, & quomodo.*
17 *Conſuetudo fortior eſt gratia principis.*
18 *Conſuetudini ſicut matri debetur reuerentia.*
19 *Conſuetudo quomodo, & qualiter probanda.*
20 *In probanda conſuetudine non admitti articulos generales.*
21 *Et deponant teſtes de actibus vniformibus.*
22 *Nec de actibus varijs & diuerſimodis obſeruatis.*
23 *Conſuetudo ex archiuo publico non eget probatione.*
24 *Et tanquam notoria allegari poteſt.*
25 *Licet probandi ſint actus eſſe factos in vim conſuetudinis.*
26 *Conſuetudo excludẽdi fœminas ſtantib. maſculis probatur ſi id expreſſim in vim conſuetudinis.*
27 *Non ſufficit probatio ad id ſimplicis poſſeſſionis maſculorum.*
28 *Conſuetudo quod primogenitus, ſuccedat in feudo probãda in competentia aliorũ fratrũ exiſtentium.*
29 *Conſuetudo probanda per teſtes conteſtes, non ſingulares.*
30 *Conſuetudo quanto tempore inducatur?*
31 *Et an ſpatio 10. annorum inter præſentes viginti inter abſentes?*
32 *Populus ſemper eſt idem, vniformis & præſens.*
33 *Longum tempus cenſetur decem annorum.*
34 *Tempus longiſſimum eſt 30. annorum quo tuti ſunt fures.*
35 *Opinionum diuerſitas circa tempus inducendæ conſuetudinis, quando dubia eſt populi voluntas.*
36 *Secus ſi clara, tunc enim inducitur conſuetudo, quæ dicitur expræſſi conſenſus.*
37 *Populus Auerſanus non habet poteſtatem condendi ſtatuta, niſi a Principe confirmata.*
38 *Populus non recognoſcens ſuperiorem condit ſtatuta, citra tamen ſuperioris, ſeu Principis confirmationem.*
39 *Conſuetudinis dubietas ceſſat ex antiquiſſima præſcriptione.*
40 *Conſuetudo ſine ſuperioris confirmatione non eſt tantæ authoritatis.*
41 *Populi ſubiecti ſibi legem condere non poſſunt.*
42 *Conſuetudo ſtricte interpratanda, nil in ea ſupplendum.*
43 *Conſuetudo approbata, & confirmata per Principem, per alium tolli non poteſt.*

44 *Conſuetudo vbi non diſponit, nec nos diſponimus.*
45 *Conſuetudo ad vnguem eſt ſeruanda.*
46 *Ac tenaciter obſeruanda.*
47 *Conſuetudo recipit interpretationem paſſiuam.*
48 *Conſuetudinis verba vbi ſunt clara, nil addendum, ſupplendumuè eſt.*
49 *Conſuetudini tenaciter inhærendum, nec ei addendum, nec interpetranda aliter quo loquatur*
50 *Conſuetudines non redactæ in volumen egent aliquali probatione, ſecus verò ſi ſint publicata, & notoria.*
51 *Conſuetudo valet abſq; ſuperioris authoritate, operatur tamen confirmatio vt reuocari non poſſit.*
52 *Contractus recipit vim à conſuetudine.*
53 *Conſuetudinem inter ſeſe inducere poteſt vna familia.*
54 *Conſuetudo inducitur etiam ſine actu, & frequentia iudiciali.*
55 *Conſuetudo non valet niſi inducta, & obtenta in contradictorio iudicio.*
56 *Conſuetudo tollitur per actus contrarios.*
57 *Non tamen per vnicum actum pluribus actibus contrarium.*
58 *Niſi cum vnico actu pluribus contrario concurrat idem tempus quo fuit inducta.*
59 *Conſuetudines diuerſæ ſunt vniformes, nec inter ſe ſe differentes.*
60 *Sermo indefinitus æquipollet vniuerſali.*
61 *Quodlibet quarterium, ſeu regio ciuitatis dicitur ciuitas.*
62 *Villa, & pars caſalium conſtituit ſyndicum etiam inuita Ciuitate.*
63 *Nobilitas inuita plebe, & è conuerſo.*
64 *Populus vnus eſt, quamuis in plures curias dipartitus.*
65 *Conſuetudo ciuitatis vtrum extendat vires ſuas ad comitatenſes, caſtra, & vicos ciuitati ſubditas?*
66 *Conſuetudo vtrum obſeruanda in Curia Eccleſiaſtica?*
67 *Conſuetudo laicorum vtrum liget clericos?*
68 *Conſuetudo laicorum non ſtringit clericos in foro laicorum litigantes.*
69 *Clericus an ſit, & dicatur ciuis, & de vniuerſitate.*
70 *Officialis & prælatus, an veniat appellatione ciuis?*
71 *Clericus coniugatus nunquid ligetur conſuetudinibus laicorum?*
72 *Clerici coniugati retinent tantum priuilegium fori, & c. ſi quis ſuadente diabolo, 17. q. 4.*
73 *Conſuetudo vtrum ſtringat aduenas, exteros?*
74 *Exteri contrahentes ligantur conſuetudine ciuitatis.*
75 *Exterus qui venit ad habitandum ſubditur cenſuræ conſuetudinis.*
76 *Conſuetudo vtrum liget ciues foris habitantes.*
77 *Conſuetudo vtrum liget ciues contrahentes extra ciuitatem?*
78 *Contrahens matrimonium in ciuitate, vbi habitabat, deinde alio domicilium transferat, quod domicilium attendatur?*
79 *Ciuis nouiter aſcriptus, an habeatur pro vero ciue, vt etiam ſubdatur conſuetudini ciuitatis in qua eſt aſcriptus?*
80 *Et an id procedat ſi per ſtatutũ eſt allectus in ciuẽ?*
81 *Et an teneatur ad onera ciuitatis?*
82 *Contractus initus ſecundum conſuetudinem ciuitatis, deinde contrahens alio ſe transferat, vbi eſt diuerſa conſuetudo, vel viget ius commune, vtrum eximatur a cenſura conſuetudinis?*
83 *Iudæi vtrum ligentur conſuetudine patria?*
84 *Iudæi viuunt iure Romano.*
85 *Iudæi comprehendũtur inter ciues quo ad onera.*
86 *Conſuetudo an liget habitatores? & quis dicatur habitator?*
87 *Habitantes lege ciuitatis obligantur.*
88 *Ciuis vt quis dicatur, non ſufficit naſci, ſi alibi domicilium habeat.*
89 *Caſtrum vel villa nouiter conſtructa, vel etiam vnita, vtrum ſubdatur conſuetudini ciuitatis cui vnitur?*
90 *Caſtrum vnitur ciuitati, vel vt acceſſorium, vel vt principale.*
91 *Conſuetudine iudicandum inter ciues etiam coram alio iudice quàm ciuitatis.*
92 *Conſuetudo diuerſa exiſtente in domicilio viri, & vxoris, quæ attendatur in reſtitutione dotis? ad l. exigere dotem, ff. de iud.*
93 *Locus contractus regulariter eſt attendendus, non tamen hoc procedit in contractu dotis reſtituendæ, num. 94.*
95 *Limitationes, & declarationes remiſſiuè ad tex. in l. exigere, ff. de iud.*
96 *Textus in l. exigere de iudi. non vendicat ſibi locum in ſponſa.*
97 *Diſpoſitio tex. in l. exigere, ff. de iudic. eſt exorbitans.*
98 *Conſuetudo ligat infantes, minores, & furioſos.*
99 *Conſuetudo vbi viget poteſt dici ius commune.*
100 *Statutum de compromiſſo inter coniunctos litis decidendæ, ſecundum ius commune, intelligitur ſecundum ius conſuetudinarium?*
101 *Conſuetudo ſicut ius ciuile allegari, & in libello non deducta, in articulis deduci, & articulari poteſt.*
102 *Conſuetudo quæ ſit attendenda, cum diuerſa ſit in foro actoris, rei, & iudicis.*
103 *Conſuetudo vim ſuam extendit etiam ad particularia.*
104 *Liber cenſus & redditus eccleſiæ, capituli, vel canonicorum fidem facit ex conſuetudine.*
105 *Si non quo ad plenum ius, ſaltem in poſſeſſorio.*
106 *Conſuetudo ligat fiſcos, ne dum priuatos.*
107 *Conſuetudo ligat etiam inclitos filios Regis.*
108 *Ciuitas dicitur quaſi ciuium vnitas.*
109 *Ciuitas apud vulgum dicuntur muri ac ędificia.*
110 *Ciuitati non muris dicitur fieri mandatum.*
111 *Ciuitas dicitur quæ habet epiſcopum.*
112 *Vrbis appellatione an veniant ſuburbia.*
113 *Vrbs proprie dicitur, quę clauditur murorum ambitu.*
114 *Vrbis appellatione large veniunt ſuburbia, quando alias diſpoſitio redderetur eluſoria.*
115 *Ciuitas, oppidum, caſtrum, quid inter ſe differant?*
116 *Ciuitas interdicta, an extendatur ad ſuburbia.*
117 *Ciuitas interdicta habetur pro mortua.*
118 *Et perdit priuilegia.*

119 Et per coniurationem ſubijcitur aratro.

120 Ciuitate deſtructa, amittuntur priuilegia.

121 Id tamen ſi ex delicto, ſecus ſi iniuria temporis.

122 Nec ea recuperat etiam ſi reędificetur.

123 Ciuitas, vicus, villa, pagus, caſtrum, oppidum vnde dicantur?

124 Muri ciuitatis, an poſſint reparari ſine ſuperioris licentia?

125 Et an refici inconſulto principe.

126 Ordo ſeruandus in ædificanda ciuitate.

127 Ciuium appellatione, an veniant ſpurij?

128 Ciuitas num poſſit de iure, quem ciuitati aſcribere?

129 Ciuis nouiter aſcriptus, an teneatur ad onera prætenſa?

130 Ciuis vere, an dicatur qui allicitur in ciuem?

131 Auerſana ciuitas ex priuilegio allicit in ciues.

132 Nobilitatis cetui num popularis alliei poſſit?

133 Princeps ſolus confert nobilitatem.

134 Theſauri dignitatum ſunt penes Principem.

135 Factum dicitur ab omnibus id quod ſit a maiori parte.

136 Dignitas ſeu nobilitas quid, vnde oriatur, qualiter acquiratur?

137 Vtrum ex diuitijs?

138 Vtrum ex legali ſcientia?

139 Nobilitas an perdatur per ingreſſum Monaſterij?

140 Monachus non deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.

141 Sed quærit etiam ciuilitatem loci, in quo ſitum eſt Monaſterium?

142 Popularis, an efficiatur nobilis ſi creatur Comes?

143 Nobilitas non naſcitur in ictu oculi.

144 Tamen mutatur ſtatus in meliorem per acquiſitum feudum.

145 Notarius, vel epiſcopus non deſinit eſſe per adeptam dignitatem.

146 Pedona effecta regina non deſinit eſſe Pedona.

147 Incola quis efficitur ciuitatis, ſi in ea habet maiorem partem ſuarum fortunarum.

148 Incola præſumitur ſi probetur aliquid poſſidere in ciuitate.

149 Ciuilitas amittitur per deportationem.

150 Cadauer deportati inconſulto Principe in ciuitatem deferri nequit.

151 Ciues ut oneribus ſic honoribus ciuitatis gaudent.

152 Curatores ſeu deſenſores Ciuitatis, quomodo eligantur?

153 Et quod ſit eorum officium remiſſiue.

154 Deſenſores ciuitatis ad id munus non admittuntur, niſi elapſo quinquennio.

155 Deſenſores ciuitatis non excuſantur à muneribus realibus, ſecus à perſonalibus.

156 Deſenſores ciuitatum non ſe excuſant, niſi ex cauſa legitima.

157 Deſenſores ciuitatis an præſtent iuramentum?

158 Decretum iudicis non requiritur in creatione deſenſorum ciuitatis, ſed confirmentur per ſuperiorem, ſeu Ill. Proregem, num. 159.

160 Decurionibus, ſeu ſindicis vniuerſitatis defertur adminiſtratio inſolidum.

161 Quod intelligit author in minimis negotijs, ſecus in grauibus.

162 In negotijs graue præiudicium vniuerſitati importantibus, deliberatio requiritur, quæ per vnum fieri non poteſt.

163 Ciues an poßint contrahere cum ipſa vniuerſitate, & licitari gabellas, & an per interpoſitam perſonam.

164 Vniuerſitas quando dicatur delinquere, & ex delicto obligetur, & quando.

165 Conſuetudo in honorantijs ſeruanda eſt, &c. 169

166 Nobiles præcedere debent alios, & quare.

167 Nobilitas amittitur per exercitium mechanicę, & artis uilis.

168 Nobilitas non amittitur ſi proprijs manibus in proprijs poſſeſſionibus laborent.

170 Decanus in capitulo Auerſano eſt maior dignitas poſt Pontificalem.

171 Decanus eſt caput collegij alios authoritate, & iudicio præcellens.

172 Decanus habet primas ſalutationes, primam vocem.

173 Decanus in capitulo habet primum locum.

174 Archidiaconus de iure communi eſt prior poſt epiſcopum.

175 Cantoris in ecclesia quale ſit munus? & eius officium?

176 Cantoris officium dignius eſt decanatu, cum epiſcopus celebrat. hoc tamen ex more.

177 Cantoris dignitas ſeu officium poſt decanum in eccleſia Auerſana alios præcellit.

178 Cantoris officium alios præcellere conſuetudine induci poteſt.

179 Dignitas cantoratus in Hadua galliarum Vrbe eſt prima poſt decanatum.

180 Natus in villa vel caſtro cenſetur de ciuitate.

181 Natus in villa dicitur originarius ciuitatis.

182 Ciuium appellatione in materia odioſa, an veniant comitatenſes.

183 Nati in ciuitate admittuntur ad honores, & collegium, cum quis vxorem prægnantem ducas ad ciuitatem.

184 Nati in ciuitate, in qua pater geſſit officium, dicuntur nati in eorum patria.

185 Ciuium appellatione veniunt clerici.

186 Clerici neceſſitatis tpe ad quæ munera teneãtur?

187 Ciuium nullus eſt exemptus à murorum cuſtodia.

188 Patriam ſuam, vt propriam ſalutem, quis tueri debet.

189 Pia cauſa dicitur ſi relinquatur ad refectionem murorum ciuitatis, vel caſtri.

190 Deo, patriæ & parentibus debetur ſupremum obſequium.

191 Legatum ciuitati poteſt conuerti in vſum, & reparationem ciuitatis, vel mœnium ex iuſta cauſa.

192 Monaſteria, & clerici non excuſantur à conſtructione, & reædificatione mœniorum.

193 Muri, & portę ciuitatis dicuntur ſancti.

194 Edificare in muris ciuitatis non permittitur.

195 Muros ciuitatis tranſcendere belli tempore, pœna eſt capitis.

196 Ciuitas non dicitur rebellis, ſi exercitui potenti non potuit reſiſtere.

197 Domus priuati capi poteſt, pro ampliandis mœnibus, quæ ſi iterum ampliarentur, domus illa reddetur priori domino.

198 *Claues ciuitatis portarum, debent eſſe apud ſeniorem.*

199 *Niſi ciuitas, vel caſtrum eſſet recomendatum alteri, tunc enim debent eſſe penes cuſtodem Caſtri.*

200 *Inſtrumentorum cuſtodia pœnes maiorem ex fratribus.*

201 *Auerſana ciuitas originem ducit a Cumis.*

202 *Auerſana ciuitas vixit legibus quandoque Normandorum.*

203 *Normandia prouincia Franciç.*

204 *Auerſana ciuitas iura Longobarda reſpuit.*

205 *Auerſana ciuitas, multis gaudet prærogatiuis.*

206 *Epiſcopus Auerſanus eſt exemptus ex priuilegio,*

207 *Epiſcopus Auerſanus in prouinciali concilio primus ſedet.*

208 *Patria nobili nato redundat in gloriam.*

209 *Aſſignare idem ſignificat quod conſignare.*

210 *Conſuetudines iſta quid induxerint in aſsignatione dotis.*

211 *Conſuetudo induxit, vt vera conſignetur dos, non autem militet in dote promiſsa.*

212 *Et quo ad lucrum dotis non ſufficit dotis promiſſio.*

213 *Conſuetudo Auerſana, quæ induxerit remiſſiue.*

214 *Conſuetudo Auerſana induxit lucrum dotis marito in certis caſibus.*

215 *Maritus prole non ſuſcepta, reſtituit dotes hæredibus mulieris defunctæ retento ſibi lecto.*

216 *Item reſtituet res mobiles vti reperiuntur tempore ſoluti matrimonij.*

217 *Item mortuo marito reſtituuntur dotes, vna cum iocalibus à marito factis quantumuis ſint pretij, & valoris; ſi tamen medietatem valoris dotium minime excedant.*

218 *Mulier viro mortuo, donec dotes reſtituantur, debet habere victum, & veſtitum, & alia neceſſaria.*

219 *Mulier pendente reſtitutione dotium, ſi vult alimenta remittere, vel ad ſecunda vota migrare, percipiet fructus de rebus pro dote obligatis.*

220 *Mulier elapſo anno à die ſoluti matrimonij, vel habebit dotes, & dodarium lucrifactum, vel aſſignabuntur tot bona viri, vel ſoceri, de quibus ſit ei ſufficienter cautum.*

221 *Dos eſt ius vniuerſale, eiuſque ponitur diffinitio.*

222 *Dos dicitur etiam ſi matrimonij onera non ſubſtineat.*

223 *Dos dicitur ẽt ſi fuerit promiſſa, nondum tradita.*

224 *Dos exigi põt ex ſola ꝑmiſſione, licet olim ſecus.*

225 *Dos reſtituta, an proprie dicatur dos?*

226 *Pretium in dote ſuccedit loco rei.*

227 *Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei, niſi in certis caſibus.*

228 *Pretium ſuccedit loco rei in dote, & id ſpeciali fauore dotis.*

229 *Id tamen duobus concurrentibus.*

230 *Pretium ex re ſtabili dotali ſuccedit loco rei, nec maritus lucratur, quamuis alias lucretur dotes in pecunia.*

231 *Libellus generalis procedit, vbi dos petitur.*

232 *Fructus percepti lite pendente veniunt eadem dotis actione, non autem iudicis officio.*

233 *Licet ſecus ſit in alijs iudicijs particularibus.*

234 *Sententia condemnatoria ad dotes valet, licet quantitas non exprimatur.*

235 *Iura dotalia, quæ ſint?*

236 *Res & merces emptæ de pecunia dotali, nunquid ſuccedant loco dotis.*

237 *Res empta de pecunia dotali non eſt dotalis, niſi in ſubſidium.*

238 *Dos dicetur in pecunia, etiam quod ſit conuerſa in emptionem ſtabilium.*

239 *Annui redditus empti, ex pecunia dotali, an reſtituantur ſtatim.*

240 *Dotis priuilegia remiſsiue.*

241 *Dotis titulus ſit ne lucratiuus, an oneroſus?*

242 *Dotis contractus, an ſit iuris gentium?*

243 *Dotis contractus, an ſit nominatus.*

244 *Dos profectitia quæ?*

245 *Dos aduentitia quæ?*

246 *Pater cogitur dotare filiam.*

247 *Pater in præiudicium fraudemuè creditorum dotare an poſſit?*

248 *Filiam tenetur dotem reſtituere ſoluto matrimonio creditoribus fraudatis.*

249 *Pater non tenetur redotare filiam dote dolo, vel lata culpa abſumpta.*

250 *Quod limita, ut num. 250.*

251 *Pater, an cenſeatur dotare filiam de bonis proprijs, an de bonis filiæ?*

252 *Pater naturalis, an teneatur dotare filiam?*

253 *Pater naturalis tenetur alere filiam, quæ non habet vnde ſe alat.*

254 *Pater naturalis tenetur dotare filiam pro modo alimentorum.*

255 *Dos ſuccedit loco alimentorum.*

256 *Auus an teneatur dotare neptẽ ex filio, & quando.*

257 *Auus ſic tenetur dotare neptem ſi filius ſit inops.*

258 *Patruus, vel auunculus non tenetur dotare neptem.*

259 *Patruus cohabitans cum fratre præſumitur dotare de communi.*

260 *Frater dotare tenetur ſororem inopem.*

261 *Clericus de fructib. beneficij tenetur dotare ſororẽ.*

262 *Id reſtringe in ſorore germana, vel conſanguinea.*

263 *Frater tenetur dotare ſororem vterinam pauperem tamen, cui alimenta præbere.*

264 *Frater dotando ſororem, cenſetur dotare de bonis communibus cum eadem.*

265 *Dos cenſetur data animo compenſandi.*

266 *Mater an teneatur dotare filiam?*

267 *Frater an iterum dotare ſororem teneatur?*

268 *Pater & filius confeſſi recepiſſe dotem, an teneantur in ſolidum?*

269 *Onus patris dotandi filiam, an tranſeat ad hęredes?*

270 *Pater, an minorem dotem pro filia monacanda legare poſſit?*

271 *Mulier minor vnica hæres patris, an poſsit omnia dare in dotem?*

272 *Pater an teneatur dotare filiã ĩuito patre nuptam?*

273 *Mulier permittẽs ſe oſculari, an priuetur ſpe dotis?*

274 *Filij an mortua matre agant ad dotem contra patrem diſſipatorem?*

275 *Promiſsio dotis facienda ad libitum, ſi in teſtamento legetur poſt nonaginta ſex annos, an maritus ſtatim petat?*

276 *Dos confeſſata, an habeat priuilegia uera dotis?*

277 *Dos an ſuccedat loco legitimæ?*

278 *Dos quanta ſit in muliere nupta?*
279 *Dos ſi conſiſtat in pecunia qualiter ſit aſſecuranda?*
280 *Dos innupta eſt in legitima, non vltra.*
281 *Dos quando conſtitui poſſit conſtante matrimonio?*
282 *Vtrum dote promiſſa non ſoluta vir poſſit vxorem à domo expellere?*
283 *Quid ſi aufugerit à domo viri ob verbera? teneatur redire praſtita cautione?*
284 *Quid ſi vir teneat domi concubinam.*
285 *Filia ſi cedat omnia iura, quæ habet in hæreditate patris, an cenſeatur cedere iura dotis maternæ?*
286 *Filia renuncians, an faciat partem alijs fratribus in legitima.*
287 *An maritus, & vxor poſſit fundum dotalem dare in dotem communi filiæ?*
288 *Iudæus, an teneatur dotare filiam Chriſtianam.*
289 *Presbyter ſi dotauit filiam, an ſucceſſor beneficij reuocet.*
290 *Vtrum confeſſio mariti dotis recepta teneat?*
291 *Vtrum cenſeatur facta in fraudem creditorum?*
292 *Dos quando dicatur inofficioſa?*
293 *Stipulatio, an cenſeatur interceſſiſſe in contractu dotis.*
294 *Priuilegia dotis ratione fori, inſtantia, perſonæ?*
295 *Mulier ſterilis, an habeat priuilegia dotis?*
296 *Dos & alimenta, an pari paſſu ambulent?*
297 *Dotis cauſa, an dicatur pia?*
298 *Vtrum priuilegium dotis in tacita hypotheca, et prælationis tranſeat in extraneum?*
299 *Dotis priuilegium, an habeat locum in dote confeſſata?*
300 *Dotis in ſtabilibus dominium ſoluto matrimonio, an tranſeat ad mulierem?*
301 *Dos putatiua, an habeat priuilegia veræ dotis?*
302 *Filiafam. vtrum de dote poſſit teſtari de conſenſu patris?*
303 *Vtrum pater poſſit emancipare filium ad finem teſtandi?*
304 *Patria poteſtas eſt indiuiſibilis.*
305 *Quis non poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario.*
306 *Filiafamil. an in dote perfectitia habeat hæredem?*
307 *Dos profectitia tranſit ad hæredes filios filiæ?*
308 *Inſtrumentum dotis, vtrum probet matrimonium?*
309 *Mulier, an poſſit renunciare iure hypothecę dotis.*
310 *Et quid, ſi maritus tempore renunciæ habeat alia bona, non tamen tempore diſſoluti matrimonij.*
311 *Mulier ſemel dotata, & amiſſa dote, an excludatur a ſucceſſione?*
312 *Quæſtio pulchra, an concurrat neptis ex filio cum amita?*
313 *Et quid ſi fuerit dotata à patre communi.*
314 *Dodarium quid ſit?*
315 *Dodarium ſuccedit in locum donat. propter nuptias.*
316 *Conſuetudo Auerſana à iure Francorum deriuat.*
317 *Dodarium de iure Francorum, id quod donatio propter nuptias de iure communi.*
318 *Donatio propter nuptias, non debet excedere, nec excedi a dote.*
319 *Mulier quæ minus dat, minus lucratur.*
320 *Donat. propter nuptias non lucratur mulier, niſi uir lucretur dotem.*
321 *Dotem non lucratur uir de iure communi, niſi ex pacto de lucrando.*
322 *Donatio propter nuptias non fit ad lucrum mulieris, ſed vt ſit ſecurior.*
323 *Donatio propter nuptias, etiam de conſenſu mulieris alienari non poteſt.*
324 *Donatio propter nuptias ad virum redit, ſicut dos ad mulierem.*
325 *Niſi pactum expreſſum intercedat de ea lucranda.*
326 *Donatio propter nuptias cauſatur titulum conſeruatiuum, non lucratiuum.*
327 *Donatio propter nuptias ſicut dos petitur conſtante matri. viro vergente ad inopiam.*
328 *Donatio propter nuptias ſemper conſtituitur poſt dotem.*
329 *Donatio propter nuptias dicitur antipherna.*
330 *Dodarium conſtituitur ad lucrum, & commodum mulieris.*
331 *Atque etiam vt mulier ſit tutior in dote.*
332 *Dodarium non excedit dotem, imò in dubio eſt medietas dotis.*
333 *Maritus de iure tantum dare cogitur de donatione, quantum ipſe accepit de dote.*
334 *Diſpoſitio authentica, Dos data, C. de donatio. ante nup. hodie non eſt in vſu.*
335 *Donatio propter nuptias de iure cenſetur conſtituta æquiualens doti.*
336 *Dodarium per has conſuetudines conſtituitur pro medietate dotis.*
337 *Dos a don. propter nuptias in quo differat?*
338 *Mulier non lucratur fructus donationis propter nuptias conſtante matrimonio.*
339 *Mulier cum ſit domina rei donata propter nuptias, habet tamen tacitam hypothecam.*
340 *Morgincap. dicitur à viuentibus iure Longobardorum.*
341 *Sponſalitia largitas quid?*
342 *Quarta quæ debetur coniugi inopi, quæ ſit?*
343 *Differentia inter donatio. propter nuptias, antifatum, dodarium remiſſiue.*
344 *Quarta de iure conſuetudinario fideliſſimæ ciuitatis Neapolis quæ?*
345 *Dodarium ſecundum has conſuetudines dicitur ſiue conſtituatur in feudo, ſiue in allodio.*
346 *Dodarij conſtitutio, & eius forma.*
347 *Dodarium lucratur mulier, ſecundum has conſuetudines quo ad vſumfructum, & proprietatem etiam ſtantibus filijs.*
348 *Mulier an lucretur dodarium promiſſum conſtitui, non conſtitutum?*
349 *Formę conſtituendi dodarium, an renunciari poſſit?*
350 *Dodarij in ſtabilibus conſtitutio facta a minore num teneat.*
351 *Dictio, alius, eſt repetitiua ſimilium.*
352 *Emergentia, incidentia, & dependentia quæ ſint?*
353 *Annexorum, & connexorum idem eſt iudicium.*
354 *Socius in re cōi propter ſocium acquirit ſeruitutem.*
355 *Idē iuris in fratribus, quorum vnus eſt clericus.*
356 *Priuilegium conceſſum minori extenditur ad maiorem ratione connexitatis.*
357 *Cauſa continentia quot modis dicatur.*

Conſuetudines obtentæ, & approbatæ, in Ciuitate Auerſana, in aſſignatione dotium, lucrifactione, & reſtitutione ipſarum, Conſtitutione dodarij, & ipſius lucrifactione, & alijs ex eiſdem contingentibus.

Conſuetudines. Hæc dictio prouocat nos ad quærendum, quid ſit cõſuetudo? & quamuis varij varias aſſerant definitiones, vt per Gratianum in cap. conſuetudo. 8. diſt in. Innocent. in rub. ext. eo. Hoſt. in ſum. eo. §. quid ſit, Panor. & cæteri. in rubr. Rocc. de Cur. in c. fin. illo tit. & alij in varijs locis, Barto. tamẽ, cuius ſententiã ſequimur in l. de quib. ff. de leg. ita diffi
1 ni. † Cõſuetudo eſt ius
nõ ſcriptum, moribus, & vſu populi vel maioris partis initiatum, introductum, & continuatum, habens vim legis, quam definitionẽ omnes tenent ſecundum Angel. in §. ex non ſcripto. Inſti.
2 de iure nat. gent. † & ciui. dicitur autem conſuetudo à duabus dictionibus corruptis con, ſcilicet, quod eſt ſimul, & ſuetudo, quaſi communis vſus, vt dicit tex. in d. c. conſuetudo. 8. diſtinct. quæ quandoque ſonat nudum factum. l. 3. §. fin. C. de epiſ. aud. l. 1. C. de ſerui. l. 1. cõm. de manu. l. ſuper creandis. C. li. 10. de iur. fiſci. l. vt Alphenus. ff. de verb. ſigni. quandoque ſonat ius. d. §. ex non ſcripto. & l. 1. C. quæ ſit long. conſuetu. l. prima, ff. de legi. licet ea in facto conſiſtat.
3 Differt † autem ab vſu, ſtilo, & ſtatuto; ab vſu nempe tanquam cauſa à cauſato, & eius effectu, quia per vſum inducitur conſuetudo:
4 item à ſtilo, † cum ſtilus propriè dicatur circa ea quę tangunt modum ordinandi acta iudicialia: idque à ſtilo, id eſt penna quo ſcribuntur. l. 1. C. de ſacr. ſan. eccleſi. facit l. 2. C. de vet. iur. enucl. §. ſed ſi. de quo plenius p Aretin. in d. §. ex non ſcripto. col. 2. 3. Fely. in cap. 2. extr. de tre. & pace. omnino in iudicijs obſeruandus. l. obſeruandum. ff. de iudic. Barto. in l. iuris peritos. ff. de excuſ. tuto. a ſtatuto itidem differens, cum
5 ſtatutum expreſſo, † conſuetudo autem tacito populi conſenſu inducatur. l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. & d. §. ex non ſcripto. inter ſeſe differentia reſpectu modi, & formæ. Bald. in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet. ac maioris authoritatis, quam ſtatutum. teſte Alex. in conſ. 52. Incip.
6 viſis his. volu. 6. † An autem conſuetudo ſit ius ciuile vel prætorium, tangit Bald. in l. fin. col. 5. C. vnde legitimi. concludens, quod aut fuit inducta conſuetudo per officiales terrarum, & dicetur ius prætorium, an à populo, & cenſebitur ius ciuile, igitur cum hæ conſuetudines a populo Auerſano fuerint inductæ, merito dicentur ius ciuile, non autem prætorium, ſequitur Bal. Caſ. ad cõſuet. Burg. circ. procem.
7 Dicitur † in definitione ius, ergo in ea includi-
8 tur bonum, & ęquum. ius. n. eſt ars æqui, & boni. l. 1. §. ius. ff. de iuſtit. & iur. alias non eſſet con-
9 ſuetudo. † ſed vetuſtas erroris. viij. diſt. ca. conſuetudo. & c. eod. tit. lib. 6. vbi vide, & ſicut pernicioſa euitari deberet. capit. mala autem, ead.
10 quæſtione, & cau. Quomodo † autem differant conſuetudo, obſeruantia, ritus, mores, deſuetudo, ſolitum & conſuetum, late diſcutit Curt. in capitu. fina. extra. eod. ad quem breuitatis cauſa lectorem remitto. Dicitur non ſcriptum, nã in ſui primordiali introductione non requiritur ſcriptura, cũ veniat tacito cõſenſu populi, ſecus tamen quo ad ſui reformationem, & ad futurã rei memoriam, & innuitur in fi. harũ conſuetudinum, ibi, ad
11 perẽnem † rei memoriam, nec per huiuſmodi ſcripturam deſinit eſſe conſuetudo, nec dicitur ius ſcriptum, Bal. in l. 1. C. ad Velle. Iac. de S. Georg. in l. de quibus, ff. de legi. licet ex hac ſcriptura bene inducatur notorium non indigens probatione, ſecundum Bal.
12 ibi, colu. fi. & † quod tamquam notoria non indigeat probatione, idem Bald. affirmat in ca. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & Card. in capitu. fina. extra eodem, ſicut ſi quis allegaret, ff. vetus, vel Codicem, Bald. in conſ. 208. incip. eundum eſt. volum. 3. Monſer. in rubr. ff. de oper. noui nun. nume. 66. Barb. conſil. 33. columna penul. lib. 1. Philip. Dec. conſil. 445. numero 10. & producta
13 in alio tribunali, † producitur tanquam inſtrumentum publicum, Zabar. conſ. 72. numero 14.
14 tamen non releuat ab onere proponendi, † licet releuet ab onere probandi, glo. in clemen. appellanti, de appellat. Bartol. in l. penult. ff. de exceptio. Ex quo fit, vt dicantur hæ conſuetudines
15 ius municipale huius ciuitatis, † & ſecundum eas iudex iudicare debet, Caſſan. in conſue. Burgun. in procе. col. 4. vbi vide Alfan. collect. iur. c. 483.
Dicitur autem moribus, & vſu populi, vel maioris partis, quia debent ad hoc vocari om-
16 nes de populo, † ſed duæ partes adeſſe, & maior pars illarum duarum partium nobilitate dignitate, & ſcientia, ff. quod cui. vni. nom. l. nulli, vbi no. & glo. conſuetud. Neap. in procem. illarum conſuetudinum, num. 17. prout ſic ciues Auerſani ſecerunt, quia de conſenſu omnium factæ ſunt, vt dicitur in fine harum conſuetudinum, & ex his verificatur diffinitio Barto. Denique dicitur, vim legis habens, nam quantę ſit authoritatis, dicit tex. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & c. in his. & cap. conſuetudinis, 11. diſtinc. Panorm. in cap. conſuetudo, extra eodem, & di
17 cebat Bald. quod fortior è conſuetudo, † quàm gratia principis, in c. 1. de natu. feud. & ꝙ conſuetudini ſicut matri debetur reuerentia, Bald. in
18 conſ. 185. columna 2. volum. 1. & † quod magna ſit vis conſuetudinis, teſtatur Luc. de Pen. in l. miſſi opinatores, C. de exact. tribu. libro 10.
¶ Si quæritur, quomodo, & qualiter proban-
19 da ſit conſuetudo? † dic, quod probatio nõ debet eſſe generalis, & incerta, vt puta ſic eſſe conſuetum, vel ſic eſſe de conſuetudine, ſed de actibus reſpicientibus caſus conſuetudinis, & de tempore

pore

pore, ex quibus inducitur conſuetudo, vt tradit
Cyn. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. colum. 12.
Bal. in l. de quibus. colum. 15. ver. poſtremo qua
liter, ff. de legi. Alexan. conſ. 45. col. 1. & conſ. 131.
colum. pen. vol. 2. Corn. conſ. 293. col. 4. lib. 1.
Curt. iun. conſil. 184. Amplius dico, quod non
ſolum non probant teſtes, ſic genericè depo-
20 nentes, † imo nec admitti debent articuli gene
rales, quibus deducitur ſic generaliter, ita eſſe
de cõſuetudine, niſi in ſpecie articulẽtur actus,
ſuper quibus conſuetudo ſeruata ſit, cum tem-
poris diuturnitate. Oldrad. conſ. 254. quia tota.
colu. 2. & pulcherrime omnium tradit Bellam.
conſ. 27. vtrum prior. colum. 2. dubio 2. & Aim.
Crauet. conſ. 134. columna 3. num. 6. Secundo
21 requiritur, † quod teſtes ſe reſtringant, atque
deponant de actibus vniformibus, & inſuper
de pluribus actibus. vt per Aimo. conſ. 313. nu. 4.
22 non autem de actibus varijs, † & vario modo
23 obſeruatis. † Aym. conſ. 96. nu. 6. quibus equi-
dem hæ noſtræ conſuetudines probationibus
non egent, cum extractę ſint ex publico ipſius
Ciuitatis Archiuo. plene probant. Authent.
ad hæc. C. de fid. inſtr. & cum ſint redactę in
24 publicam ſcripturam, † tanquam notorię allega
ri poſſunt, nulla indigentes probatione, vt ſu-
pra dictum eſt, & dicetur inferius. Non tamen
eſt omittendum, quod actus pręmiſſi proban-
25 di ſunt eſſe factos in uim conſuetudinis. † An-
char. in conſilio 333. pro maiori intelligentia.
colum. 5. vbi exemplificat in conſuetudine ex-
cludendi fęminas propter maſculos, non ſuffi-
26 ciat probare † quod maſculi excluſerunt fęmi-
nas ſimpliciter, niſi probetur quod excluſe-
rint in vim illius conſuetudinis: nec ſequitur,
maſculi excluſerunt fęminas, ergo probata
eſt conſuetudo eas excludendi, quia potue-
runt excludere ex cauſa teſtati, vt puta per te-
ſtamentum maſculi eſſent prælati, ac inſtituti,
fęminis excluſis, vt voluit Corne. conſilio 125.
27 col. 2. † ad fi. lib. 4. & ſic ſecundum prædicta non
ſufficeret probare ſimplicẽ poſſeſſionem ma-
ſculorum, niſi probetur, ex qua cauſa poſſede-
runt, & quod in vim allegatæ conſuetudinis,
Aimo. conſ. 171. nu. 14. ſicut etiam non probatur
28 conſuetudo, † quod primogenitus ſuccedat in
feudo, niſi probetur in ſpecie ſucceſſiſſe in com
petentia aliorum fratrum, quandoque ſuper-
exiſtentium. Andr. de Iſer. in cap. Imperialem. §.
Præterea ducatus. nu... de prohi. feu. ali. per Frid.
29 Inque † ea probanda debere eſſe teſtes conte-
ſtes, non autem ſingulares, vt per Philip. Deci.
in conſ. 215. vbi quod eſt cõis opinio. vide de
prædictis latiſſime Iacob. Meno. lib. 2. centur. 1.
quæſt. 81. cũ ſequentibus. de arbitr. iudi. quæſt.
30 Quanto † autem tempore inducatur con-
ſuetudo? in hoc variauerunt doctores, nos au-
tem breuiter, & concluſiue loquendo, præ-
mittam quod l. de quibus. ff. de legi. dicit, in-
ueterata conſuetudo alibi diuturna. l. diutur-
na. ff. de legi. ſed tempus non determinauit
lex, ex quo dixerunt aliqui, quod ſit in iudi-
cis arbitrio, prout ſenſit glo. conſ. Neapol. in
proœ. nu. 35. Alij requirunt tempus decem an-
31 norum inter pręſẽtes, † viginti inter abſentes, vt
nota. in d. l. diuturna. quod non placet, cum
32 ſemper ſit † idem populus præſens, & vnifor-
mis, l. proponebatur. ff. de iudic. Iccirco Ioan.
33 dixit, † decem annorum tempus ſufficere, cum
longum tempus cenſeatur eſſe decem annorũ.
Inſtit. de vſucap. in princip. & in rub. C. de præ-
ſcrip. long. tempor. Alij requirunt tempus 30.
34 annorum. tali enim tempore tuti ſunt fures † &
malęfidei poſſeſſores. l. ſicut. C. de præſcri. trig.
vel quadragin. ann. Alij tempus, cuius princi-
pij non extat memoria, vt not. in d. l. inuetera-
35 ta. l. de quibus. ff. de legi. & † quippe proce-
dit hæc opinionum diuerſitas, quando eſt du-
bia, ac voluntas populi ſimiliter dubia, ſecus
ſi clare populus, vel ciuitas conſentiendo aſſe-
reret ſe velle, illud pro conſuetudine ſeruari,
36 tunc † enim eſſet conſuetudo expreſſi conſen-
ſus, non taciti, ſecundum Napoda. in proœm.
conſuet. Neapo. numero 50. & hoc clare innuit
textus in d. l. de quibus, ibi, nam quid intereſt
an ſuffragio populus voluntatem ſuam de-
claret, an rebus ipſis, vel factis? pro vt ſic expli-
cari poteſt in præſentibus conſuetudinibus
Auerſæ, quæ conſenſu omnium factæ ſunt,
vt in earum fine dicitur, quæ clauſula tollit du-
bium prædictum ac diuerſitatem opinionum
præallegatarum, cum de introductione harum
cõſuetudinum conſtet per expræſſam volunta-
tem, & conſenſum ciuium, vt in d. l. de quib.

Dubium tamen remaneret in hoc, quia po-
pulus Auerſanus non habuit poteſtatem con-
37 dẽdi ſtatuta, niſi a principe confirmata, † & pro
inde non potuit inducere conſuetudines ſine
ſcientia principis. Alex. conſ. 173. num. 8. volumi
ne 6. Corn. conſ. 193. columna 10. verſic. nec ob-
ſtat dicta obſeruantia, volu... quod ſecus eſſet in
38 populo non recognoſcente ſuperiorem, † & non
egente principis confirmatione, quod pro regu
la tradit Duen. regu. 141. conſuetudo. Roland.
a Valle. de lucr. dot. quæſ. 99. nume. 12. quia pri-
mo caſu requiritur tempus annorum quadra
ginta, nec ſufficit decennale, vt per Aret. conſil.
23. colum. 4. verſicu. ſed quando vniuerſitas. vbi
dicit, quod ſic notabiliter diſtinguit Bald. ſi is
recte inſpiciatur, in rubr. C. quæ ſit long. con-
ſue. vide Duen. reg. 140. Bart. in conſ. 136. Lapus
in fine. ſequitur Aimo. de antiq. temp. in 4. part.
in princip. in 45. differentijs. num. 7. & ſeq. Ceſ-
39 ſat igitur ex prædictis difficultas, & † dubietas ha
rum conſuetudinum ex antiquiſſima, & im-
memorabili præſcriptione, cum vigeant ex
tanto tempore, & ſecundum eas ſemper iudica-
tum, & in iudicio frequenter obtentum, vt dici-
tur in verb. obtentæ. quoniam ſic ſemper, vt per
eas diſponitur, eſt iudicatum, & obtentum, non
ſemel, ſed bis & pluries. facit l. obtinuit. ff. de con
di. & demon. ſequitur in textu.

Et Approbatæ. Approbatæ dupliciter ta
cito vel expreſſo populi conſenſu, vel etiam
ab ipſo Rege tunc regnãte, de qua approbatio-
ne

ne, & confirmatione ſubijciuntur verba Ci-
nium pro approbatione ſupplicantium, quæ
ſubnectuntur,& ſunt videlicet: Deuotiſſime ſup
plicatur præfatæ veſtræ Maieſtati pro parte Auer
ſanorum omnium prædictorum, quod digne-
tur ipſa veſtra benigna Maieſtas ad abundantio-
ris cautelæ ſuffragium, quæ in cunctis prodeſſe,
& non officere cõſueuit, eiſdẽ vniuerſitati, & ho
minibus ciuitatis veſtræ Auerſæ,& omnium ca
ſalium eius prædictorum confirmare, ratificare,
& acceptare, ac de nouo concedere omnes,& ſin
gulas eorum conſuetudines infraſcriptas Auer
ſanas, vſque in præſentem diem ab antiquiſſi-
mis temporibus inter eos obſeruatas,& per præ-
deceſſores reges,& regias Maieſtates veſtras rati
ficatas, acceptatas,& confirmatas in matrimo-
nijs, videlicet inter eos, vel alios contractis, &
contrahendis, prout, & quemadmodum in ip-
ſis infraſcriptis cõſuetudinibus inter Auerſanos
pręſcriptos obſeruatis continetur ad plenum,
cuius conſuetudinis Auerſanæ in dictis matri-
monijs contractis,& contrahendis tenor, & ſe-
ries per omnia ſeqnitur in hunc modum.

Hactenus verba ſunt ſupplicationis pro habẽ-
da confirmatione,& iam habita dum enarratis
conſuetudinibus ſequitur confirmatio per ſub-
40 ſequens verbum Regis, † Fiat. nec enim ſine hu-
iuſmodi confirmatione, tantæ fuiſſent autho-
ritatis. per l. ſi quid extraordinarium. C. de lega.
lib. 10. vbi Barto.& Ioan. de Plat.& in §. iuſiuran
dum verò. in Authen. de defen. ciuit. Anchar. in
capitu. canonum ſtatuta. de conſtit. Bertran. con
41 ſil. 48. li. 1. † maxime in populis ſubiectis, qui ſibi
legem, non vſqne adeo ſibi condere poſſunt.
vt per Arn. Ferro. in princip. ad conſuetu. Burde-
42 ga. Operatur etiam, vt approbatę, † & cõfirmatæ
per principem, per alium tolli non poſſunt, per
uulg. regulam, cuius eſt condere, eius eſt tollere,
& eodem vinculo qno ligamur abſolui debe-
mus. l.& ſi nuptijs. cum ſimil. C. de nupt. Caſſ.
rub. 4. §. 7. colnmna 4. Circa vero conſuetudinis
43 interpretationem nihil in ea eſt ſupplendum, †&
ſtricte interpretãdum, maxime cũ de ea agitur,
quæ contra eſt ius commune, vt per Bart. in l. ſi
quis hoc interdicto. ff. de itin. actu. priua. & in
auth. qui rem. in fin. C. de ſac. ſan. eccl. Inno. in ca.
tua nos. de decim. Paul. de Caſtr. in conſil. 340.
quia ſupra, colum. 2. in fin. lib. 2. Bald. in conſil.
275. quod per regula. circa fin. par. 2. & quod vbi
44 nõ diſponit, nec nos diſponere debemus. † Aim.
conſ. 30. nume. 5. nec eſt extendenda. Benedic.
in cap. Raynutius, in verbo,& vxorem nomine
Adelaſiam, deciſ. 5. num. 167. extra de teſtam.
45 & ad vnguem obſeruanda † quia eſt actus practi
cus. Bal. in l. quicunque, col. 7. uerſic. ſcias autem
46 quod C. de ſerui. fug. † ac tenaciter obſeruanda.
Bald. in cap. 1. de his, qui feu. dar. poſſ. tamen re-
47 cipit interpretationem, † & extenſionem paſ-
ſiuam: Bartol. in l. omnes populi. ff. de iuſt. &
iur. & per Ozaſcum, qui coaceruat omnes in
48 deciſ. Pedemont. 142. num. 1. † & vbi verba con-
ſuetudinis ſunt clara, nihil eſt ſubaudiendum
nec addẽdum, nec debemus addere ad textum,
nec requirere plusquam litera requirat, illique
49 tenaciter inhærẽdum, † nec illi addere, nec detra
here nec aliter interpretari quam loquatur, Bal.
in l. maximum vitium. columna penultima,
C. de lib. præ. & in capitulo ſignificante. extra
de appella. Alber. in prima parte ſtatu. quæſt. 1.
Tiraq. in l. ſi vnquam, num. 4. cum ſequ. C. de re
uoc. donat. & adde prædictis, quod cum con-
50 ſuetudines non ſint redactę in volumen, † ſed di-
ſperſę, nec in aliquod volumen redactę egent ali-
quali probatione; modo vero cũ ſint publicatæ
notorię probatione Deo annuente, nõ egent, ſm
Iac. But. in l. ſi. C. quę ſit lon. conſu. Bal. in l. vnica.
C. ut q̃ deſunt aduo. par. Phi. Dec. cõſ. 402.& 540.
51 Et † quamuis ad corroborationem conſuetudi-
nis ſuperioris confirmatio operetur, ut ſupra di-
ctum eſt, tamen valet ea abſque ſuperioris ſcien
tia. Abb. in c. fin. extra eo. titu.
52 Cuius † conſuetudinis tanta eſt vis, atque po-
teſtas, vt ab ea contractus recipiat interpreta
tionem l. quod ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ædil.
ædi. l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de regul. iur.
gloſſ. not. in l. ſi fundus. §. in commiſſoria. ff. de
l. commiſ. Bartol. in l. nemo. ff. de duo. reis. &
vide multa ad hoc per Anton. Gabr. in commu.
opin. tom. 2. concluſio. 1. 2. 3. vbi ad ſaturita-
tem. vbi etiam in concluſione 5. quærit & con-
53 cludit, † vtrum vna familia poſſit inducere con
ſuetudinem inter ſeſe, quod ſic. Imo. Iaſ. & Cro.
in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iure. Andr. in
ca. 1. §. præterea ducatus. verſi. ſed quomodo pro
batur. de prohi. feu. alie. per Frid. Loffr. conſ. 14.
54 Inducitur † etiam conſuetudo etiam ſine actu,
& frequentia iudiciali. vt per Bartol. in l. de qui
bus. ff. de legi.& in l. 1. col. 14. C. co. quamuis alias
dicatur non valere, niſi fuerit inducta, & ob-
tenta in contradictorio iudicio. l. cum de con-
ſuetudine, ff. de legi. glo. in cap. cum cauſa. de iu-
di. ſecundum Bald. in d. l. de quibus. & gloſ. 8.
diſtin. ca. fruſtra. quæ anſinomia tollitur, ſcilicet
ſi allegatur adeſſe conſuetudinem, altera parte
negante, iudex tamen pronunciat adeſſe con-
ſuetudinem, ſecundum glo. in capitu. Abbate.
extra de uerb. ſig.& per Archid. in d. cap. fruſtra,
8. diſt. add. Affl. deciſ. 321. poſt nu. 17.
56 Tollitur † autem per actus conttarios, glo. in l.
nemo, §. temporales, ff. de regul. iu. Paul. de Caſt.
in l. cum conſuetudo, ff. de legi. & per Bald. in
57 marg. in ver. ſtatutum, verſ. fin. † licet non per v-
nicum actum pluribus actibus contrarium, Bal.
in l. prima, columna prima, vet. frequenter, iun-
cto verſiculo tu dic, in l. ſecunda, in vltima co-
lumna, in verſi. deinde quærit gl. C. quæ ſit long.
conſue.& in Specu. de conſuetud. & per Abb. in
58 in ca. ſi. † extra eodem, niſi cum vnico actu con-
trario pluribus, concurrat tempus idem, quo fuit
inducta cõſuetudo, vt per Ale. de Im. in l. nemo,
ff. de reg. iur.& per Abb. in ca. illorũ. ext. de præb.
His conſuetudinibus ſic diffinitis, inductis,
præſcriptis, & ad futuram memoriam in ſcri-
pturam redactis, de pluribus quærendum eſt.
59 ℭ Et † Primo, an hæ conſuetudines ſint vni-
formes,& inter ſeſe differentes: & dubium ori-
tur

turex hoc, quoniam nonnulli diuidunt hanc
ciuitatem per portas, & quatteria, ſed non lo-
quuntur rationabiliter, quoniam in textu di-
citur, conſuetudines obtentę, & approbatæ in
60 Ciuitate Auerſana,†ſermo eſt indefinitus æqui
pollens vniuerſali.l. ſi pluribus,ff. de lega.3.cum
61 ſimi.†& quia quodlibet quarterium dicitur ciui
tas.l.3. ff. de offi. aſſeſ. vbi not. & Barto. in l. pri-
ma,C. de cur. & cohart. lib. 11. & in conſi.79.
colum. 1. Anchar. in conſ.414. Annan.ſing.83.
Io. Oinotomi. in §. conſtat. inſtit. de iur. natur.
genti. & ciui. num. 16. quod adeo verum eſt, vt
62 quęlibet villa,†& quęlibet pars caſalium poteſt
conſtituere ſindicum de per ſe inuita ciuitate,
63 & nobilitas inuita plebe,†& è contra.Bal.in l. Te
ſtatrix.§.ſi plures.ff. ſi ſer.vendi. Ange.in l.ſi plu-
res.§.ſi parti, vbi etiam Iaſ.ff.de leg.1.Flo.in d.§.
ſi plures.quod de facto ſeruatum vidiſſe refert
Anna. ſing.76.addit D. Fab. de Anna. in conſil.
64 264. vol.1.†vnde cum vnus ſit populus in plures
curias diuiſus.l.2.§.poſtea aucta.ff.de ori.iur. vni-
ca,& vniformis debet eſſe lex. & ſic puto tenen-
dum, vt liget vniformiter etiam vicos ſeu villas,
& caſalia, vt ſuo loco inferius dicetur.

65 Secundo† quæro, nunquid hæ conſuetudines
ligent comitatenſes, & ſic habeat locum in ca-
ſtris, & vicis ſeu caſalibus (vt dicunt) eiuſdem
ciuitatis? dic quod ſic, vt per Bartol.in l. cunctos
populos.C. de ſumm. Trinit. & fide cathol. Iaſ.
in §.rurſus.inſti. de actio.num.42.Soci.conſ.271.
Incip.in præſenti,vol.2. Alex. in l.ſi cōuenerit. §.
ſi nuda. ff. de pig. acti.Bar.in l.2.quæſt.36.C.quæ
ſit longa conſuet. Seuerinus in l.omnes populi.
num. 236.& 237.ff.de iuſt. & iur. .

66 Tertio †quæro, vtrum hæ conſuetudines de-
beant obſeruari in curia eccleſiaſtica ſeu epiſco-
pali,cum ſint iura laicorum,quæ non ligant cle
ricos? dic quod ſic, vt not. Barto. in l. ex ea. ff. de
poſtu. & faciunt dicta per eundem Barto. in d.
l.cunctos populos. C. de ſu. Tri. & fi.cat.& vi.ibi.

67 Quarto † quæro, nunquid hæ conſuetudines li-
gent clerum, & clericos ac eccleſiaſticas perſo-
nas? dic quod non.c. eccleſia ſanctæ Mariæ,extra
de conſti.& ibi Doct. & Henric. Boich.& latiſſi-
me addentes in proœm. conſuetudinum Neap.
in gl.in verb.præfatis.ſuper glo. quæ incip. an hæ
conſuetudines ligēt eccleſias,clericos,& eorum
bona.& per Cyn. in l.1. C. quæ ſit long. conſue.
Brun.in tract.ſtat. exclu. fęmi.artic.6. nume. 32.
immo conſuetudo Laicorum quamuis genera
68 liter loquens,†non ſtringit clericos in foro eccle
ſiaſtico litigantes. Capp.Tholo.deciſ.153. & ibi
Aufrer. in additio. An autem clericus dicatur ci
69 uis,†& de vniuerſitate, vide Oldr.conſ.32.Ale.in
l.in prouinciali. §. ſi in publico. ff.de oper. nou.
nunci. & conſ.41.num.4.vol.7.Phi. Franc.in ca.
hac conſtitutione.de offi.dele.lib.6.Bal.in c.1. de
mili.vaſ.qui arm.belli.dep.& in l.ſenatores. in 2.
lectura.ff.de ſenato.& in conſ.45.volum.3. & an
70 officialis,&† Prælatus veniat appellatione ciuiū.
Bal.in l.obſeruare.§. proficiſci.ff. de offi.procon.
71 Loffr.in conſ.4.num.7.Angel.conſ.23.† Et quid
ſi clericus coniugatus duxit vxorem, nunquid
72 ligetur †his conſuetudinibus,iux. textum in c. 1.
de cler.coniug.dic quod ſic. nam clerici coniu-
gati nullum aliud retinent priuilegium,niſi de-
clinatoriæ fori,nam remittitur æquè in ciuilibus
cauſis,& criminalibus ad iudicē eccleſiaſticum,
& priuilegium c.ſi quis ſuadēte diabolo.17.q.4.
cum eius percuſſor incidat in cēſuram, & pænā
illius canonis,dummodo incedat in habitu, &
tonſura. vt habetur per doct.in d.c.1.de cler.con
iug. lib.6. & dummodo contrahat matrimo-
nium cum vnica, & virgine, alias non gaudet
etiam his duab. prærogatiuis,vt per Syl. in ſum.
in ver.Clericus. il 1.§.6.& clericus.3.col.fi.nu.7.

73 Quinto † quæritur, vtrum hę conſuetudines li-
gent exteros, ſiue aduenas? dic quod conſue-
tudo localis non ligat forenſes ſeu exteros, ſed
tantum ciues ſubditos, vt per Oldr. conſil. 248.
Roman. conſ. 163. & late Barba. in rubri. extra
de conſuetu. vide etiam per Hippoli.de Marſi. in
l.fin.ff.de iur.omn.iudic. & Doctores, & quotas
74 per eum allegatas, † quæ faciunt ad hanc quæ-
ſtionem. Verum ſi forenſes, ſeu exteri contrahāt
matrimonium in hac ciuitate, vtique ligan-
tur his conſuetudinibus. Caſſan.in conſue. Bur-
gun.rub.4.§. 2. fol.134. Idem dicas in extero,qui
75 venit ad habitandum in ciuitate,†vt ſubdatur cē
ſuræ conſuetudinis,vt not. Archi.in c. Romana.
in glo.bene dicit.de ſent. exco. in ſexto, Glo. Na-
pod.in conſuetu. Neapol. vbi fundus,ſub titu.de
iur.congrui.in verb.cōtra ciuem. Rurſus quęro,
76 nunquid liget ciues †qui foris habitant atq; aliò
domicilium tranſtulerunt? quod videtur, vt in l.
1. C.lib. 10. de muni. & origina., in fin. Roman.
conſ.59.in primo dubio, & Gloſ. Neapoli. in lo-
co proxime allega. in conſuetudine,vbi fundus.
Inſuper quęro, quid ſi contractus dotalis eſſet ini
77 tus extra ciuitatem inter perſonas ciuitatis,†vbi
eſt conſuetudo, an cenſeatur initus, ſecundum
conſuetudinem patriæ? dic quod ſic, ſi contra-
ctus eſſet relatinus ad conſuetudinem, vt habe-
tur per Ant.de Alex.in additio. in proœm. con-
ſuetudinum Neap.fol.55.incip.nota ex hac gloſ.
78 & † Maritus ſi cōtrahat in hac ciuitate matrimo
nium,in qua ciuitate habitabat tempore contra
ctus, deinde alibi transferat domicilium, tem-
pore reſtitutionis dotium attenditur primum
domicilium contractus,Crot. in l. omnes popu-
li; in fine,ff.de iuſt.& iur.

79 Et † ſi quis eſt aſcriptus, & receptus in ciuem
cum clauſula, vt habeatur pro originario ciue
A quo ad omnia, an ligetur conſuetudine ciui-
tatis, ad quam nouiter ſit allectus, & nunquid
poterit eſſe de prioribus, vel electis, Bartol. quod
80 ſic,in l.omnes populi,† ff.de iuſt.& iur. idem di-
co in eo,qui electus eſt in ciuem per ſtatutum,
vt dicatur vere ciuis ciuitatis.vt per Bart.in conſ.
128.Incipi.punctus talis eſt alias viſa petitione
81 data per ſer Ciccum.†& tenetur ad onera ciuita
tis.Bal.in l.quod fauore C.de legi.

82 . Quæritur †etiam, quid ſi mulier contraxit ſe-
B cundum has conſuetudines, & fuit dotata ſe-
cundum has conſuetudines, deinde ſe confert
cum viro ad aliam ciuitatem, vbi eſt diuerſa
con-

conſuetudo, vel viget ius commune, vtrum hoc caſu eximatur à cenſura, & vinculo conſuetudinis? Reſp. quod Ant. de Alex. in ſimili quæſtione determinat, quod non eximitur, alias eſſet aperta fraudi via, vide eum in proœ. conſuetud. Neap. in addi. incip. nota ex hac gloſ. cum ratio diuerſitatis inter vtrūq. caſū aſſignari nō poſſit.

83 Quæro† nunquid Iudei ligentur his conſuetudinibus? cum habitent in ciuitate conſuetudinaria eiuſque diſtrictu, maxime ſi cauſa vertatur inter Hebræos, videbatur cauſam eſſe decidendam ſecundum legem eorum, & ſecūdum l. Moyſis, vt per Calder. conſ. 10. Tiraq. de iur. primog. quæſt. 66. Marant. de ordi. Iudic. par. 3. num. 49. Bal. conſ. 328. vol. 5. & per ea quę ſcribunt Moder. Mantuani. deciſ. 133. in princ. Tamen contrarium eſt dicendum in caſu propo-

84 ſitę quæſtionis, † quod ligentur hac conſuetudine, quia Iudęi viuunt iure Romano, vnde cū litigant coram iudice ordinario, ſeruare debent ius Romanum, & proinde conſuetudinem patriæ, ſecus ſi iudicent coram iudice hebręo, quia tunc ſeruare debent legem Moyſis, vt probat

85 tex. in l. Iudęi. C. de Iudę. † vnde dicas quod comprehenduntur inter ciues quo ad onera, & honores. Andr. Barba. in conſ. 63. vol. 4. & conſ. 15. vol. 1. Soci. in conſ. 70. vol. 1. & conſ. 62. & Alb. Brunum in ſtatu. exclu. fœminas. arti. 6. num. 55. verſi. Tertio quęritur an talia ſtatuta.

86 Nunquid † conſuetudo hæc liget habitatores, & quis dicatur habitator, vide Matth. ab Affli. deciſ. 384. & ibi addentes, vbi quod habitantes

87 perpetuo lege ciuitatis obligantur, † & quis dicatur habitare, vltra Affli. vide Fel. in c. quoniam. de offi. ordi. & Bart. in l. cum de Lanionis. §. Sa-

88 binus. ff. de fun. inſtru. & ibidem Affl. † videtur concludere quod non ſufficit quem natum in aliqua ciuitate, vt dicatur eius illius ciuitatis, vt eius gaudeat priuilegijs, ſi alibi habeat domicilium. Tu tamen vide Alex. in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. cōcludentem hunc fore ciuē originarium, potirique priuilegijs, originarijs, indultis ac conceſſis, & hanc opinionem comprobat Felin. in c. Rodulphus. col. 8. num. 13. de reſcrip. decidens hunc eſſe ciuem originarium tam in loco vbi ortus eſt, quam originis paternæ. quod dicit practicaſſe in proprio facto, vt ibidem exemplificat. quod quidem limita, vt per Catel. Cott. in ſuis memo. in verbo. ſtatuto cauetur. & vide Vrſillum in d. deciſ. 384. Affli&i.

Et quia ſupra dictum eſt conſuetudinem extendere ſuas vires ad vicos, & caſalia: nunc quæ-

89 ro, nūquid ſi aliquod † caſtrum vel villa de nouo conſtruatur in diſtrictu ciuitatis, vel etiam aliquod caſtrum vniatur ciuitati conſuetudinariæ, ſubdatur his conſuetudinibus, & ad ea ſe extendat? dic quod ſic, in 1. caſu; in 2. vero idem,

90 ſi caſtrum vnitum eſt acceſſorium, † non idem ſi ſit æquè principale, vt per Aim. Craue. de antiq. tem. 4 par. nu. 55. ver. 5. limitat non procedere.

Inſuper ſi lis eſt non in prætorio ciuitatis con-

91 ſuetudinariæ, † ſed ī alio tribunali ſuperiore magna Curia Vicariæ, vel in Sacro Regio conſilio, nunquid ſit procedendum, vel determinandū ſecundum conſuetudinem, an verò ſecundum ius commune? in quo dic, quod abſque diſcrimine iudicandum eſt ſecundum conſuetudinem, nam in reſpicientibus litis deciſionem, attenditur locus contractus, & lex contrahentium, vt per Doctores in l. cūctos populos. & ibi Iaſ. num. 22. 24. C. de ſumm. Trin. & fid. cath.

Quæritur, contractum eſt matrimonium in-

92 ter Bertam mulierem Auerſanam, † & Titium exterum, deinde ſoluto matrimonio ob mortem viri, mulier repetit dotes, & dodarium ſecundum has conſuetudines, hæredes viri opponunt dodarium non eſſe lucrifactum, vel allegant conſuetudinem diuerſam in eorum patria, & quoniā nō apparet, quomodo ſit contractum, prætendunt cauſam eſſe decidendam ſecundum conſuetudinem fori viri, muliere dicente eſſe attendendam fori conſuetudinem, quæ viget in patria mulieris. quæritur quid iu-

93 ris? † Reſ. quod licet alias de iure communi attēdatur forus cōtractus, & locus contrahentium, per nota. in l. ſi fundus. ff. de euicti. late Ant. Gabriel. in cōmu. opi. de conſuetu. concluſ. 2. Iaſ. in

94 l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. n. 24. † Tamen hoc non procedit in dote, & contractu dotali, vbi agitur de reſtitutione dotis, nam quamuis contractus ſit celebratus Auerſę, attendit tamē locus, & conſuetudo vigens in foro viri. per tex. in l. exigere. ff. de Iudi. & per Iaſ. in d. l. 1. C. de ſum. trini. vbi illum textum exornat eundem li-

95 mirādo, † & declarando multis modis, quos per te ipſum videre poteris. Inter cæteras autem limitationes propoſitæ noſtrę materiæ pertinen-

96 tes, † limitatur, illum tex. in d. l. exigere. non procedere in ſponſalibus contractis, & ſuſque diſſolutis, vbi agit, rerentis eiſdem terminis, de repetitione dotis, ſeu potius pecuniæ pro dote aſſignatę, tunc enim inſpicitur locus contractus, & ſic conſuetudo patriæ mulieris, non autem

97 viri. † ſecundum Iaſ. in d. l. 1. num. 27. cum diſpoſitio d. l. exigere, ſit exorbitans à regulis iuris communis, quo attenditur locus contractus, igitur non extendenda, ſed reſtringenda in caſu de quo loqnitur proprio verę dotis, & vbi eſt contractum matrimonium, non autem quando ſterit in finibus ſponſaliorum. quam concluſionē, & Iaſ. & Gabriel. in locis ſupra allegatis multis

98 comprobant. † Et denique conſuetudines iſtæ ligant minores, infantes ac furioſos, ſicut, & leges ſcriptæ, vt not. Cyn. & Bart. in l. 2. & Saly. in l. 1. C. quæ ſit lon. conſ. quod comprobat multis Rol. a valle in tract. de lu. dot. quæſt. quadrageſima. quod facit ad infra dicenda in locis ordinarijs quibus Deo fauente tractabimus de lucris dotium, & Dodarij, has perſonas comprehen-

99 dentib. † poſſumus enim dicere, conſuetudines, vbi vigent, eſſe ius commune. c. cum veniſſent, extra de eo. qui mitti. in poſſe. Alex. Imol. in l. de quibus. ff. de legi. inferendo ad ſtatuta, ſeu

100 pragmaticam † ſanctionem, diſponentem, cauſam eſſe compromittendam inter coniunctos, & decidendam ſecundum ius commune, nullo alio

alio dicto intelligitur ſecundum ius conſuetu-
dmarium, vt ibi, & per Areti. in §. conſtat. Inſt.
de iur. natu. genti. & ciui. & ſicut ius ciuile alle-
101 gari, † imo non allegata in libello poteſt deduci,
& articulari conſuetudo in termino atque in
proceſſu cauſę. Bal. in authen. & generaliter, col.
2. C. de epi. & cle. & per Alex. in l. 1. §. idem ſcri-
bit. ff. depoſi.

102 Adde † quod ſi diuerſæ ſint conſuetudines in
foro actoris, & rei, aliaque in foro iudicij, vel iu-
dicis vbi, & corã quo cauſa ventilatur: quę ſit
attendenda? vide Bal. in l. 1. C. quæ ſit long. con-
ſuet. & per Card. Zabbar. in clem. ſæpe. §. & quia,
quæſt. 2. de verb. ſigni. vim etiam ſuam extendit
103 conſuetudo ad particularia, † vt ſupra etiã teti-
gimus in familia, ſeu caſata ius aliquod ſibi pro-
prium conſtituente: & inſuper, vt libro in quo
104 redditus, † & cenſus eccleſiæ, capituli, vel canoni
corum ſtetur: & faciat fidem, & hoc potius ex
quadam conſuetudine, vt per Bald. poſt Nicol.
de Mattarellis in l. exemplo. C. de proba. Panor-
mi. in conſ. 84. lib. 1. Alex. conſ. 124. vol. 5. & ibi
additio. quod intellige ſecundum præſcriptos
105 Doctores, ſi non quo ad plenum ius, † ſaltem in
poſſeſſorio, vt interim manuteneantur in poſ-
ſeſſione perceptionis cenſualium, &c. ligat etiã
106 fiſcum, ſicut priuatos. l. vẽditor. §. conſtat. † & ibi
107 Flor. ff. com. præd. & † inſuper ligat inclitos filios
Regis. And. in rub. de conſuet. recti feu.

108 In Ciuitate. Dicitur † autem ciui-
tas, quaſi ciuium
vnitas, ſecundum Iſid. 15. ethymol. & ſic ciuilis
ſocietas non ſolum ſimul viuendo, uerum etiã
bene viuendo, & ſecundum Azon. in ſum. ff. in
prin. dicitur hominum multitudo ſocietatis
vinculo adunata ad iure uiuendum, licet vul-
109 gus appellet ciuitatẽ muros, † ac domos è lapi-
B dibus, & lignis conſtructos, cum re uera con-
ſtet hominum moribus; vt cum quis ciuitati
110 quid mandat † ciuibus non muris. l. ſi quando,
C. de bon. vac. lib. 10. Hinc ciuitate donare, hoc
eſt ius ciuium conferre, & ciuitas dicitur pro-
111 prie quæ habet epiſcopum. c. epiſcopus. † 80. di.
112 c. 1. de priuile. † an autem appellatione vrbis ve-
113 niant ſuburbia? † dic quod vere ea proprie vrbs
dicitur, quæ clauditur murorum ambitu. c. ſi
ciuitas. de ſen. excom. l. vrbis appellatione, vbi
114 not. ff. de verb. ſign. † large tamen veniunt ſubur-
bia, vbi alias diſpoſitio eluſoria redderetur. vt
per Iaſ. in l. cum quidam. ff. de lib. & poſt. & Ca-
tell. Cotta. in verb. ciuitatis appellatione, & vide
textum in l. in continentibus, & l. pupillus. §. in-
cola. ff. de verb. ſigni. quid autem differat ciui-
115 tas, caſtrum, † oppidum, vid. textum in c. Rodul
phus. de reſcript. & quid ſit diæceſis. plene per
Archid. in c. ſtatutum. §. 1. de reſcrip. vbi ponit
diuerſitatem inter iſta, & an ſi propter delictum
116 fuerit interdicta, extendatur ad ſuburbia, † vt ibi
poſſint celebrari diuina. vide gl. in l. vrbis appel
117 latione, † & ibi doct. & Fel. in d. c. Rodulphus. de
reſcrip. Iac. Meno. de arb. iudi. quęſt. lib. 2. centur.
2. caſu. 155. & interdicta ciuitas habetur pro mor
tua, Innoc. in cap. , . de ſent. excommun. & per-
118 dit priuilegia, † Ioã. Andr. in cap. non poteſt, de
119 re. iur. in ſexto. † Sicut etiam perdit per coniura-
tionem, & inobedientiam dum ſubijcitur ara-
tro, vt Troia, & Carthago. gloſ. in l. vſusfructus
ciuitatis, ff. quibus modis vſusfr. amit. vt per Ale
xand. conſ. 43. volum. j. Curt. ſen. conſ. 26. vol. 2.
Bertran. conſ. 192. Incipit. multi, quòd vniuerſi-
120 tate deſtructa amittuntur eius priuilegia, † imo
121 nec recuperantur, etiã ſi reædificetur: † hoc tamẽ
intellige ſi facto ſuperioris deſtruatur, ſecus ſi
122 iniuria temporis, † vel tempore bellorum ab ini
micis, tunc nõ amittit ea. Bello. in conſ. 1. a nu. 7.
123 † vnde autẽ dicantur vicus, villa, ciuitas, pagus,
• caſtrum, oppidum. And. de Iſer. in conſt. Regni.
Proſequentes. de pugn. ſubla. & an muri ciuita-
124 tis poſſint reparari, † vel reædificari ſine ſuperio-
ris licentia. vide conſt. Regni. Caſt. & Lu. de Pen.
in l. fi. C. de quib. mun. li. 11. vbi plura in materia.
& l. Sacra. §. fi. ff. de ter. diui. vide Caſſ. in conſue.
Burg. in §. Incip. on ne peul. verſi. 2. limito. vbi an
125 refici poſſint inconſulto Principe, † & quod in
126 conſtruenda ciuitate † ante omnia ædificandus
eſt furnus, ſecundo menia, & 3. eccleſia, & tem-
plum domino, & talis ordo ſumitur ad literam
Eſdr. lib. 3. c. 2. ſecundum Luc. vbi ſup. vide Caſſ.
in ſuo cath. glor. mundi, parte 12. quæſt. 69. circa
127 fin. † Et an appellatione ciuium veniant ſpurij?
Bal. in conſ. 267. dicit quod non comprehendun
tur ſtatuto, ſi ſit fauorabile.

128 Nunquid † ciuitas de iure poſſit aliquem exte
rum aſcribere in ciuem, & vt dicunt, allicere
129 ſeu aggregare? & an † ciuis aſcriptus teneatur ad
* onera ciuitatis ex cauſa de præterito, vel de futu
ro tantum, vide Alexand. in l. ſi Ruffinus, C. de
130 teſtam. mil. & † quando quis allicitur in ciuem,
vere dicatur ciuis, Afflict. deciſ. 384. numero 14.
131 ciuitas † tamẽ Auerſana habet hoc ex priuilegio
aſcribendi quem in ciuem ipſius, quod priuile-
gium conſeruatur in eius archiuo.

132 Inſuper † an nobilitas, ſeu nobiles Ciuitatis,
* poſſint aggregare cætui nobilitatis aliquem nõ
133 nobilem? † videtur quod nõ, nam conferre nobi
134 litatẽ † ſoli competit Principi, pęnes quem ſunt
omnes theſauri dignitatum, vt per Bald. in ca. j.
quis dica. Dux March. vel com. quod verum eſt.
Tamẽ credo, vel ex priuilegio, vel antiquiſſima
prę̨ſcriptione, vt videmus, contrarium ſeruatur,
nam aſcribuntur in ſedilibus a nobilitate ſeu eo
135 rum maiori parte, † & quod maior pars facit, om
nes facere videntur. l. quod maior ff. ad munici.
l. ſicut. §. 1. ff. quod cui. vni. nomi. & vide D. de
136 Franch. deciſ. 2. † quid autem ſit dignitas ſeu no-
bilitas, vnde oriatur, quot modis acquiratur,
137 Bart. in l. 1. C. de digni. lib. 10. vtrum † ex diuitijs
quæratur nobilitas. plene Tiraq. in tra. nobili. in
138 princ. † vtrum ex ſcientia legali quęratur nobili-
tas. Bal. in l. nobiliores. C. de neg. & mer. & per in-
139 greſſum † monaſterij perdatur nobilitas mũdi,
glo. in c. fi. de ſta. mona. & perditur titulus ſuæ
caſatę, vt ibi, quam gl. ſequitur Phi. Franc. in c. fi.
140 de off. dele. in 6. † nihilominus monacus non per
hoc deſinit eſſe ciuis ſuę ciuitatis, licet quęrat ci-
141 uilitatem loci, in quo ſitum eſt † monaſterium. c.

rogationes

rogationes.de conſe.diſt.4.Bart. in l.1.ff. ad mu-
ni.Lapus alleg.10. faciunt dicta per Soci. in cõſ.
153. vol. 2. & popularis creatus comes? uidetur
142 quod ſic, quia † acquiritur paradogiũ, ſi habeat
annexum feudum, c.1. de feu.cogn. vide Minad.
in conſtit.Regni. In aliquibus, in verbo comitũ,
143 & ſic mutatur ſtatus, † quamuis nobilitas nõ na
ſcatur ictu oculi, vt Bald. dicit in dicto cap.1. quis
144 dica. Dux March. † vel com. mutatur tamen qui-
145 dam ſtatus in meliorẽ. † Licet Notarius, vel epi
ſcopus per gradum Doctoratus aſſumptus non
deſinat eſſe Notarius, vel Epiſcopus, Imo. in l. fal
ſa, ff. de condi. & demonſt. vbi ponitur quæſt. per
146 Bar. de pedona effecta regina, † nõ deſinit eſſe pe
dona, ad quæſtionem ludentium ad ſcacchos, &
promittentium dare ſcaccum mattum de pedo
na. Add. qui dicantur nobiles, qui Illuſtres, Iaco.
Menoch. libro 2. centur. 1. caſu 67.68. de arb. iud.
quæ nobilitas non præſumitur in dubio, quia eſt
qualitas, quæ non exiſtit a natura, Curt. ſen. conſ.
18. in princ. & quia ſupra dictum eſt incola liga-
ri his conſuetudinibus, videndum eſt quis dica
tur, vel efficiatur? & quidem efficitur quis inco-
la ciuitatis, ſi in ea habet maiorem partem fortu
147 narum ſuarum, † ſi ibidem conſtituit ſedem, l. ci
148 ues, † & ibi Bar. C. de incol. li. 10. vbi ꝙ præſumi-
tur incola, ſi probatur, quod quis habet aliquid
in ciuitate.

149 Amittitur tamen ciuitas, † & deſinit eſſe ciuis
per deportationẽ, cum quis ob delictum in inſu
lã perpetuo relegatur, vel triremibus addicitur,
150 & † quemadmodum nec viuus ſic nec mortui
cadauer in eam ciuitatem in ſepulturam deferri
poteſt, abſque principis diſpenſatione, ſecũdum
Bart. per illum tex. in l. ſi quis in inſulam, ff. de ca
da. puni. Petr. Rauen. ſing. 898. incip. nota quod
illæ, &c.

151 Subduntur † etiam ciues onerib. ciuitatis, quẽ-
admodum honoribus, cum eliguntur ex eis qui-
dam, qui per certum tempus anni, ſcilicet rem
publicam, & patrimonium ciuitatis curent, qui
proprio nomine defenſores ciuitatis appellan-
tur, vt in auth. de defenſo. ciuit. de modo tamen
eos eligendi, per circulum, ſcilicet quòd quili-
152 bet ſuo loco, & tempore, † licet in hoc attenda-
tur conſuetudo, glo. in l. ita tamen, circa princip.
ff. ad S.C. Trebel. quod ſit eorum munus, ſeu of-
ficium, vide Goffred. de tra. uot. in ſum. qui agit
de officio ſindicorum, ſeu electorum, & de mo-
153 do eligẽdi, † vide tex. in §. ſi qua uero, in authen.
de defen. ciui. quamuis in hoc non obſeruetur di
ſpoſitio iuris prædicti, vt per d. gl. in l. ita tamen.
Ad qđ munus non eſt quis admittendus, niſi ela
154 pſo quinquennio, † licet bene ad aliud elapſo, tã-
men triennio, vt in l. ſecunda, C. de mune. & ho.
non continu. Nota tamen quòd huiuſmodi de-
155 fenſores, † ſeu electi non excuſantur ob tale mu-
nus a muneribus realibus ciuitatis, licet bene ex-
cuſentur à perſonalibus, vel mixtis, puta cuſto-
dia caſtrorum, murorum, hoſpitio militum, &
huiuſmodi contributionib. l. actores, C. de exac.
tribu. lib. 10. vbi gl. not. de officialibus Bononiæ,
quòd teneantur ad ſolutionem collectarum, &
eſt tex. in l. curiales, C. de decur.

156 Nec tales poſtulati, † ſeu nominati, vel electi,
poſſunt hoc munus renuere, & ſe excuſare ſine
cauſa legitima, paupertatis, ſenij, numeri filio-
rum, vel morbi, vel alterius legitimi impedimen
ti præſtantis excuſationem, cum rebus proprijs
intereſſe non poſſint, l. 1. C. qui nu. liber. & l. pri-
ma, C. qui æta li. 10. vide Bar & Luc. de Pen. in l.
1. C. lib. 10. de immu. nemi. conceden.

157 An † autem ante ſuſceptum officium tenean-
tur præſtare iuramentum? vide Guid. Pap. q. 452.
158 vbi † etiam quòd in creatione iſtorum nõ requi
ritur decretum iudicis, per glo. in l. actor, ff. rem
rat. habe. tamen contrarium ſeruatur, vt confir-
159 mentur per ſuperiorem, † vt per gloſ. in rubr. de
decr. decur. C. lib. 10. & Ioan. Andr. in additio. ad
Specu. in tit. de ſind. vide tamen pro concordia
iſtarum gloſſarum, Guid. in d. quæſ. 452. & quod
160 vnus † poſſit inſolidum negotium vniuerſitatis
gerere, gloſ. in l. j. C. ſi vnus ex plu. tuto. & Specul.
in tit. de procu. §. tatione, verſic. quid ſi ſunt plu-
res conſules, quod ego intelligerẽ procedere de
161 iure communi, † ſecũdum præallegata, & in ne-
gotijs minimis, ſecus tamen in rebus grauibus,
& importãtibus graue præiudicium vniuerſita-
162 ti, tunc enim deliberatio requiritur, † quæ per v-
num fieri non poteſt, iuxta not. in l. ambitioſa,
ff. de decre. ab ord. fac. & in l. prima, C. de uend.
rer. ad ciui. pertinentium.

163 Quæritur etiam, † an ciues poſſint contrahere
cum ipſa ciuitate, & licitari gabellas, & datia ip
ſius vniuerſitatis, & per interpoſitam perſonã,
& an ſubſtineatur talis licitatio, & cõductio, ſeu
arrendamẽtum? vide per Ozaſcum Chacher. in
deciſ. Pedemon. 109. ad quem lectorem remitto
breuitatis cauſa.

164 Vbi etiam † quãdo vniuerſitas dicatur delin-
quere, & delictum ratificare tacite, vel expreſſe,
& quando obligetur ex delicto, an requiratur cõ
cilij congregatio, & deliberatio, in dec. eiuſdem
Octa. Cacher. 139. incip. anno 1529. Milis. in reper
tor. ſing. vniuerſitas.

¶ Et quia hic ſermo fit de ciuitate, quæ conſtat
ex nobilibus, & plebe, vt in §. plebs, Inſti. de iure na
tu. gen. & ciu. atque nobiles maiori (vt decet) præ
rogatiua vtantur, vt primi ſedeant, ſecundũ mo-
rem, & conſuetudinem patriæ, quæ conſuetudo
165 in his honorantijs eſt ſeruanda, † ſecundum Ioã.
Fab. in §. aliam, Inſt. de bon. poſſ. Imol. in l. qui ſol
uendo, la prima, ff. de hær. inſtit. Bald. in l. obſer-
166 uare, † §. antequã uerò, ff. de off. procon. & leg. &
non immerito alios præcedere debent ob nobi-
litatem, quæ magno labore fuit quæſita uirtute
armorum, vel ſcientia, non in ictu oculi, ſecun-
167 dũ ſuperius dicta, † quæ nobilitas amittitur per
exercentes mercaturam, & artem vilem, l. nobi-
168 liores, C. de comm. † & merc. Gui. Pap. quæſ. 391.
non ſi laborent in proprijs poſſeſſionibus, vt per
eundem Guid. Pap. quæſt. 392. & adeo ſit verum
quòd in hjs honorantijs conſuetudo attenditur,
169 ſecundum Fel. in rubr. de maio. & obe. † & Boer.
in tract. de auth. & præemi. mag. conſilij, & Car-
di. Floren. in conſ. ſuo 33. & conſ. 63. & videmus
in

in capitulo Aucrſano maioris Ecclcſiæ , quòd
170 decanus eſt † maior digniias poſt põtificalem,
ſecundum Calixtum , quem allegat Zodericus
Zamorenſis in eius Speculo humanæ vitæ,lib.2.
ca.13.vbi ample loquitur de Decano maioris ec
clcſiæ,& Caſſan.in cathal.glor.mun.quarta par.
conſidera.37.vbi poſt prædictos Doctores dicit,
quod Decano poſt pontificem maior, & princi-
palior cura , & collegij adminiſtratio congruit,
& proximior eſt epiſcopo dignitate, & honore
cui propinquior eſt in concilio, & aſſiſtentia,(&
ſubdit)ipſe collegium, necnon perſonas, ac res
collegij iudicat,& tractar, eſt enim caput colle-
gij,de quo ſcriptum eſt,cõſtituit eum Dominus
171 in caput,nõ in caudam,†eo quòd cæteris mem
bris corporis authoritate, ac iudicio præcellit:
habet denique decanus in collegio, & capitulo
172 primam vocẽ, † primas ſalutationes, primos re
cubitus,quæ intelligunt prædicti Doctores pro-
prie de Decano maioris Eccleſiæ,qui alius eſt,&
diuerſus ab archipresbytero, vt dicit Io. de Tur-
recrem.in cap.in capite,50.diſt.& talis habet pri
173 mum locum,† vr dicunt Domini de Rota dec.
447.incip.fuir dubitatum,in nouis.
174 Poſt † decanum de iure communi eſſet Ar-
chidiaconus,immo eſſet prior ante Decanum,
& immediate poſt Epiſcopum, vt eſt texr.in cap.
ad hęc,& cap.mandamus,de off.Archid.& præ-
eminentias huius recoli, idem Sodericus in ſuo
Speculo humanæ vitæ,lib.2. cap. 14. Vltimo lo-
co eſſet ponendus de iure Cantor,cuius ſecundũ
prædictum Sodericum eſt ſingulare honoris, &
dignitatis prærogatiua in eccleſia munus, cuius
175 miniſterium † ad cęleſtes laudes,ad cultus diui-
ni augmentum ordinatur,accolitos, & cæteros
eccleſiæ inferioris gradus, ac miniſtros ad diui-
na officia dirigit canendi, & legendi hymnos,
ac pſalmodiam præuidet,atque inſtruit,& quic-
quid diuini laudis in communi choro decanta
tur,per eum ſollicite præordinatur pſallendi or-
dinem, orandi modum ipſe committit, negli-
gentes, aut diſcolos punit, & eius oneri incum-
bit,' ut diuina officia grauiter, & ordinatè
Altiſſimo perſoluantur, vt ſecundum Apoſto-
lum omnia in eccleſia ſecũdum ordinem fiãr.
Tanto igitur Cantoris dignitas apud Deum di-
gnior acceptiorque eſt, quanro pluribus cęleſti-
bus laudibus occupatur. Et ſic videmus quod
cum Cantor Reuerendi capituli Auerſani ſo-
lum exerceat officium in feſtis pręcipuis,& tunc
cum maxime quando epiſcopus, & Decanus fa
176 ciunt officium,† ex inde clare colligimus,quod
dignius eſt eius officium ex cõſuetudine potius
ſic inducta, vt ſupra dictum eſt: cætera autem
quæ congruunr Cantoris officio, ac miniſterio,
vide per Oldr.in conſ.166. factum eſt tale,& per
Zamorren. vbi ſupra,& per Bart.Caſſ.in cathal.
glor.mundi in pręalleg.4.parte conſid. 37. mihi
tamen ſufficir demonſtraſſe uim,ac poteſtatem
conſuetudinis derogantis iuri communi , vt ui-
diſtis,vt quamuis prima ſit dignitas Decanatus,
177 tamen †Cantoris poſt Decanatum ex conſuetu
dine potius,atque inſtitutis pontificalis eccleſiæ
178 Aucrſanæ †ſit prima;quod quidem ipſa conſue
tudine introduci potuit, ſecundum Io. Andr. in
c.fin.de offi.de leg.lib.6.qui dicit ſe ita conſuluiſ-
ſe, & idem dicit in addir.Specul. in Rubrica de
pręben.refert, & ſequitur Andr.Siculus dictus
Barba.in conſ. 5. vol. 2. quemadmodum refert
idem Caſſan. in d. tract. Cathal. glor.mund.ea.
179 par.4. conſid. 42.† quod in Gallia, & proprie in
Heduorum vrbe eius prima dignitas Cantora-
tus eſt prima poſt Decanum, in Ducatu illo Bur
gundiæ,quo olim tempore meę infantię in con
trouerſiam fuit deductum inter has duas digni-
tates,ſcilicet Archidiaconum,& Cantorem,nil
aliud quàm auditum habeo,quæ notanda ſunt,
dum loquimur,& ſermo noſter eſt de ciuitate.
180 Cui†cõuenit nec ſilentio prętereundum erit,
natum in villa,uel caſtro quoquo modo ciuitati
ſubdito,cenſeri de ciuitate, & de dominio ciui-
tatis,quamuis locus ille habeat ſeparatam iuriſ-
dictionem,ſecundum Paul. de Caſtr. conſ. 234.
Incip. notandum,col.4. Ang. per illum textum,
in l.1.C.de Metro.Berit. lib.11.in addi.ad Barto.
vbi dicit quod eſt ſubdirus, & Sil. Nupr. in verb.
181 eſt nubendum.fol.144.& † natus in villa dicitur
originarius ciuitatis,licet habeat iuriſdictionem
182 ſeparatam,† & in materia odioſa,an ciuium ap-
pellatione ueniant comitatenſes, vide Catellia.
Cott.in eius memora. in verbo,comitatenſes,&
rurſus,in ver.repreſaliæ.
183 Non † omittendo vnum,quod ſi quis vxorem
pręgnantem ducat ad pariendum in ciuitatem,
ad hoc, vt filij admittantur ad conſilium , &
alios honores ciuitatis, atque collegium docto-
rum,aliter non admittendi,ſtante ſtatuto quod
non admittantur,niſi ij qui ſunt originarij pro-
pria, vel paterna , eſſe admittendos, Silu.Nupt.
184 in loco proprie allega. Nec †eſt prætereundum,
ſi pater acceſſit magiſtratus gratia gerendi in
aliam ciuitatem,filij ibidem nati in ciuitate,qua
pater geſſit magiſtratum, vel alia per quam tran
ſit,dicentur nati in eorum propria patria, unde
eorum parer diſceſſit, non autem in ea qua tran
ſiuit, uel nati ſunt, nam animo redeundi, non
permanendi pater acceſſit, ita Lancill. in l. hæ-
res,§.proinde.ff.de iudi.& in l.cætera.ff. de lega.
1.Iaſ.in l.huiuſmodi.§.legatum.ff.de leg. 1. ſecu
tus ibi Felyn. quem allegat, quamuis Alex.de
Imol.ibi uideatur contradicere.
Aliquando tamen ad ciuitatis rem expedire
185 operepretium eſſe duxi,& principio †clericos ci
uium appellatione compręhendi, atque ad quę
dam uti alios ciues teneri, excubias murorum,
portarum ciuitatis facere non eſſe immunes. c.
2.extra de immu.eccle.quod intellige neceſſita-
186 tis imminẽtis,† & periculi imminentis tempo-
re, vt habetur ibi per Abb. qui adcitat tex. in l.
nullus pęnitus.C.de cur.pub.lib. 12. quo proba-
tur etiã eccleſiam tempore expeditionis non ex
cuſari ab angarijs, vel perangarijs, quippe cum
nullus tunc dẽt eſſe immunis a vigilia,& muro-
rum defenſione, id cogente neceſſitate, cum
187 vnuſquiſq; patriam ſuam, † imo propriam ſalu
tem tueri debeat,& not.in l.fi.C.de abol.& Luc.

188 de Pen.in l.in filijs.C.de decur.lib.10.† & relicta
189 ciuitati ad refectionem murorum ciuitatis,† &
Caſtri, dicuntur ad pias cauſas. Specul. in tit. de
inſtr.editi.§.nunc uerò, verſi.& ſcias quòd inter,
190 cum Deo,† patriæ,& parentib. debeatur ſupre-
mum obſequium, quod propriè pietas nuncu-
patur,l.veluti,ff.de iuſt.& iur. Hinc relictum ali-
191 quod vel legata pecunia ciuitati, † vel alias debi-
ta,poteſt in his iuſta ratione cōuerti,ac commu-
192 tari,l.fi.C.de oper. pub.Sicut † etiam nec clerici
excuſantur, nec monaſteria a conſtructione, &
reędificatione męniorum Caſtri,& aliorum ſot
tellitiorum (vt ſic dicam) ipſius ciuitatis, vel ab
expenſis eorum. l.omnes. & l. ad portus. C. de
oper.publi.& l.fi.quib.mun.vel præſt.nemi.lice.
ſe excu.lib.10.& c.non minus.c.aduerſus, extra
de immu.eccle.Guid.Pap. quæſt. 78. quod ſem-
per intelligas,ſecundum iura prædicta,& ibi per
doct.magna neceſſitate ſubſiſtente,& ubi defice
ret res ciuitatis, & hoc ad tutamen ciuitatis ab
153 imminenti hoſtium inſultu,& inuaſione.† Nec
ab re,cum ſancti dicantur muri,& portæ ciuita-
194 tis ac huiuſmodi, † nec priuatis perſonis iuxta
ea aliquid ædificare permittitur,ob caſus fortui
tos incendij,quod culpa inhabitantium euenire
ſolet, vel ob ſuſpicionem remouendam prodi-
tionis.l.neque muri,neque portæ. ff. ne quid in
195 loco † ſacr. fiat. cum l. prec. nec tempore belli
ea męnia tranſcendere, nec aliunde, quam per
portam ſub interminatioue capitis. l.fin. ff. de
rer.diui.Iaſ.in l.ſi quis nec causā. ff.ſi cert.peta.
Caſſ.in eius Cathal.glor.mundi. parte 12. con-
ſidera.70.hoſtibus maxime circum circa exiſten
tibus,ac potenti exercitu, cui ſi Ciuitas reſiſtere
196 non potuit,† non dicitur rebellis contra iura-
mentum ſuo Regi,& principi præſtitum, vt per
Aſſli.in Conſtitu.Regni,iuriſperitorum dubita-
197 tionem.in quo notab. † Quæ ſi pro ampliandis
mænijs domum priuati cuiuſpiam cępit, ſi ite-
rum męnia ampliarentur, domus illa poſt tot
annos, & tempus reddetur primo domino, vt
per Abb.& Modern.in cap.quia plerique,de im
mu.eccle.& in c. quæ in eccleſiarum, de conſt.
Soci.conſ.164.col.5.vol.2. quæ refert Anna. in
ſingu.84. & de facto Neapoli ſic fuiſſe ſeruatum
refert.

198 Claues autem ciuitatis portarum, vel Caſtri,
apud quem cuſtodiri,& conſeruarl debeant.tex.
in l.cum pater. §. pater pluribus, ff. de leg. 2. &
Bal.in l. procurator. C. de eden. vbi quod apud
ſeniorem,niſi caſtrum eſſet alteri commenda-
tum ac conceſſum,tunc enim ſecus eſſet dicen-
dum, cuſtiodia enim ad Caſtri cuſtodem per-
199 tineret,per not.per † Andr.de Iſer.in c.1.de feu.
guard. & caſtal. faciunt nota. in l. fi. C. de fi. in-
ſtrum. & l. ſi quæ cautiones. ff. famil. erciſ. & ibi
200 Flor. vbi de cuſtodia inſtrumentorum commu
nium pęnes maiorem ex fratribus, & cohęredi-
bus adhibenda, ſi quidem cum cautione, vt ibi
per Doct. pręd ictos de illa exhibendo, quoties
opus id fuerit. Ad quæ omnia aduertat, qui ſe
nouum ciuem, in aliqua ciuitate aſcribi aſpi-
rat, cum ea, & alia onera ſubire debeat, vt &
ſuperius dictum eſt.

201 Auerſana. Ciuitas † Auerſana origi-
nem ducit à reliquijs Cu-
marum in Italia, quæ conditæ ſunt trecētesimo
& vno anno ante vrbem Romanam, ſecundum
computationem Glareani Regnante in Indęa
Dauid rege, ante uerò Chartaginem per ſex, uel
ſeptem annos, regnante Latino Siluio.v. Latino
rum rege, ſecūdum ueram Chronologiam einſ-
dem authoris. Vnitis deinde reliquijs Atellarū
Raymundo ſub Duce Normādorum cum eius
exercitu, nouam hanc noſtram Auerſæ ciuita-
tem condiderunt, vt per ſuffectionem, idem cen
ſeatur populus. l. proponebatur. ff. de iudi. inde
Cumani,& Atellani dici poſſent, inde quoque
Epiſcopus Cumanus,& Atellanus à ſede nun-
cupatur apoſtolica. Cumana ciuitas à Calcidēſi-
bus Peloponneſſi Græcię populis origine, Virg.
Aeneidos ſexto, tandem Euboicis Cumarum al
labitur oris, viuebat ſub proprio Rege, & pro-
prijs legibus, Ariſtodemo ipſarum Rege, teſte
Liuio lib.2.deca.1.in qua ſuperuixit,& mortuus
fuit Tarquinius ſnperbus Septimus Romano-
rum Rex eijectus ad l. 2. §. eijectis regibus. ff. de
202 origi. iur. † Poſt tamen interijectum tempus
Normandorum vixit legibns, ſeu Francorum.
203 Normandia enim † Francię eſt prouincia vltra
ſequanam flumen, ſecundnm Cæſaris in com-
mentarijs deſcriptionem, ſuperuenientibus de-
inde Lōgobardis, qui leges in regnum intulerūt
204 proprias, † Auerſa ſic proprijs inhæſit iuribus,
vt iura illa Longobatda reſpueret expreſſe, illa-
que abijecerit, ſecundum Mari. de Carama.in
eius ad conſtitutionem Regni, cuius eſt initium
Puritatem ſub titu.63.lib.1.de ſacra.præſt.Baiul.
& Camer.quam tulit Guglielmus tunc Regni
Rex, cuius ſucceſſor, licet non immediatus com
pilator Regni conſtitutionnm, Federicus ſecun
do ex uarijs, & Romani, & Longobardici iu-
ris, vt ita dicam fragmentis, ciuitas tamen hęc
cum eius genuino primęuo Francorum iure in
205 vſum, † & conſuetudines inuexit, multis gau-
206 det prærogatiuis, eius † epiſcopus exemptus eſt
a Metropolitis per diploma Martini Quinti,
Pontificis maximi, quod in archiuo dictæ ciui-
tatis cuſtoditur, de cuius exemptione teſtatur
Albericus Roſatus Bergom.in rub.ff.de ſtat.ho-
mi.ſed illud ſumpſit ex libello quod prouinciale
207 curiæ † Romanæ nuncupatur, ſedet in prouin-
ciali concilio primus, alioſque antiſtites præcel-
lit, ſecundum Montan.in tra.de præem.mag.cō
ci.in ſecundo rati. primæ part. & Caſſan. in ſuo
cathalo. gloriæ mund. 4. parte, conſider. 24. &
non nihil de hac ciuitate per Mari.Frecc.in tract.
ſuffeud.titu.de prouinci. & ciuita. Regni, nume.
26. Hęc ſufficiat dixiſſe de primordio huius ciui
208 tatis, eiuſque † laude, eſſe ortum in nobili pa-
tria redundat in gloriam.Saly.per illum textum
in l.ſi quis,C.de natu.liber.quamuis per priuile-
gium ciuilitas acquiri poſſit, ſed ſi acceptat unū
uidetur acceptare aliud ſcilicet, & onera. Paul.
de Caſt.in l.ſi duo.ff.de acqu. hære. Pet.Ranen,
in ſing.522.

209 **In aſſignatione.** Aſſignare. † idẽ eſt quod conſi-
gnare. Cic. pro domo. Infeⁱiorem ædium par-
tem aſſignauit genti ſuæ Clodiæ, & attributæ pe
cuniæ, quas modo aſſignationes dicimus, vt per
Iac. Spic. in eius lexico. in verbo, attributæ pecu-
niæ, & latius diſſeruimus infra. c. 3. in conſue. ſi
matrimonio legitime contracto.
Sed quæro, quid induxit conſuetudo in aſſi-
210 gnatione † dotium? dic, quod induxit, ut mari-
tus præſtet fideiuſſoriam cautionem de reſti-
tuenda dote vſq; ad certum tempus, vt habetur
infra in conſuetudine, ſi matrimonium contra
211 hatur inter aptos. † Item induxit quod, vt uera
dicatur, dos non ſit promiſſa, ſed aſſignatio re-
quiritur. primum eſt præter ius, imo contra titu.
C. ne fid. doti. den. ſecundum quia de iure ſola
212 promiſſio, † & conſtitutio dotis, ſufficiebat, ſed
per has conſuetudines quo ad lucrandam do-
tem non ſufficit ſola conſtitutio, ſed requiritur
aſſignatio, vt habetur in c. 3. in conſuetudi. incip.
213 ſi matrimonio legitime † cõtracto. vbi dicemus.
multa alia induxit conſuetudo iſta, quæ in di-
ſcurſu ſuo loco dicentur.

214 **Lucrifactione.** Circa † lucrifactio
nem induxit hæc
conſuetudo, vt maritus contracto matrimonio
in certis caſibus, & ſimiliter hæredes mariti lu-
crifaciant dotes, vt habetur in conſuet. ſi matri-
monio legitime contracto. c. 3. & in conſuet. ſi
matrimonium morte uiri. & in conſuetudi. ſe-
quen. quæ ſunt quinta, & ſeptima, ut latius in eis
explicabitur, ibi uidendum eſt.

Et reſtitutione ipſarum.

Sed cum reſtitutio dotium fiat ſecundum has
conſuetudines dotis conſiſtentis in pecunia, uel
in mobilibus infra annum, vt habetur in c. 9.
in conſuetudi. incip. In quolibet caſu quo dotes,
ubi habetur, quod dotes peti, & exigi nõ poſſunt
niſi elapſo anno a die ſoluti in matrimonij: & ſi
conſiſtant in immobilibus ſeu ſtabilibus, in reſti
tuendis illis obſeruentur iura communia, vt di-
citur infra. c. 10. in conſuet. ſi bona ſtabilia, & ſic
erat diſpoſitum de iure communi, quod dotes
in pecunia, uel mobilibus reſtituantur elapſo an
no, ſtabilia autem ſtatim. l. vnica §. exactio. C. de
215 rei vxor. actio. † Quid ergo induxit noui hæc cõ
ſuetudo circa reſtitutionem dotium? dic quod
ſatis induxit, nam maritus prole non ſuſcepta
reſtituit dotes, retinet tamen lectum, & ſic reſti-
tuit dotes diminute, vt habetur in c. 3. in cõſue. ſi
216 matrimonio legitime contracto. † Secũdo, quia
ſi date ſunt in dotẽ res conſiſtentes in certis mo
bilib. reſtituentur eo modo, vt reperiuntur tem
pore ſoluti matrimonij, non autem tempore cõ
ſignationis, ut habetur in prędicta conſuet. ſi
217 matrimonio. † de quo ibi plenius, & clarius di-
cetur. Item aliud eſt inductum, videlicet quod
mortuo uiro reſtituũtur nedum integræ dotes,
uerum etiam robbæ, corrigiæ, & alia ornamẽta
à uiro facta quantumuis ualoris, & pretij, dum-
modo non excedant ualorem medietatis do-
tium, quia in eo quod excedit, deducetur de do-
te. vt habetur in c. 4. Incip. ſi matrimonium car-
218 nali copula. † Pręterea donec dotes reſtituantur,
mulier debet habere victum, & veſtitum, & alia
219 neceſſaria. † vt habetur c. 7. in conſuet. In quoli-
bet præſcriptorum caſuum. Item quia pen-
dente reſtitutione dotium, ſi mulier uelit alimẽ
ta remittere, vel ad ſecunda uota migrare, perci
piet fructus, & prouẽtus de rebus pro dote obli-
gatis, nil derogando ſorti dotis, & dodarij. Vlti
220 mo uidetur inductum, quod mulier completo
anno, vel hẽbit ſuas dotes, & dodarium lucrifa-
ctum, uel aſſignabitur tantum de bonis uiri, uel
ſoceri, de quo ſufficiẽnter ſit mulieri cautum, vt
habetur c. 10. in conſuet. incip. In quolibet caſu
quo dotes, &c. quæ omnia in multis diſcordant
a iure communi, vt dicetur in prędictis ſuis lo-
cis, ne ſepius id repetam.

221 **Dotium &c.** Dos eſt ius † vniuer-
ſale, continens quod à
muliere, vel eius parte, uiro, vel eius parti tradi-
tur, vel pro tradito habetur, propter onera ma
trimonij ſubſtinenda, ſecundum Bart. qui ita
diffinit. in rub. ff. ſolu. matri. pro qua diffinitione
poteſt allegari tex. in l. ſi pater mulieris. ff. de iur.
222 doti. licet ibi † Ang. dicat, quod dos etiam dica-
tur, ſi onera non ſubſtineat. quod quidem ex pa-
cto fieri poteſt, l. ſi. in princ. ff. de doli mali excep.
l. 3. ff. de pact. dotali. ſed Bart. conſiderauit id
223 quod principaliter, † & frequentius fieri con-
ſueuit, & dos dicitur etiam ſi fuerit promiſſa, nõ
autem tradita: quod hodie de plano procedit,
cum ante tempora digeſtorum dos proprie non
dicebatur, niſi eſſet tradita, quod patet, quia an-
te l. ad exactionem. C. de dot. pro. nõ poterat agi
224 ex ſola † promiſſione, quod ſecus eſt hodie, ſe-
cundum Ang. & omnes in d. l. ad exactionem.
225 Sed an dos reſtituta dicatur dos? † uidetur
quod non, nam ubi non eſt matrimonium, ibi
non eſt dos. l. 3. ff. de iur. doti. l. fi. C. de don. antę
nupt. Contrarium eſt uerius, quia prædicta pro-
cedunt, vbi nunquam fuiſſet contractum matri
monium, ſecus eo contracto, & poſtea ſoluto, vt
per Bart. in l. ſi marito. §. 1. ff. ſolu. matri. & l. filię
dotem, ff. de coll. do. Quæſtio hęc facit ad multa
vt per Bald. in l. 1. in fi. C. unde uir, & vxor. & l.
filia legatorum. C. de lega. & per Io. Campeg. in
tra. doti. par. 1. q. 3. niſi ſit reſtituta, tunc enim de
226 ſinit eſſe dos, non autem prius, † vt uidentur lo-
qui prędicti doctores. Dicitur, & ius vniuerſale,
& pretium ſuccedit loco rei. l. ita conſtante, & l.
227 res, quæ ex dotali. ff. de iur. † doti. quod eſt indi-
228 ſtinctè verum in † vniuerſalibus, ſecus in rebus
particularibus, in quibus regulariter pretium
non ſuccedit loco rei. l. ſi ſeruum. §. fi. ff. de uerb.
oblig. niſi in certis caſibus nota. in l. Labeo, & Sa
binus. ff. de verb. ſig. & per Bal. in l. mater tua. C.
de rei vend. & per Bart. in l. ſi rem, & pretium. ff.
de pet. hær. Affli. deciſ. 369. Inſuper eſt ſciendũ,
non ſuccedere pretium loco rei dotalis, quia ſit
229 ius vniuerſale, † ſed quia id eſt ſpeciali fauore
dotis inductum: quod ſanè intelligendum eſt
duobus concurrẽtibus. primo quod hoc ſit actũ

expreſſæ inter virũ, & vxorem: ſecundo dum
ſit expediens mulieri, alias his non concurren-
tib. huiuſmodi conuerſio, ſeu ſucceſſio non cau
ſatur, vt probatur ex tex. & ibi glo. in l. ex pecu-
nia. C. de iur. doti. & l. ita conſtante. ff. ſol. matri.
& Bal. Nouel. in tra. priui. dot. in ſecunda parte,
230 priui. ſexto. † Quod nota. ad conſuetudinem in-
fra. c. 10. ſi bona ſtabilia, vt maritus non lucretur
dotem in pecunia in caſu iſto, cum pretium ſuc-
cedat loco rei ſtabilis, & ſic limita conſuet. c. 3. &
c. quinti infra, per quas defertur lucrum dotis
marito, vel hæredibus mariti, quando dos con-
ſiſtit in pecunia, nam hoc non procedit, quando
pecunia peruenit ex re ſtabili dotali, in qua non
231 datur lucrum, ſecundum prædicta. † Procedit
libellus vniuerſalis, ſeu generalis quo dos peti-
tur, quamuis quantitas certa dotis non exprima
tur, ſicut, & in cæteris iudicijs vniuerſalibus, ad
232 nota. in l. 1. ff. de eden. Hinc fructus percepti lite
pendente, ueniunt eadem actione, non autem
iudicis officio, vt ibidem in d. l. 1. not. licet ſecus
233 eſſet in alijs iudicjis † particularibus. l. ſciendum,
234 ff. de edi. ædic. † & ualet ſententia condemnato
ria ad dotes, licet quantitas, vel res dotales non
ſpecificentur, ſecundum Ang. & Cum. in l. 1. ff.
ſol. mat. maxime cum ex actis precedentibus,
vel in ſeruo liquidationis conſtet de certitudi-
ne, iux. l. 1. C. de ſen. quæ ſin. cer. quanti. & quãdo
certus eſt iudex per informationem dotem fuiſ-
ſe datam, quamuis non ſit certus de quantitate,
vt per Campeg. in tra. dot. parte prima, quęſt. 4.
235 Quæ autem ſint iura dotalia, † cum agitur de
dote, & iuribus ipſius? dic quod iura dotalia ſunt
augmentũ dotis. l. etiã. C. de iur. do. donatio pro
pter nuptias: & ſecundum has conſuetudines
dodarium: tertio fructus extãtes in fundo dota-
li tempore reſtitutionis: quarto ius alimento-
rum debitum vxori pendente reſtitutione do-
tium, vt in cap. 7. in conſuet. In quolibet præſcri-
ptorum caſuum, &c. dicuntur iura dotalia, &
ſimilia, vt per Io. Petr. de Ferr. in forma lib. quo
vxor. ag. ad dotem. in glo. ſimul cum omnibus.
236 Quid † autem ę conuerſo, ſi ex pecunia dotali
ſunt emptę res alię, & merces, nunquid ſuccedãt
in locum dotis in pecunia datę, vel teneatur in
reſtitutione ad pecuniam quæ non extat? dic
quod quamuis vere pecunia non extet, tamen
videtur extare per id, quod ex ea pecunia em-
ptum eſt, nam id quod ex dotali pecunia em-
ptum eſt, dotale eſt. l. ſi cum dotem, in fin. ff. ſo-
lu. ma. & ff. de iur. dot. l. res quæ, & alibi dicitur ſi
pretio rerũ hęreditariarum cõparat, diminuiſſe
quæ uendidit, non videtur, ſed quod inde com-
paratũ eſt uice permutati dominij reſtituetur,
l. Imperator, in §. fi. cum l. ſeq. ff. de leg. 2. Nap.
Seb. glo. conſue. Neap. in conſuet. ſi mulier. in
glo. ſi non extant. & not. in l. ſi ex ea. pecunia. C.
237 de rei uend. quod intelligunt † Doctores, vt ſint
dotales in ſubſidium mulieris. l. in rebus, C. de
238 iur. dot. † Tamen dos conſiſtere dicetur in pecu
nia, & habebit locum diſpoſitio noſtrarum con
ſuetudinum, vt maritus lucretur eas dotes, licet
pecunia ſit conuerſa in emptionem ſtabilium,
attendetur primordium. ad l. ſi quis id quod, ff.
de don. & l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cer. pet. quod
not. ad conſuet. c. 3. & ad conſuet. c. 5. & ad limi-
tationem conſuetudinis c. 10. ſi bona ſtabilia,
239 vbi dante domino dicetur. † Item quid ſi ex pe-
cunia dotali empti fuerint annui redditus, qui
tempore diſſoluti matrimonij exiſtant, & hæ-
res mulieris non petat, niſi elapſo anno, an poſſit
petere cum tertijs, ſeu fructibus perceptis, & de-
curſis, vel ſi petat ſtatim anno nondum elapſo,
debeant ſtatim reſtitui non completo anno, &
ſic an iudicabitur, vt de pecunia mobili, vel de
ſtabili. ad nota. per me in conſuetu. 10. ſi bona ſta
bilia. dicas quod ſi a principio conſtitutæ dotis
initum, & conſuetum eſt, quod pecunia dotalis
cõuertatur in emptionem ſtabilium, uel etiam
annuorum introituum, tunc quia habẽtur pro
ſtabilibus, mulier petet ſtatim, & habebit interu
ſuria, ſeu tertias, & perceptiones annuas. Vel nil
eſt dictum, & dic, vt in pręcedenti quæſtione per
ea, quæ ibi dicta, vel allegata ſunt. Aut fuit data
electio uiro de reſtituẽdo introitus emẽdos aut
pecuniam ad eius libitum, & tunc cum electio
ſit mariti debitoris. per regulam iuriſ. in alterna
tiuis. de reg. iur. in ſexto, nõ tenetur maritus, vel
eius hæredes ad tertias, vel fructus perceptos ex
introitibus emptis ex pecunia dotali, vt fuiſſe de
ciſum refert additio. Incipi. quid ſi ex pecunia,
ad conſuetud. Neap. Inci. ſi mulier in qua nomi
natur cauſa, & perſonæ litigantium.
240 Quæ autem, † & quot ſint dotis priuilegia, ple
ne per doct. in l. 1. ff. ſolu. matri. & Catell. Cotta.
in ſuis memor. in verb. dos, & pleni ſunt tracta-
tus per Campeg. in tract. doti. & per Bal. de Bar-
tolinis, quem Nouellum nuncupant. de priuil.
doti. ad quos lectorem remitto, vbi pro intelli-
gentia harum conſuetudinũ opus erit, & alias
ad libitum.
241 Vtrum autem dotis titulus ſit † oneroſus, vel
lucratiuus ſecundum varietatem doctorũ? con-
cluſio ſit uera, quod ex parte mulieris dicitur ti-
tulus lucratiuus, etiam ſi dos a patre detur, licet
ex parte uiri dicatur oneroſus, vt per Bart. in l. fi.
ff. de his quæ in frau. credi. Gloſ. Nap. in conſuet.
ſi quis, vel ſi qua. tit. de ſucc. ab inteſt. in verb. præ
terquam, in fi. num. 217. verſi. licet enim ex par
te, & per Iaſ. in §. item ſi quis, num. 30. Inſti. de
acti. Alex. & alij in l. ſi donaturus. §. 1. ff. de cond.
ob cauſam Luc. de Pen. C. de imp. lucr. deſcrip. l.
1. lib. 10. Capici. deciſ. 128. & addentes ad dictas
conſuet. Neap. ſi quis, quæ deſeruient ad multa,
vt non ponatur in æſtimo, ſeu cataſto, niſi de-
ducto onere matrimonij, & vide quid ſupereſt.
242 Vtrum autem dos ſit † contractus iuriſgẽtium
comprehenſus inter alios contractus, de quibus
glo. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. Campeg. in
tra. dot. parte 1. quæſt. 5. & quod ſit contractus
243 nominatus, † & elegans, Bal. in l. ad exactionem,
244 C. de dot. promi. Dos autem duplex, profectitia
cum peruenit a patre, & in alijs caſibus notabili
bus expreſſis in l. profectitia. ff. de iur. dot. vbi Sa
li. & Azo. in ſum. C. de iur. doti. & per Hoſti. ple-
nius in ſum. de do. inter uir. & vxor. §. fi. Aduen-
titia,

titia, quę præter patrẽ ab alijs prouenit perſonis.
245 Item conſtituitur dos †aliquando ex voluntate,
ſcilicet mulieris, vel alterius cuiuſcunque, eius
mulieris nomine, etiam extranei.l.promittẽdo,
ff.de iur.doti.l.1.§.extraneum, C.de rei vxor acti.
Aliquando, ex neceſſitate ſcilicet à patre, cuius
eſt officium dotare filiam.l.fi.C.de dot. promiſ.
& not.in d.§. extraneum, glo. in l.obligamur.§.
246 lege.ff.de act. & oblig. ad eamque † dotandam
officio iudicis pater cogi poteſt regulariter, niſi
in certis caſibus, quos per te videre poteris apud
247 Campeg. in tra. dot. parte 1.quæſt.13. † Nec in
præiudicium, fraudemue creditorum pater fi-
liam dotare poſſit, cum æs alienum legitimam
antecellat.l.Papinianus.§.quarta.ff.de inoffi. te-
ſta.Sed eſto, quod dotauerit, ergo nec de fraude
non particeps fuerit, non tenetur: alias ſecus.l.2.
248 C.quæ in frau.cre.† bene tamen filia tenebitur,
cum ad eam dos ſoluto matrimonio fuerit re-
uerſa.l.fi.§.1.& ibi Bar. ff.de his quæ in frau. cre-
di. quod nota. quia quotidie poterit iſte caſus
contingere, ad quod aduertere debent credito-
res patris, vel eorum hæredes.
249 ℭ Nec bis pater filiam †dotare aſtringitur dote
culpa filię lata, & multo magis dolo cõſumpta:
ſecus ſi negligentia, ſecundum Cyn. in authen.
quod locum, C.de collatio.quod tamen limita,
250 niſi dos filiæ abſenti, vt puta † viro fuiſſet conſi-
gnata, vel abſque patris voluntate, tunc enim
pater regreſſum habet contra virum, & tenebi-
tur iterum dotare, de quo vide Campeg. vbi ſu-
pra, quæſt.15.
ℭ Vtrum autem filia dotata a patre cenſeatur
dotata de proprijs bonis forte aduentitijs, vel de
251 bonis paternis? glo.& ibi † Bar.in l.1.ff. ſolu.ma
tri.dicunt præſumi dotatã à patre, etiam ſi pater
dicat ſe dotare de bonis filiæ, & facit tex. in l. fi.
C.de dot.promi.niſi tamen pater eſſet inops, vel
niſi filia certiorata, & ex certa ſcientia, non etiã
per metum, conſenſiſſet, vel niſi filia eſſet diues,
& pater gereret filiæ negotia, vel niſi eſſet pater
naturalis, qui in dubio, non uidetur dotare de
bonis proprijs; præſertim id verum eſt, ſi filia
haberet bona aliunde quęſita, vt per Campę.in
252 d.tract.do.par.1.quæſt.16.† Cum pater natura-
lis non teneatur dotare filiam, vt per Bart. in l.
vxorem, §.pater naturalis, ff.de leg. tertio.Bal. in
auth.res, quæ, C.comu.de leg. ſed quia tenetur
253 eam alere ſi filia aliunde non habet, l. licet, † C.
de natu.lib.& ibi not.& c.cum haberet, extra de
eo. qui duxit vxor. quam prius poll. per ad.uti-
254 que pro modo † alimentorum tenebitur dota
255 re, cum dos ſuccedat † loco alimentorum.Lup.
in c.per veſtras, §.24. extra de don. inter uir. &
vxor.

Et quod dicimus in patre, idem in auo pater-
256 no dicendum † eſt, vt neptem ex filio omnimo
do dotare teneatur, duobus tamen cõcurrenti-
bus, ſcilicet ſi neptis careat patre, vel cũ habeat
inopem, non autem in auo materno, ſecũdum
glo.& ibi Bar. in l.1. C. de dot. pro.quemadmo-
257 dum † & de alimẽtis dicimus, vt auus ea pręſtet
nepoti, ſi filius ſit inops: alioquin patri ea incum
bunt, non auo. Bar. in l.non quemadmodum,
ff.de lib.agn.Rom.in l. 1.ff.ſol.matri. Sali. in l. ſi
filius in id.ff.ad Macedo.Lup.in c. per veſtras.§.
258 24.de do.inter vir.& vxor.† multo minus tene-
bitur patruus, vel auunculus dotare neptem,
Ang.& Imol. in l. 1. ff. ſol.ma.niſi loquamur de
259 patruo ſimul † cũ fratre, qui ſit pater mulieris,
inhabitante, qui ſi dotet neptem, fratre ſciente,
& non contradicẽte, pręſumitur dotare de com
muni, non autem de proprio.vide tamẽ Io.Fab.
260 in l.fin.C.de dot. promi. † Frater tamen ſororẽ
dotare debet, quando ſoror eſt inops, nec legiti-
mam, ſeu paragium haberet, glo. in l. cum plu-
res, §.pen.ff.de admi.tuto.Bart.in l.quęſitum, ff.
vbi pup.edu.deb.Cyn.in l.non omni, C.de adm.
tuto.&.in l.1.C.de alen.lib.Bal.in auth.res quæ,
261 C.comu.de † leg.imo clericus de fructibus be-
neficiorum tenetur dotare ſororem. Abb. in
cõſ.12.Inci.vt clare materia Thematis, in ſecun-
262 do, & ſeprimo dubio.† Reſtringe tamen præ-
dicta in ſorore germana, vel conſanguinea, ſe-
cus tamen in vterina, niſi ſoror uterina eſſet in-
ops, frater diues, quia teneretur alere, ergo, & do
263 tem reſpectiue † ad alimenta dare, vt per Ang.
in l.a filia.ff.ad Treb.& Bart.in auth.res, quæ, C.
comu.de lega.

Quod autem ſupra dixi, fratrem debere dotẽ
præſtare ſorori germanæ inopi, vt ſupra, proce-
dit, niſi tamẽ ſoror haberet communia bona cũ
fratre, eamq; frater dotaret, nã cenſeretur de bo
264 nis ſororis dotaſſe, † & ideo poterit frater in diui
ſione repetere, & dotatio videretur facta ani-
265 mo repetendi.† Io.Faber.& Bal.in l.fin.C.de do-
tis promi.

266 Vtrũ † mater teneatur de proprio dotare filiã,
vel filius, filiaue matrem, vide Cyn. & Bal. in
auth.res, quæ, C.comu.de lega.

267 Sed quid? dicit conſtitutio Regni, † In aliqui-
bus, de ſucceſſ.com.& Baro. quòd mortuo patri
ſuccedunt filij excluſis ſororibus, quas tenentur
dotare de paragio, prout iam nuptui tradiderũt,
& dotauerunt, amiſſa deinde dote, abſque dolo,
culpa, factoue fratrum, vtrum teneantur iterũ
eam dotare? In quo dicas, quòd non: nam ſemel
dotata, amplius non eſt dotanda, ſiue dos debea-
tur ex diſpoſitione hominis, puta legati, ſiue ex
diſpoſitione legis, & ſic dictæ conſtitutionis Re-
gni, In aliquibus, ad quod facit textus in l.boues,
§.hoc ſermone, ff.de verb.ſignifi. vide Campeg.
in tract.dot.parte 1. q.26.

268 Quæro † pater & filius confeſſi ſunt recepiſſe
dotes, an quilibet teneatur inſolidum, an vero
pro rata, vel ſi filius ſit, vt principalis, pater vt ac-
ceſſorius fideiuſſor, vide Oct.Cach. in deciſ. Pe-
dem.44.

269 Sed † ſi pater filiam non dotauit, an onus iſtud
dotandi tranſeat ad hæredes patris, ſiue ſint ſui,
ſiue extranei, vide Imol. in l.poſt dotem, ff. ſolu.
matr. vbi arguit à ſufficienti partium enumera-
tio, de qua quæſtione videndus eſt Campeg. in
tract.dot.parte prima, quæſt.27. & an pater mi-
270 norẽ † dotem relinquere poſſit pro filia mona-
canda, maiorem autem pro ea maritanda? dic,

quòd cũ dos ſuccedat loco legitimę, vt per Do-
ctor.in l.Titio centum,§.Titio genero,ff. de con
dit. & demonſtr. æqualis debet eſſe diſpoſitio,
Alb. de Roſa.in ſecunda par.ſta.quæſt.104. poſt
Thomam de Formaginis de Bononia.
271 Quæritur,† an mulier minor annorum decẽ,
& octo,ſecundum Conſtit.Regni,minorum iu-
ra,nubens poſſit dare totam hæreditatem pater
nam,in qua ſola ſucceſſit in dotem?dic,quòd ſi
vir ſit dignus tanta dote,& mulier cum iuramẽ-
to promiſit,poterit abſque dubio, maxime ſi cũ
decreto iudicis,vt notatur in l.ſiue generalis, ff.
de iur.dot.& per Saly.in l.Titia,ff.co. Bart. & alij
in l.j.C.ſi adu. dot.
272 Vtrum ſi filia nubat patre inuito, † teneatur
pater eam dotare?dic quòd non, dummodo vi-
ro inhoneſto nupſerit, ſecus tamen ſi honeſto,
per nota. per Io. Andr.in cap.accedens,extra de
procur.gl.ord.in cap.fin.32.quęſt.2.& 36. quæſt.
1.capit.de raptoris,& vide l.qui liberos,ff.de ritu
nupr.Cin.in l.fin.C.de dot.pro. & latiſſimè Au-
frer. ad deciſ. Cappel. Tholoſ.289. & quòd mu-
273 lier permittens ſe oſculari,& conſentiens raptui
ac raptori, puniatur amiſſione dotis, quam ha-
buit,vel habitura erat,atque etiam priuatur ſuc
ceſſione paterna, vel materna, eſt conſtitutum
per capitulũ Regni,incip.non ſine mortalis, vbi
vide Neap. & Modernos Campanos.
274 Et † an poſſint filij mortua matre agere cõtra
patrem inopem,& diſſipatorem ad reſtitutionẽ
dotis,vt ea ſalua fiat?quòd ſic, Pract.Pap.in for-
ma lib.quo vxor agit ad dot.in gl.in verb.procu
ratorio,circa finem.
275 Quæro † de quæſtione, quæ euenit in facto,
quidam conſtituit ſi debitorem in mille pro do-
tibus ejus filiæ,& eas promiſit ſoluere ad ſui libi
tum,deinde in teſtamento voluit eius hæredes
nõ teneri ad ſolutionem, niſi poſt nonagintaſex
annos,ſed maritus petit hodie dotes; quæſitum
fuit, quid iuris?deciſum fuit poſt controuerſiã,
hæredes ſtatim cogi poſſe ad ſolutionẽ, ea nem-
pe ratione, nã obligatio, ſeu diſpoſitio,eſt pura,
licet executio ad libitum eſſet collata promiſſo-
ris,quo caſu ſtatim naſcitur actio.ex regu.l.fin.ff.
qui ſine ma.ad liber.perue.& l.vtrum,§.cum qui
dam.ff.de reb.dub.& Bar.in l.centeſimis, §.fi.ff.
de verbor.obligat. & ſic fuit deciſum referente
Ozaſco deciſio. Pedemontana centeſima vn-
decima.
276 Subſequenter eſſet† vidẽdum de multis quæ-
ſtionibus circa hoc verbum, dotium,de quo in
textu noſtro,in quibus eritis contenti ſola remiſ
ſione breuitatis cauſa,& primo an dos confeſſa
ta habeat priuilegia verę dotis, & quando ad ſi-
militudinem dotis numeratæ, de quo vide Bar.
in l.aſſiduis. C.qui poti.in pig. hab. & per Affl.
277 deciſ.402. nu.12.† & an ſuccedat loco legitimę
278 per eundẽ Affl.deciſ. 111. † & quãta ſit in mulie
279 re nupta,in deciſ.160.† & ſi cõſiſtat dos in pecu
280 nia,qualiter ſit tractanda, † & aſſecuranda. de
quo per Matth.Affl. deciſ. 221. in nupta poteſt
281 eſſe legitima,non vltra,vt in d. deciſ. 160. & an,
& quando poſſit dos conſtitui conſtante matri
monio.Afflict.deciſ.369.Menoch.lib.2.centu.2
caſu.149.de arb.iud.quæſtio.
282 Vtrum autem dote promiſſa,†& non ſoluta,
poſſit vir expellere vxorem a domo,eique dene
gare alimenta.Lup.in c. per veſtras, verſi. Ter-
tio ſequitur in textu.extra de donat. inter uir. &
vxor.tenet,maritum vxorem ſine dote ductam
alere debere,& maritali affectione proſequi.quĩ
loquitur quãdo ſine dote vxorem duxit,& quid
283 ſi fugerit a domo uiri ob verbera,† teneatur re-
dire oblata ſufficiente ſecuritate, vel ſi concubi-
284 nã domi tenet,† niſi uir caueat de expellẽdo eam
dem,vide de his,& alijs pluribus, quæſtionibus,
docto.Palatios Ruuios in d.cap.per veſtras.in 3.
nota.de don.inter vir. & vxorem, ſed de his ha-
ctenus.Sequitur in textu,omiſſis alijs quæſtioni-
285 bus, † ſcilicet ſi filia dotata cedat omnia iura,
quæ habet in patris hæreditate, cenſeatur ce-
dere iura dotis maternæ? eadem ſi renunciet
cum iuramento dicens ſe eſſe dote contentam,
IMprimis ſi ſponſalia, &c. Diuiditur hæc litera in duas partes principales. In prima, quando ſunt contracta ſponſalia inter impuberes, vel alterũ puberem, non tamen in facie eccleſiæ. Secunda pars loquitur retentis ijſdem terminis, quando ſunt contracta ſponſalia in facie eccleſiæ: ſecunda incipit ibi, ſi vero impubes. Rurſus ſecũda pars ſubdiuiditur in duas alias particulas. nam in prima loquitur, quando muliere deſponſata inducta in domum viri, moritur vir ea incognita. Secunda quando cognita moriatur eius vir: Secunda incipit ibi, ſi vero remanſerit. Hoc modo deducit̃ in cõpendium. Spõſalia cõtracta inter ambos impuberes, vel alterutrũ impuberem, ſi morte vnius diſſoluãtur, vel ex licita reclamatione alterius, qui peruenit ad ętatem legitimam, pecunia data pro dote, vel arra pro ea reſtituatur danti, & ſponſę remanent veſtitus, & ornamenta, deductis expenſis in eis factis: & ſi inducta muliere in domum viri ſponſalibus factis in facie eccleſiæ, & conſtituto dodario per virum, vir moriatur, ſponſa non cognita, non habet dodarium, ſecus ſi fuerit cognita, quia tunc habet integrum dodarium.

CAP. I.

IMprimis ſi ſponſalia inter impuberes, vel alium ex contrahẽtib. puberem contrahantur, & pecunia data fuerit in dotem, vel arra pro ea, & expenſę factæ fuerint in veſtitu, & ornamentis ſponſæ, ſolutis ſponſalibus morte alterius intra tempora impubertatis alterius contrahentium, vel ex licita reclamatione alicuius ad pubertatem venientis, pecunia data pro dote, vel arra ipſius reſtituatur, deductis expenſis factis in veſtitu, & ornamentis ſponſę, ipſi ſponſæ remanentibus veſtitu, & ornamentis eiſdem. Si vero impubes à viro in facie Eccleſiæ deſponſetur, & dodarium ſibi conſtituatur ab eo, & in eius domum ducatur, & incognita à viro remanſit, eo defuncto, vel aliter diſſolutis ſponſalibus dodarium ipſum non habeat: Si vero remanſerit cognita, integrum habeat dodarium conſtitutum.

Pro euidentia dicendorum præmittendum eſt, ſponſalia authore Iuriſconſulto, nil aliud eſſe, niſi futu-
1 ri matrimonij promiſſio, † ex eo ſic dicta, quia
veteres per ſtipulationem futuras vxores ſpon-
2 derẽt, † atque promitterent, l. prima, & ſecunda,
ff. de ſponſ. l. ſponſio, ff. de verb. & rer. ſignifi. vbi
Andr. Alc. in cap. noſtrates, 30. q. 5. & hæc quidẽ
ſponſalia ſæpiſſime pręcedebant nuptiarum, ſeu
matrimonij fœdera, quæ varijs gentium moribus ſanciebantur, de qua ſolemnitate annuit Iuriſconſultus in l. pen. ff. de do. inter vir. & vx. vbi
Gugl. Bude. id eleganter explicat, hinc ſponſorẽ
3 dici eum, qui pro alio promittebat, & inde ſpon
ſalia dicta, quia is, qui vxorem ducturus erat,
nõ ab ipſa ſpõſa, ſed a patre, vel fratre ſtipulabatur, vt ex Aulo Gellio deducit Andr. Alcia. lib. j.
4 parergor. ca. 2. † Inde etiam ſponſalia dicuntur
munera, quæ ab ipſo ſponſo ſponſæ dabantur, l. prima, C. ſi nup. ex reſcrip. pet. in rub. & l. prima, ſi rector proui. ſponſ. dedc. libro 3. C. Theodoſiani, ſic primo Regum, c. 18. ſcribitur. Non habet Rex ſpõſalia neceſſe, niſi tm̃ centum præputia Philiſtinorum, & hęc in prima ſignificatione tãtum, quo ad noſtrã conſuetudinẽ ſponſalia dicuntur: non tamen negatur, quòd aliquando
5 ſponſalia † impropriè dicũtur de matrimonio,
& ſpõſam dicimus, quę vere matrimonio addicta eſt, quod iura canonica paſſim obſeruant, cap. tertio loco, extra de præſump. cap. 2. cap. fin. de ſpon. duo. cap. coniuges, cap. qui deſponſatã, 27. quæſt. 2. Sed propriè loquẽdo in materia noſtræ cõſuetudinis diſtin-
6 guitur, † quia vxor poſt
nuptialem benedictionem, & ſolemnitatem, ante verò ſponſa appellatur, ſecundum Abb. in cap. ex publico, de cõuer. coniug. per textum ibi not. Anchar. conſil. 21. colum. pen. Felyn. in rub. de ſponſ. Phil. Dec. in conſ. 540. quæ intelligentia eſt propria, & deſeruit ad interpretationem multorum iuriũ, vt latiſſime deducit Didac. Couar. Hiſpanus in epito. ad 4. lib. Decr. c. j. a num. 5. cum ſequentibus, & breuiter in hac materia duæ ſolent interuenire obligationes, vna quæ vocatur nexus matrimonij, & iſta eſt effectiua, & realis iuris inductiua, quia ex ea reſultat ipſum matrimoniũ. Altera obligatio perſonalis ad contrahendum, & in hac conſiſtunt ſponſalia, vt per Bald. in conſ. 194. volum. tertio, & nil
7 aliud ſunt, niſi obligatio de futuris nuptijs, † vt di
cit Archid. in cap. j. de ſponſ. in ſexto, vnde ſtatutum in nupta, non verificatur in ſponſal. vt per Sign. Homod. in conſ. 143. & Bald. in d. conſ. 194.

His ſic prælibatis pro aliquali introductione ad intelligentiam textus pro tironibus.

8 Nota primo, quòd ſi ſponſalia contracta diſ-
ſoluntur, vel morte vnius ex ſponſis, vel quia licite reclamauerit, vel reſilierit à ſponſalibus, quod quid ſit, & quando liceat, declarabimus inferius in apparatu, & quia fuit data pecunia pro dote, vel arra pro ea, & de pecunia prædicta factę fuerint expenſæ in veſtibus, & ornatu mulieris,

ris, pecunia, vel arra reſtituitur danti mulieri,
vna cum veſtibus, & ornatu factis de pecunia
dotali, ſed non integra pecunia pro dote data re
ſtituetur, ſed tantum minus, quantum fuerit ero
gatum in veſtitu, & ornamentis.

Secundo Nota ex verſ. ſi vero, quòd ſi ſpon-
ſalia ſunt contracta, & ſponſa in facie eccleſiæ
deſponſata (quod quid ſit ſimiliter in apparatu
dicetur) & conſtitutum dodarium a viro, & mu
liere, deinde inducta ad domum viri, & ſoluun
tur ſponſalia morte viri, vel alijs legitimis modis
de quibus inferius dicemus, mulier ſi remanet
incognita, non lucratur dodarium, ſecus autem
ſi fuerit cognita: tunc enim habebit dodarium
conſtitutum, de qua conſtitutione, & forma cō-
9 ſtituendi † diximus in præludijs citando gloſ.
in conſt. Regni, Mulier quæ dotarium, & And.
de Iſern. in cap. 1. §. donare, quali. olim feud. pot.
alien.

Tertio Nota, quòd arra data pro dote reſtitui
tur danti, neque aliter amittitur, nec ille qui re-
ſtituit, ſoluit duplicatas arras, & ratio eſt, quia
nulla culpa diſſolutionis ſponſaliorum poteſt
imputari ſponſis, ex quo ſoluta ſunt ſponſalia,
vel morte vnius contrahentium, & ſic caſu, vel
iure permittente ex licita reclamatione impube
10 ris, ſtatim vbi peruenit ad pubertatem, † & annū
duodecimum in muliere, in maſculo quartum-
decimum, quę ætas in hoc dicitur legitima ętas,
11 licet † in alia materia indifferenti ætas legitima
12 dicatur in anno vigeſimo quinto, l. finali. C. de
his, qui ven. æta. impetran. & in Regno in anno
decimooctauo, per Conſtitut. Regni, Minorum
iura.

Quarto Nota, quod ad hoc, vt mulier ſolutis
ſponſalibus per mortem viri, vel alijs modis lu-
crifaciat dodarium, duo requiruntur per hanc
conſuetudinem, primum quòd ſit a viro legiti-
me conſtitutum in facie Eccleſiæ, & quòd ſpon-
ſa remaneat cognita traducta in domum ſpōſi,
quòd ſi non fuerit cognita, dodarium non ha-
bet. Vtrum autem ſi fuerit conſtitutum, non ta
men fuerit inducta in domum viri, & rema-
neat cognita, lucretur dodarium? dicetur in pro-
xima ſequenti conſuetudine, vbi quòd non lu-
13 cratur, † & ibi ponitur ratio, quid ſit traducere,
& traductio in domum, & quos effectus tradu-
ctio in domum viri pariat, atque producat, vide
pulchre per Lupum in rep. rubricæ, extra de do-
nat. inter virum, & vxorem. §. 57. cum alijs plu
ribus, §§. ſubſequentibus, ad quem breuitatis
cauſa Lectorem remitto, ſequitur declaratio
textus.

14 **Imprimis.** Id eſt ante omnia. † l. 1. ff.
de diuer. & tempo. actio.
quādoque imprimis ſumitur ante ſententiam.
l. omnes, C. de iud. & habetur in l. 2. §. fuit autem.
ff. de orig. iur. & Inſtit. de eo, cui bon. libert. cau.
add. in princip. 2. q. 1. c. imprimis, quandoque
iſta dictio, imprimis, ſumitur. i. inter principalia,
Inſt. de offi. iud. in princip. quandoque verò eſt
inceptiuum. ita ſumitur hic, & ff. de teſtamen.
l. ſi quæramus.

Si ſponſalia inter impuberes, vel alium ex contrahentibus impuberem contrahantur.

15 Impuberes dicuntur infra ætatem duodecim
annorum in fœmina, quatuordecim in maſcu-
lo, §. 1. Inſt. de nupt. quib. mod. tute. fini. in princ.
vltra eam ætatem dicuntur puberes, pubertas,
& adulti proprie, licet quandoque impropric
impuberes dicantur adulti. l. ſed, & militis, §. iā.
ff. de excu. tuto. l. impuberibus, ff. de acqui. hære.
16 vbi † Iaſ. Maynus, quandoque minor. 25. annis,
l. non ſolum, §. ſi libertus, ff. de excu. tuto. & vidi
glo. in l. 1. C. de his, qui veni. æta. impetr. Quibus
tamen, & ſi honor, & dignitas non deferatur
nec officium, l. 2. §. impuberes, ff. de iur. immu.
nec in ius vocari. l. neque impuberes, ff. de in ius
17 vocan. † fauore tamen alimentorum extenditur
ad decimum octauum annum. l. item mela. §. fi.
18 ff. de ali. & ciba. lega. † & in Rege cuius pubertas
extenditur vſque ad decimum octauum annū.
19 vel ſi fiat mentio de plena pubertate, † vt per Ol
dr. conſ. 18. ea tamen ætas ad ſponſalia contra-
henda eſt ſufficiens, & legitima, cum non ſic
matura ac prouecta requiratur ſicut ad matri-
monium, cum ſatis ſit ipſos ſponſos quid agant
intelligere, l. in ſponſalibus, ff. de ſpon. ſeptem an
nos requirens, quod iura canonica paſſim pro-
bant. c. literis, c. ad diſſoluendum, extra de deſp.
impube. quæ ætas præueniri non poteſt etiam
ſupplente malitia, vel præcoci iudicio, quia vbi
certa ætas à iure requiritur, Abb. in c. iuuenis, de
ſponſa. l. qua ætate, ff. de teſtam. Franc. in rub. de
teſtam. in ſexto, glo. in c. ſi pater, de teſt. in ſexto,
quicquid ſenſerit Dida. Couar. in c. 2. ad 4. librū
20 decreta. in eius epitome: † verum tamen eſt,
quod non ſufficit tetigiſſe ſeptimum annum,
ſed debet eſſe completum, c. literas, c. ſequenti.
de deſp. impub. vt idem author Couar. inibi. ſa-
tis parum ſibi conſtans probat. Cum igitur ſint
contracta inter impuberes ambos, erunt ſponſa
lia, vel alterum tantum impuberem, & ratio eſt,
vt cum matrimonium conſiſtere non poſſit,
cum vnus tantum ſit maior, erunt tamen ſpon-
ſalia, vt eſt textus conſimilis, in d. l. in ſponſali-
bus, ff. de ſponſa.

21 **Contrahantur.** Contrahuntur †
autem ſponſalia
verbis denotantibus non præſens, ſed futurum
matrimonium, vt promitto aliquam ducere in
vxorem, vel eiſdem quo matrimonium verbis
celebratur, nil aliud eos impediente niſi ætatis
defectu. c. penult. vbi Abb. & Præpo. c. ſicut, c. ex
literis, de ſponſa. c. iurauit, de pro. Sed quid ſi im
puberes contrahant per verba denotantia ma-
22 trimonium, certe non valebit: ſed nunquid va-
lebit, vt ſponſalia? diſputat gl. in c. à nobis, extra
eo. & refert glo. in c. vnico. de deſp. impub. lib.
ſexto, in verbo de futuro: ſed cum actus depen-
23 deat à voluntate duorum, ſi non valet eo modo
quo agitur, non valet neque etiam valere deber
eo modo quo valere poteſt, vt per Bart. in l. 1. §.

ſi quis, ff. de verb. oblig. quod videtur probare textus in l. eo tempore, verſi. fideiuſſorem, ff. de peculi. l. 1. §. deinde, ff. quod iuſſu. Sed dic nō eſſe recedendum ab opinione dictarum gloſſarum, imo textus, vt ſaltem ſi non valet vt matrimonium, valeant vt ſponſalia. Nec obſtat id quod dicitur a Bart. in d. §. ſi quis, cum ibi agat de obligatione diſſoluenda, ſecus tamen quando agitur de obligatione inducenda, ſiue contrahenda, tunc enim valet eo modo quo valere poteſt, prout ſic declarant Alex. Socin. Iaſ. Galiau. in d. §. ſi quis ita. & Franc. in d. c. vnico. §. 1. col. 1. Butr. & Præpo. in d. c. à nobis, & Fely. in c. cum ſuper. col. 3. . . . . , vt quando actus non valet ex defectu cauſæ efficientis. i. perſonæ, valeat eo modo quo valere poteſt, & late comprobat Dida. Couarr. in epit. ad 4. librum Decretal. par. 1. c. 3. attenta maxime intentione cōtrahentium qui voluerunt ſpōſalia contrahere, & attenta eorum ætate, quod conſiderat Henric. in d. c. à nobis. Verum cum de ſponſis fit mentio a iure, aut quauis alia diſpoſitione, quæ ſit explicanda, de his intelligitur, qui nondum matrimonium cō traxerunt, vt per Fely. in Rub. de ſponſa. & P. Pariſius conſ. 62. col. 3. vol. 4.

Et pecunia data fuerit
24 in dotem &c. Quamuis † pecuniæ verbum in larga ſignificatione ſignificet nedum pecuniam numeratā, verum etiam res ſoli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura, l. pecuniæ nomen, & l. pecuniæ verbum, ff. de verb. & rer. ſigni. tamen in his
25 conſuetudinibus dum † fit mentio de dotibus in pecunia, intellige de pecunia ſtrictè, & in proprio ſignificatu, & intelligitur etiam de dotibus conſiſtentibus in rebus mobilibus, ſeu ſeſe mouentibus, vt ſit eadem iuris cenſura in vtriſque, & hoc ſecundum has conſuetudines, quod in materia odioſa, & ſtricta intelligit Andr. Alciat. in d. l. pecuniæ verbum, & nota, quod textus nō dicit, dos data, ſed pecunia data, prout etiam dicitur infra eodem contextu, quia vbi non eſt
26 matrimoniū, ibi non † eſt, propriè dos, cum dos non ſit ſine matrimonio, licet matrimonium poſſit eſſe ſine dote, l. 3. & ibi nota. ff. de iure doti. & l. fi. C. de don. ante nupt. & l. quod ſi nulla, ff. de relig. & ſumpt. funer.
27 Nunquid † autem habebit priuilegium dotis? diximus infra c. 3. in conſuetu. ſi matrimonio legitimè contracto, vide Alb. in l. 2. §. ſi ſponſa, ff. de pri. cre, Neg. de pig. par. 2. memb. 4. num. 71.
28 Vel arra pro ea. Eſt autem † arra pignus ſecundum idoneos authores, tamen ſecundum iura arra, vel arrabo, eſt id, quod datur pro emptionibus firmandis, de qua loquitur tex. in l. 2. C. quando
29 lice. ab emp. † diſce. hic tamen ponitur pro eo, quod ſponſus, & ſponſa mutuo dant pro confirmando matrimonio, de quo habetur C. in rub. de ſponſa. & arr. & nota, quod quamuis matrimonia debeant eſſe libera ab omni metu, & pœna, capitu. gemma, extra de ſponſ. vbi glo. & Docto. & in l. Titia, & ibi per legiſtas, ff. de verb. oblig. de quo vide Grat. conſil. 120. volumine 1. & ſunt qui impugnant leges, & ſtatuta diſponentia contra libertatem matrimonij, vel ſaltem illud intimidant, de quo late per Lup. in capit. per veſtras, §. 19. extra de do. inter vir. & vxor. & per Fely. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. 38. de conſtit. Tamen ad exemplum eius, quod in venditione cæteriſque huiuſmodi contractibus traditur in pignus quaſi rei contractæ. l. ex empto, §. ſi is qui vina, ff. de act. empt. l. ſecunda, C. quan. lice. ab empt. diſce. l. contractus, C. de fide inſtr.
30 igitur non mirum eſt, ſi permittitur in ſponſalibus, & matrimonio, ſiue arra detur in quantitate, ſiue in ſpecie, Præpoſit. in d. capit. gemma, columna penul. Bal. & Salic. in l. fina. C. de ſponſal. Imol. Cuma. Paul. Aret. Iaſ. in d. l. Titia, ff. de ver. oblig. contra Bar. ibi, cuius opinio communiter damnatur, ſecundum Doctores prædictos, & Di dac. Couarru. in epitom. ad 4. lib. decretali. 2. par. c. 3. ſiue arræ dentur hinc inde, ſiue ex vna tantū parte, ſecundum Bald. in dicta l. fi. C. de ſponſal. Voluntē tam prædicti Doctores, arram non debere excedere quātitatem dotis, vel donationis propter nuptias, l. iubemus, C. de repud. Nec non requirunt, quòd arra realiter tradatur, non autē promiſſa, vel cauta, vt per Bart. & cæteros in d. l. Titia. ff. de verb. oblig. quicquid dixerit, glo. in c. accedens, de procu. licitam eſſe arrarum promiſſionem in contractu ſponſaliorum, de qua materia, vide Lup. in repet. rubricæ, de donat. inter vir. & vxor. in §. 2. incip. quo ad primam igitur partem, & §. 12. & per Roder. Suarez. in titu. de las arras.

Sed quid ſi parentes contraxerunt pro his im-
31 puberibus ſponſalia? † dic, quod valent & tenēt ſponſalia, & ratio eſt, nam in iſtis ſpiritualibus ſicut eſt matrimonium, promittens factum alienum, quamuis alias de iure non teneretur, tenetur tamen hoc caſu, quia videtur promittere ſe facturum, & curaturum, quod eius filius, vel filia impubes contrahat, vt per Bald. in l. fi. columna 1. C. de non numer. pecu. & in l. mulier, C. de ſponſ. vbi addit Andr. Barb. in ver. Doctores iuris Canonici, vnde quandocūque reſiliunt, abſque cauſa legitima de enumeratis in d. l. mulier, C. de ſponſ. punientur in duplo arrarum, vt ibi
32 dicitur. † Et quod dictum eſt de parētibus, idem intelligas de tutoribus, atque actoribus, vt ſupra pro eorum impuberibus ſponſalia contrahentibus, atque promittentibus, quia ibi datur caſus, quo huiuſmodi perſonæ de proprio tenentur in duplum ſi promittūt, quòd fiat matrimonium: quod intellige ſanè, quando ſimpliciter promittunt: ſecus vero ſi nomine pupilli pupillæue: tūc enim tenentur in ſimplum, vt ibi ſentit gl. cum qua diſtinctione tranſeunt ſimpliciter Cin. & Saly. ibi.
33 Sed quid ſi non fuerint datæ arræ, † ſed partes confeſſæ fuerunt illas receepiſſe, nunquid teneat? promiſſio, vt ꝙ nō, cum tex. in d. l. mulier, loquatur per verbum, accepit, quod veritatē ſignificat, l. pe. & l. fi. C. man. Tu dic bene valere, ſi huiuſmo

di

di confeſſio fuerit iuramento vallata, cum re-
nunciatione exceptionis, non numeratę pecu-
niæ, & rei non traditę, ſecundum Docto. & ſi-
gnanter Bald. in ſępe allegata.l. mulier, C. de
ſponſa.

Succeſſiue quæritur, quid ſi vnus ex contra-
34 hentibus numerauit ſponſę mille, † & è cōuerſo
ſponſa ſponſo totidem alia mille numerauit ar
rarum nomine, nunquid teneatur? videbatur,
quod ratione paris quātitatis nihil nec hinc ne-
que illinc eſſe receptum, ſed id, quod datum eſt,
cenſeri eſſe recuperatum, l. qui ſic ſoluit, ff. de ſol.
per Bart. in l. Titia. ff. de verb. oblig. Bald. autem
contrarium decidit, quod bene valeat, & reſpō-
det Bartoli obijectioni, cum in caſu per Bart.
propoſito, ageretur de actu aliquo reſoluendo
ac reſcindendo, nimirum ergo ſi nihil agitur cū
in continenti reſoluitur, cum ibi duo actus com
patibiles fierent, hic vero in caſu propoſitę quæ-
ſtionis neuter actus reſoluitur, ſed per ſe ſtat, vn-
de bene ſubſtinetur, & dicit ibidem Bald. quod
de conſuetudine ſic obſeruatur accedente ma-
xime inſtrumento guarentigiato, & liquido, &
ſubdit ita ſeruari.

Vtrum autem tacita hypotheca contrahatur
35 in † bonis huius minoris recipientis hanc pecu-
niam nomine dotis, & pro arra? iſta quæſtio eſt
valde dubia, ſecundum Bart. in l. ſi conſtante, in
quarta quęſt. tertię partis, videtur concludere ad
partem negatiuam. Tamen communis opinio
eſt contra Bart. vt ſint tacite obligata, vt per eun
dem Bart. ſibi contrarium, Angel. Raubē. Alex.
in l. item, quia ff. de pact. Cin. Bal. Ang. in l. fi. C.
de leg. tuto. vbi Bal. teſtatur de communi opinio
ne, & idem Bald. in l. vnica, §. ſed vt plenius, C. de
rei vxor. acti. & in l. 1. col. 2. C. de priui. dot. & in
l. certi iuris, quæſt. 8. C. locati, & Neguſ. 2. parte,
36 memb. 4. num. 73. † verſi. primo igitur quæro,
Quid autem in muliere minore ſigillatim, vide
Bal. Nouel. in 58. priuilegio, & Neguſan. in loco
proprie citato. num. 74. 75.

Et expenſę fuerint factę in veſtitu &c.

Intellige † huiuſmodi expenſas factas per vi-
37 rum, vel eius parte: quæ veniant appellatione ve
ſtitus, & quæ ornamentorum, alias ſuo loco di-
cemus, hic non pertinet, vide parum inferius.

Solutis ſponſalibus morte alterius intra tempora impubertatis alterius contrahentium.

Solutis ſponſalibus, abſolutus eſt ablatiuus,
38 qui facit conditionem, † l. a teſtatore, ff. de cond.
& demon. & l. euictis, ff. de euict. ideſt ſi ſponſa-
lia ſoluantur, ſeu reſoluantur morte alterius,
39 quemadmodum † matrimonium morte fini-
tur, ac diſſoluitur, cum mors omnia ſoluat, §. de-
inceps, in authen. de nupt. & vitæ terminus, in
40 auth. de hære. & Falc. §. his omnibus, & eſt diſſo-
lutio corporis, & animæ, de pęn. diſt. 2. mori. &
41 dicitur a morſu, quia per eſum pomi vetiti Adā
primus noſter parēs mortem incurrit, vide Arc.
42 de præben. c. præſentium, lib. 6. in verb. mori. &
Gugli. Bened. in c. Raynutius, in verbo, mortuo
itaque teſtatore, num. 4. extra de tut. & eius ap-
pellatione venit occiſio, l. qui duos. ff. de reb.
dub. l. 1. §. ſin autem. ff. de don. inter vir. & vxor.
43 & l. fi. de vſur. † & nota, quod mortis appellatio-
ne ſimpliciter, venit mors naturalis, non ciuilis,
l. ſi ita quis, in fi. ff. de leg. 2. in auth. de nupt. §.
ſecundum occaſionem, in gloſa, & l. ex ea parte,
§. 2. ff. de verb. oblig. l. cum pater, §. hæreditatem,
44 ff. de leg. 2. † quandoque etiam ciuilis venit, l.
actione, §. publicatione, ff. pro ſoci. l. 1. §. fi. ff. de
bon. poſſ. contr. tabu. & l. ſi necem. §. 2. ff. de bon.
45 liber. † & quando ciuilis mors æquiparetur na-
turali, vide per Abb. in c. cum ſis, de conuer. con-
iuga. glo. in clem. ne Romani. de elect. per Bal.
in l. Deo nobis, C. de epi. & cleri. Bart. in l. 1. §. fi-
lium, ff. de bon. poſſ. contra tabu. & in auth. ſi
46 qua mulier. † C. de Sac. ſan. eccle. dic, quod non
æquiparatur naturali, niſi in caſibus à iure ex-
præſſis, & qui ſint hi caſus, Præpo. in c. fraterni-
47 tatis, † extra de frigi. & malefi. & qualiter mors
48 probetur, † vide Henr. Boich. in c. præſentia, de
ſponſa. Nec quis debet triſtari de morte ſuorum
charorum, cum ipſos non amittamus, ſed præ-
mittamus, 13. q. vltima, c. quam præpoſterum,
alioquin videntur deſperare de fęlicitate futuro
rum bonorum, 13. q. vltima, c. habent, nec Do-
49 minus fleuit Lazarum mortuum, † ſed ſuſcitan
dum ad huius vitæ miſerias, quod innuit pro
mortuis plus eſſe gaudendum, quam dolēdum.
c. qui diuina, 13. q. vltima, vide multa in Seneca.
lib. de conſolatione ad Martiam, & Albinam
matrem, & in epiſtola ad Lucillum.

Et nota verba textus (ibi alterius intra tempo-
ra impubertatis alterius) ſi enim ambo puberes
eſſent, vel ad pubertatem perueniſſet vterq. apti
50 fuiſſent † matrimonio, & tūc tranſiſſent ſponſa
lia in matrimonium ac ſi verbis expreſſis fuiſſet
contractum, per no. per docto. in c. is, qui fidem,
extra eo. etiam ſi ſponſalia fuiſſent ſub conditio
ne contracta, c. de illis, c. ſuper eo. c. per tuas, de
cond. apposi. Tiraq. de retra. conuenti. ad fin. tit.
nume. 77. & hoc innuunt verba prædicta noſtri
contextus.

Vel ex licita reclamatione alicuius ad pubertatem venientis.

Hæc verba dupliciter intelligi poſſunt, pri-
mo quando licitum eſt, vtrique recedere a ſpon-
ſalibus, contractis per mutuum conſenſum,
& contrariam voluntatem, dummodo intra
minorem ætatem, & dum ſunt minores, an-
tequam ratificentur ſponſalia in ætate maiori,
quæ ætas maior conſideratur in hac materia
51 duodecim annorum † in fęmina, quatuorde-
cim vero in maſculo, in ea enim ætate maiori
52 illicita eſſet pęnitentia, † & reclamatio, dum
minores ſponſalia contraxerunt, vel inita in mi-
nori, & pupillari ętate, ſeu impubertate, poſtea in
maiori ætate ratificauerunt tacite, ſecundum Io.

Andr.

Andr. in c. fin. extra co. & videtur textus in l. mu-
lieres ff. de ritu nupt. Dida. Couar. in epi. ad 4. lib.
Decretal. parte prima, §. 2. cap. 4. Secundo intelli-
gi poſsũt, quando ſiquidem alter ex ſponſis per-
uenit ad ætatem pubertatis peractis annis duo-
decim in fæmina, quatuordecim in maſculo, &
53 ex cauſa iuſta reclamat, † nec vult cõtrahere ma
trimonium, quod poteſt ſecundum Inno. in c.
ſicut ex literis, extra eo. Sed altius exordiendo di
cendum eſt, quod ſi ſponſalia ſunt contracta in-
ter maiores, ſi de iure ea non tenent impediente
forte cõſanguinitate in gradu prohibito, & tunc
ſine dubio, nec cogi poſſunt ad contrahendum
matrimonium, & perſeuerandum in ſponſalib.
c. ex literis, vbi Inn. Io. Andr. Hoſti. de deſponſa.
impub. Aut ſponſalia tenent, & nullum ſubeſt
impedimentum, & tunc aut vterque ſponſus, &
ſponſa diſſentit, & vult a ſponſalibus reſilire, &
vtique poſſunt, nec cogi poſſunt per ſuperiorem
ſponſalia adimplere, quamuis ſint etiam iureiu-
rando firmata, vt not. per docto. in c. de illis, de
deſp. impu. Aut vnus ſolus diſſentit, altero volen
te, & petente, ea adimpleri, & tunc aut renuit il-
le ex iuſta, & rationabili cauſa ſponſalia adim-
plere, & tunc nõ eſt compellendus, vt per Henr.
Boich. in c. requiſiuit, extra de ſpõſ. cum in quo-
54 libet actu, & contractu cauſa iuſta, † & rationa-
bilis ſemper cenſeatur eſſe excepta, vt de reſcrip.
c. ſi quando, & l. fi. ff. qui ſatiſ. cog. Aut ſine iuſta
& legitima cauſa renuit adimplere, & tunc aut
ex ipſius compulſione timetur ſcandalum veriſi
militer peruenire, & tunc non cogitur, vt in d. c.
requiſiuit, aut non timetur ſcandalum ex illius
coactione, & tunc compellitur, vt in cap. ex lite-
ris, & cap. de illis, extra de deſp. impub. Hoc autẽ
an ſit metus ſcandali, vel non, arbitrabitur iudex
ſecundum Hoſt. & Henric. in d. capit. requiſiuit;
quæ procedunt in ſponſis, & ſponſalibus contra-
ctis, & inter maiores, & puberes: Si vero ſpon-
ſalia ſunt contracta inter ambos impuberes, vel
alterum tantum impuberem, & hæc propriè eſt
materia conſuetudinis, & tunc quæritur quan-
do poſſint reſilire, & reclamare à ſponſalib. per
eos iam contractis intra tempus impubertatis;
& minoris ætatis annorum duodecim, vel qua-
tuordecim, vel poſt in tempore pubertatis, quia
diſtinguitur, aut ambo ſunt impuberes, & tunc
aut vterque, vel alter tantum vult reclamare an-
tequam aliquis eorum ad annos matrimonij
aptos peruenerit, & nõ poteſt, vt habetur expreſ-
sè in d. capitu. de illis, primo reſpon. de deſponſ.
impube. & hoc verum eſt, ſiue pariter, ſeu æqua-
liter diſtent a pubertate, vt puta, quia maſculus
erat annorum duodecim, fęmina decem, ſiue
inæqualiter, puta quia maſculus eſt annorum
tredecim, fęmina decem, ſecundum Innocent.
Hoſt. Henric. in d. cap. de illis. Aut vero vterque,
vel alter ſolum vult reclamare, poſteaque vterq;
ad annos aptos matrimonio peruenerit, & tunc
aut quilibet eorum reclamat, vel alter tantum,
& tunc poteſt, ſi eodem tempore, vterque ad pu-
bertatem peruenerit, vt puta quia vterque tem-
pore ſponſaliorum æqualiter diſtabat a puberta

te, vt in exemplo ſupra poſito, ſiue inæqualiter,
vt in dicto c. de illis, §. ſi vero, & in cap. a nobis,
& in c. duo pueri, extra de deſpon. impuber. Aut
quilibet eorum reclamat ex interuallo, poſtquã
ad annos matrimonio aptos, ſeu pubertatis per-
uenit, & non poteſt, ſiue vterque ad pubertatem
eodem tempore peruenit, vt quia tempore con
tractorum ſponſaliorum, vterque diſtabat ęqua
liter a pubertate, quia maſculus erat annorum
duodecim, fęmina vero annorum decem, vt ſic
biennio reuoluto, vterque eſt pubes; ſiue diuer-
ſis, quia maſculus erat annorum tredecim, & fę-
mina decem, vt ſic maſculus reuoluto anno eſt
pubes: vnde tunc poterit maſculus reclamare, vt
habetur in d. cap. de illis, §. ſi vero, de deſp. impu.
quod niſi fecerit, ideſt non reclamauerit, impu-
puret ſibi, cum potuerit reſilire, & reclamare,
nec reclamauerit, etiam ſi ſeorſum, & ſeparatim
habitent. Vnde quãdo pueri ſunt diſparis ætatis,
in voluntate illius eſt, qui prior ad legitimam æ-
tatem peruenerit, ideſt pubertatem ſoluere ſpõ-
ſalia, ſi reclamauerit, quòd ſi tacuerit, ad eũ qui
minor eſt deuoluitur hęc facultas, atque pote-
ſtas reſiliendi, & reclamandi, ſecundum Hoſt.
& Henric. atque alios, in d. ca. de illis, de deſpon.
impub. Aut vero vnus contrahentium ſponſalia
eſt pubes, alter vero impubes, & tunc refert, aut
quæris vtrum ille, qui erat pubes tempore ſpon
ſaliorum, poſſit reclamare, & dic quòd non, vt
In dicto cap. de illis, §. mulier autem. Aut ille, qui
erat impubes, nunc autem factus pubes velit re-
clamare, & dic quòd ſic, dum tamen reclamatio
ſit eo, quo pubeſcit tẽpore, vel incontinenti poſt
reclamauerit, vt in d. §. ſi vero, dicitur, & ſic cum
diſtinctione præmiſſa habes omnes caſus deci-
ſos in hac materia, & ſic quando dicitur in hac
conſuetudine, quòd pubes cum impubere ſpon
ſalia contraxit, ſtatim tenent ſponſalia, quoad v-
trumque, & vterque expectare tenetur, quo vſq;
impubes ad pubertatem peruenerit, & tunc ſi re
55 clamat, licita eſt reclamatio, † & ſoluuntur ſpon
ſalia ex hac licita reclamatione, alioquin non re
clamando, ab eccleſia contrahere compelleren-
56 tur, ſecundum Doct. in d. cap. de illis, † vbi in ſpe-
cie Henric. de deſp. impub. ſemper intelligendo,
niſi iuſta, & rationabilis cauſa ſubſit, quare com-
57 pellendi non ſint, quæ autem ſint iuſtæ cauſę, no
ta. in cap. pręterea, & cap. ex literis Syluani, & ibi
Hoſt. & Ioan. Andr extra de ſponſ. Aduertendo
tamẽ, vt hęc reclamatio, quamuis licita, de qua
58 loquitur † hęc conſuetudo, debet fieri coram epi
ſcopo, vel eius vicario, vel officiali eccleſiaſtico,
vt habetur in d. cap. de illis, §. ſi vero, ibi iudicio
eccleſiæ, extra de deſp. impu. & cap. 2. de regular.
& c. j. de frig. & malef. & his deficientibus coram
parochis, & presbyteris, vel alijs honeſtis perſo-
nis, vt per Doct. & pręcipuè Henric. in d. cap. de
illis, vbi plene de materia pro intelligentia iſto-
rum verborum textus huius conſuetudinis, vn-
de videntur per noſtros ciues compilatores ver-
59 ba deſumpta. Et reclamare quis dicitur, ne dum
verbo, & voce, verum etiam nutu, & ſigno de-
monſtrantibus, & denotantibus velle a ſponſa-

libus

libus teſilite,atque recedere,arg.c. ſi quis diaco-
nus, 50.diſ.& quamuis eſſet inuitus in ſponſali-
60 bus,† ſi tamē nec voce,nec ſigno declararet,præ
ſumeretur volens,54.diſtinct.ca. ſi ſeruus,per ſi-
gna enim quemadmodum per verba apparet
61 voluntas,† arg.20.quæſt.2.cap.1.2.in glo.diſtin.
62 74.cap.1. eſt † tamen differentia inter inuitum,
& reclamantem,l.inuitum,ff.de ſer.vrb.præd.&
63 reclamatio † terminus eſt genericus,etiam cum
quis a ſententia principis reclamat, vel præfecti
64 prætorio,a quorum ſententijs propter perſonæ
excellentiam,non licet appellare, ſed ſupplicare
tantum,vt apud eundem ex eiſdem actis nego-
tium recidatur,ac decidatur,de quo ample Ro-
bert.Marant.in eius Spec.aduocat.parte 6. in ver
bo,reclamatio.Et licet hic textus exemplifican-
do dicat ſolui ſponſalia morte vnius ex ſponſis,
65 vel licita reclamatione, † dantur tamen & alij
caſus, quibus ſponſalia diſſoluūtur,nedum mor
te naturali,verum etiā ciuili, vt puta per ingreſ-
ſum religionis ſecuta, cum monachus mundo
mortuus dicatur.l.Deo nobis,C.de epiſc.& cler.
nam ſi matrimonium ita ſoluitur etiam quo ad
vinculum,cap.2.ca. ex publico, extra de conuer.
coning.c.ex parte,eodem tit.ergo a fortiori ſpō-
ſalia ſoluentur, quod quidem omnes fatentur,
ſecundum Didac.Couar.in epit.ad 4 lib. decret.
66 parte prima,cap.5.num. 11. † Soluuntur itidem
mutuo conſenſu ſicut cæteri contractus, vt ar-
gnit tex.in cap.2.extra de ſponſ. etiam ſi fuerint
iuramēto firmata,ex quo per partes remittitur,
67 & remitti poteſt iuſiurandum interpoſitum ſu-
per contractu in earum fauorem, vt pulchre Di-
dac.docet,in proxime allegato loco, capitulo 1.
numero primo, ex Oldra. Abb. & alijs per eum
citatis,Lupus in repet.rub.de donat. inter vir. &
vxor. §. 45. Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ,
68 quæſt.89..artic.9† Item ſoluuntur ſponſalia pro-
pter fornicationem, ſi ſponſa cum alio fornice-
tur,& ex eo non tenetur amplius ſponſus cōtra-
here,immo abſoluendus eſt a promiſſione, cap.
quemadmodum,de iureiuran.vbi Panormi. &
alij,etiam ſi ſponſalia fuiſſent iurata,per gl.in ca.
ſi quippe,27.q.2.Præpoſ.poſt alios in cap.de illis,
69 de ſponſ.† immo etiam ſi per vim fuiſſet cogni-
ta,glo.in cap.raptor,27.quæſt.2.glo.in d. capitu.
70 quemadmodum,verſic.oculos.† Itidem ſoluun
tur ſponſalia ſi promiſſa dos per ipſam mulierē,
non per alium,minimè ſoluatur:tunc enim ſpō-
ſus non tenetur cum ea contrahere, niſi dos pro
miſſa conſignaretur,ita Ioan.Andr. Ant. Imol,
& alij in d.cap.quemadmodum, extra de iureiu
ran.etiam ſi contrahere iuraſſet, maxime ſi mu-
lier eſſet diues,& renitens eſſet ſoluere dotē con-
gruam etiam nulla dotis promiſſione facta,cum
71 non præſumatur vir maxime nobilis ducere vxo
rem indotatam,Lup.in repet.cap.per veſtras, 3.
notab.§.2.de don.inter virum,& vxorem. Item
72 ſoluuntur † ſponſalia ſi ſponſus vagetur per or-
bem,modo expectetur per triennium,ſi neſcitur
in quo loco ſit,l.ſecunda, C. de repud. ſi vero ſit
infra prouinciam, & Regnum, expectandus eſt
73 per biennium,l.ſecunda,C.de ſponſal.quæ limi-
tanda ſunt,niſi abſentia eſſet neceſſaria: tunc e-
74 nim expectandus eſt donec,& † quouſque ceſſet
impedimentum,l.ſæpe,ff. de ſponſ. niſi propter
timorem fornicationis iudex circunſpectus da-
ret licentiam cum alio contrahendi, vt firmant
Hoſt.Ioan.And.& Ant.Butrig. in d. cap. de illis,
de ſponſ.& Sylueſ.de prier.in eius ſum.in verbo,
ſponſalia,quæſt.10.& latiſſime comprobat Did.
Hiſpanus,in epit.ad 4.lib.decr.parte prima,ca.5.
75 Soluuntur † etiam per lapſum termini in ſpon-
ſaliorum contractus adiecti ad matrimonium
contrahendum,tex.in cap.ſicut, extra de ſponſ.
vbi glo.id firmat,aſſeritque id eſſe ſpeciale in ma
trimonio, vt poſt lapſum termini promittens
non ſit obligatus ex quadam quaſi tacita condi-
tione,vt mutuo diſſenſu diſſoluantur. Vnde ſi
ſponſus requirat a ſponſa,vt certa die contrahat,
& ipſa nolit,requirens ipſe liber videtur a ſpon-
ſalibus,ſi ipſe velit diſſenſui conſentire, vt ſen-
tiunt Cardin. & Prępoſ. in dicto capitulo ſicut,
quod intellige quando ſimpliciter diceret nolle
amplius contrahere, ſecus ſi diceret nolle, vel
non poſſe illo conſtituto die contrahere.Secun-
do id intellige, quando illud tempus apponitur
ad limitandam obligationem, eandemque re-
ſtringendam ita,vt lapſo termino expiret, tunc
enim extinguitur obligatio ſicut ex glo. Butrio,
& alijs in d.c.ſicut,clare deducitur, & probatur,
& probat Dida.vbi ſupra, c.5. num. 8. terminus
76 tamen appoſitus † ad conttahendum,in dubio
cenſetur appoſitus cauſa reſtringendæ obliga-
tionis,ita,vt eo lapſo,non duret,vt voluit Archi
dia.in c.nuptiarum.27.quæſt.2. Abb. & Imol.in
c.cum dilecti.de dol.& cont.ſecus tamen, ſi con
tractis,iam ſponſalibus, ex interuallo agatur de
die nuptiarum,nam lapſus illius diei non liberat
77 ſponſum à ſpōſione,† vt per eundem Dida.in ſę-
pius alleg.loco, parte 1. cap.4.num.8.
78 Item ſoluuntur † ſpōſalia per ſubſequens ma-
trimonium,etiam abſque copula.c.ſicut,c.ſi in-
ter,c.de illis, de ſponſ. etiam ſi ſponſalia eſſent
iuramento vallata,nec in hoc neceſſaria eſt iudi
cis autthoritas ad diſſoluenda ſponſalia, licet
matrimonium à periuro ſit cōtractum,vt aper-
79 te in d. † c. ſicut,de ſponſ. probatur. Soluuntur
etiam ſponſalia,quando alter lepram,paraliſim
incurreret, viſum amitteret,vel quid ſimile tur-
80 pius eueniret,† c. literas, de coniug.lepro. Item
interueniente capitali inimicitia, ſecundum
Hoſt.in ſum.eo.titulo.
81 Item propter † ſuperuenientem affinitatem.
82 Item propter ſęuitiam ſponſi.† Item propter ſu-
ſceptionem ſacri ordinis, & alijs modis,de qui-
bus,per doctores in locis præallegatis, & per Syl
ueſt.in eius ſum.in verb. ſponſalia, §. 10. & per
Did.Couar.in epit. ad quartū librum. Decr.par.
1.cap.5.6.vbi,& in quibus locis plures alij caſus
notantur, ex quibus ſponſalia contracta diſſo-
luuntur.
83 An autem per traductionem † ſponſę ad do-
mum ſponſi præſumatur conſenſus coniugalis?
communis eſt opinio,quod non, niſi in duobus
tantum caſibus,vt per eundem Dida. Couarru.
in

in loco præcitato, parte prima, § 10. nu primo, & effectus traductionis, & quid ſit traducere, Lupus in repet. rubr. extra de do. inter vir. & vxor. §. 57. & 58. cum pluribus ſequentibus, ad quem lectorem breuitatis cauſa remitto, & dixi etiam ſuperius.

Vnum tamen nota, quod in diſſolutione ſponſaliorum authoritas requiritur ſuperioris, † alioquin à peccato non excuſatur, niſi quis cum alia matrimonium contraheret, vel religionem intraſſet: his autem exceptis ad ſuperiorem recurrendum eſt, ſecundum Io. Andr. in c. de illis, extra de ſponſali. Hiſce igitur terminis iuridicis conſideratis noſtri primores ciues compilatores harum conſuetudinum ſtatuerunt modum reſiliendi, ſeu recedendi a ſponſalibus, dummodo intra tempora impubertatis, ſecundum terminos iuris communis, ſecundum dicta ſuperius, & ſecundum diſpoſitionem text. in c. de illis, il primo, extra de deſponſ. impub. & ſecundum docto. ibidem.

84

Sed cum hæc conſuetudo duos tantum diſſolutionis ſponſaliorum meminerit, † mortis nempe, & licitę reclamationis intra tempora impubertatis, nunquid ſi alijs modis diſſoluantur ſponſalia, habebit locum hæc conſuetudo circa arrarum reſtitutionem, & pecuniæ? & videbatur, quod non, cum conſuetudo ſit ſtricti iuris, nec ſit extendenda, l. conſtitutionibus, ff. ad mun. l. tertia, §. hæc verba, ff. de nego. geſt. cum ſimil. & dictum eſt ſupra in præludijs. Tu dic contra, nã licet duo ſint expreſſi modi diſſolutionis, tamen dantur alij ſimiles, qui caſu fortuito, & ſine culpa ſponſorum eueniunt, vt ex ſuperioribus caſibus per nos ſuperius enumeratis, & per doctores in locis proxime allegatis, cuique promptũ eſt videre: iccirco id, quod cõſuetudo expræſſit,

85

86 fuit exempli gratia, † exempla enim regulam nõ reſtringũt, nec arctant ad exemplificata, ſed ſuas vires extendunt ad alios caſus expræſſis ſimiles, l. damni infecti, in pri ff. de dam. infec. vt tamen id dilucidius lector iuuenis intelligat, al-

87 tius exordiar. † Illud enim primo præmittam, ſi dans arras recedit a ſponſalibus ſine cauſa legitima, arras perdit, & ſi arras recepit, & ſine cauſa reſilit, duplicatas imo quadruplicatas (ſi ita ſit conuentum) reſtituit, vt habetur in l. mulier, C. de ſponſa. & l. arris. Ceſſat igitur arrarum perditio, ſi ſponſalibus tempus ſit appoſitum, intra quod debet matrimonium contrahi, & ſit elapſum, vt in caſu ſuperius dicto, quo caſu is, per quem nõ ſtetit, impune contrahit, licet alteri de rur pænitentia de fide mentita, cap. ſicut, extra

88 de ſpon. & ſupra dictum eſt. † Secundo ceſſat perditio arrarum, ſi ſponſus fuerit impeditus, & cau

89 ſam non dederit impedimenti: † tertio ſi de iure matrimonium ſequi non debuit, propter cau-

90 ſam legibus interdictam, l. fin. C. de ſponſa. quar to ſi accipiens arras eſt minor, nec veniam impetrauit ætatis, quia tunc nõ tenetur niſi ſimpliſ reſtituere l. fin. C. de ſpõſa, quamuis eius defectu matrimonium non fuerit ſecutum. & ſic clare cernis ex his exemplis, multos eſſe caſus, præter enumeratos in textu noſtro, in quibus non datur arrarum amiſſio, & per conſequens in his alijs habet locum id, quod dicitur in textu videlicet de arrarum reſtitutione, vt reſtituãtur, nec

91 perdantur nedum in caſibus expræſſis, † verum etiam alijs non expræſſis his ſimilibus, vt ſupra dictum eſt.

Pecunia data pro dote, vel arra ipſius reſtituatur.

Supra tetigi, & remiſi in hoc eodem verbo, pecunia, nunc decidendum eſt, an retento themate, de quo in textu, ſolutis ſponſalibus per mortem, vel alias, detur annus hæredibus ſponſi ad reſtituendum hanc pecuniam pro dote datam? in quo dic, quod quamuis hæc pecunia, quantum ad priuilegium prælationis, aſſumit

92 naturam dotis, † l. ſi ſponſ. ff. de iure dot. l. 2. §. fi. cum l. ſeq. ff. de priuil. cred. & Neguſ. in 2. parte mem. 4. tract. pign. & hypot. tamen quãtum ad

93 tempus † reſtituendæ dotis recedit a natura dotis, dabitur enim condictio ob cauſam, quaſi data pro dote cauſa non ſecuta, d. l. ſi ſponſa, etiam ſi de iure non potuit inter eos contrahi matrimonium, l. auunculo, ff. de cond. ob cauſ. & proinde condictio, ſeu repetitio ſtatim non expectato anno intentari poteſt, quia nõ fuit ſecuta cauſa ob quam pecunia data fuit, vel cauſa fuit recta ad non cauſam, vt ff. de condict. ob cauſ. l. 2.

94 & † ſic recedit a natura dotis, & nõ conſideratur vt dos, ſecundum Napod. in conſuetu. viro mortuo, in gl. vxore ſuperſtite, in conſuetudin. Neap. Nec obſtat infra, capitu. 9. in conſuetud. incip. In quolibet caſu, quo dotes, &c. vbi videt̃ diſponi, quòd cum dotes ſint in caſu reſtitutionis, non poſſunt exigi, nec peti, niſi elapſo anno, nam ibi loquitur in caſibus, vbi fuit matrimonium, & per conſequens vera dos, vt clare apparet ex eo tex. ibi, a die ſoluti matrimonij, non dicit ſponſaliorum, arg. l. Titius, ff. de teſt. mil. l. hos accuſare, §. omnibus, ff. de accuſ. l. 4 §. totiens, ff. de damn. infec. qualitas adiecta verbo, intelligitur ſecundum tempus verbi.

95 Sed † an ſponſus debeat reſtituere fructus dotis, & pecuniæ in dotem datæ, quia ſponſa fecit pactum ſponſæ, quod ipſe lucretur fructus pecuniæ ante matrimonium, & an tale pactum valeat? in quo concluſiue dic, quòd ſi ſponſa eſt minor vigintiquinque annis, hæc enim eſt legitima ætas de iure communi. l. finali, C. de his, qui veni. ætat. impetrau. & decem, & octo de iure regni, per Conſtitutio. minorum iura. tunc

97 nec expræſſe donare poteſt, cum donare ſit perdere, l. filius familias, ff. de donat. & minori non eſt permiſſa donatio, ergo nec tacite, paciſcendo de lucrando fructus, vt per Barto. in l. ſi ante nuptias, ff. ſolu. mat. niſi ſponſus eſſet in bona fide, quia putabat ex aſpectu ſponſam eſſe maiorem, vt per Imol. in d. l. ſi ante nuptias, ſecus ſi eſſet maior, & expræſſe donaret, tunc enim valebit donatio per tex. in l. dotis fructus, §. 1. ff. de iure doti. vt per Imol. & Rom. in d. l. ſi ante, & Campegius in tra. de dot. quæſt. decima.

De-

Deductis expenſis factis in veſtitu, & ornamentis ſponſæ, &c.

Et ſic pecunia data, pro dote reſtituitur mulie
ri, vel danti pro ea, non integre, ſed deducta expē
ſa facta, & erogata in veſtitu, & alijs ornamentis
ipſius ſponſæ: ſi enim dedit mille pro dote, & ar
ra, ſponſus impendit in veſtibus, & iocalibus ſpō
ſæ trecenta, reſtituuntur ducati ſeptingenti, &
veſtes cum ornamentis: ſed quid ſi ſponſalia fue
re contracta de facto inter infantes, & conſequē
ter non tenent, nec cadunt arræ ſponſalitię, qua-
liter poterit in eis fundari obligatio? Bald. in l.
mulier, C. de ſponſ. determinat. quod fundari po
terit obligatio non in re, ſed in ſpe, cum conſe-
rantur arrę ad tempus, & in ætatem legitimam,
quemadmodum, & dos poteſt conferri in æta-
tem legitimam, vnde infantes poſſunt dotari de
ſtinatione. & nota, quod in textu veſtis, & orna-
menta ponuntur, vt diuerſa, propter illam co-
98 pulam, † &, quæ eſt cōiunctiua, & præmiſſis ad-
ditiua, l. ea tamen adijectio. ff. de leg. tertio, non
tamen ſemper facit coniunctionem, vt in l. ſi ita
quis hæres, ff. de hær. inſtitu. vide ca. 2. & c. inter
cætera, extra de reſcrip. aliquando tamen diſiun
git, & ponitur, pro, vel, in auth. vt frat. filij circa
medium, l. cum quidam vbi Alberi. C. de verb.
& rer. ſign. Aliquando ponitur, pro etiam, & ſic
incluſiue, §. quibus, C. de nou. cod. compo. Ali
quando pro, quia. l. ſi. C. de cura. furio. Aliquan-
do expoſitiue, pro idest, l. ſi in venditione, ff. de
euictio. c. cupientes, de elect. lib. 6. aliquando po-
nitur continuatiue, l. Senatoris filius, ff. de ſena-
to. & cadit inter diuerſa, l. fin. C. per quas perſ.
nob. acqui. & de iſta copula notatur in l. Seiæ. §.
Caio. ff. de fund. inſtr. & l. auia, in princip. ff. de
99 cond. † & demonſtr. cuius natura eſt augere, nō
diminuere, vel reſtringere, d. l. ea tamen adiject.
& diuerſa copulare, & vt diuerſa ſumere, vide de
hac dictione P. Paulum Pariſium, conſ. 7. num.
29. vol. 3. & conſ. 63. vol. 3. & aliquid per Soci. iu-
100 nio. conſ. 181. num. 32. volum. 2. † & appellatio-
ne ornamentorum, non venit veſtis, l. ornamen
torum, vbi not. ff. de aur. & arg. lega. quid autem
101 e conuerſo, † veſtibus legatis, an veniant orna-
menta, vide Bar. in l. 1. C. lib. 12. ne lice. in fren.
102 Quæ autem ſint † ornamēta mulierum, dic mo-
raliter, non figmenta, vel fucamenta. i. colora-
tio rubedinis, non auri, vel veſtis pompa, non
ſuperſtitio ligaturarum, non anuli, vt in c. fuca-
re. de conſecra. diſt. quinta, quæ ſine peccato eſſe
103 non poſſunt. † Quæ verò circa exteriorem cul-
tum in mulieribus requiruntur, quod non ſint
præter conſuetudinem, neque inordinato affe-
ctu, & hoc modo mulier poteſt operam dare li-
cite, vt placeat eius viro per ornatum, ne per eius
contemptum labatur in adulterium, j. ad Corin
th. 7. Mulier, quæ nubit, cogitat quomodo pla-
ceat viro, vt per doctorem Angelicum in ſum.
104 2. 2. quæſt. 169. † vbi vide. ornamentorum tamē
appellatione non venit anulus ſignatorius, l. ſi-
105 gnatorius, ff. de aur. † & arg. lega. veſtis, vel veſti-
tutus appellatione, quæ veniant? dic vt in l. veſti-
mentum, & l. ſequenti, & l. veſtis, ff. de aur. & ar-
106 gen. lega. † & an eius appellatione veniat veſtis
de olobero, ſeu morcato, † & auro, l. quamuis,
ff. de aur. & arg. leg. & an appellatione veſtitus,
veniant ornamenta, Barto. in dicta l. quamuis,
107 veſtis autem † dicitur cuiuſcunq; materię vſus
gratia facta, vt dictis legibus, veſtimentum, cum
l. ſequenti, & l. veſtis, de aur. & arg. leg. ff. vtrum
108 autem veniat veſtis adhuc non completa, † dic
proprie non eſſe veſtem. d. l. veſtimentum, & an
109 veſtibus legatis veniāt feſtiuę, † & an veniat le-
110 ctum, Bart. in l. fin. C. de auro, & arg. leg. & an in
111 legato veſtis veniat veſtis † prohibita per ſtatu-
tum, ſeu per regiam pragmaticam? in l. fin. C.
112 lib. 10. de veſt. olober. & quando, † ſeu quo tem
pore mutentur veſtes, & aſſumi hyemalis, &
quando æſtiua? Bar. in l. 1. C. de milita. veſte, lib.
113 12. Adde quando ornatus ſit licitus, † & quan-
do non, per Siluest. de Prier. in verb. ornatus, nu.
2. 3. 4.

Si uero impubes in facie eccleſiæ deſponſetur.

Impubes quis ſit, & in qua ætate dicatur, ſu-
pra ſatis dictum eſt, ætates hominis a iure con-
ſiderantur per tempora, & annos, a cunabulis
enim vſque ad ſeptemnium, tam in maſculo
114 quam in fæmina infantia eſt, † & prima ætas: ſe-
cunda ætas, dicitur impubertas, vſque ad duo-
decimum annum incluſiue in fæmina, in ma-
ſculo vſque ad quartum decimum. Tertia ætas,
dicitur a prædicto tempore, vſque ad annum vi-
geſimumquintum, æque in fæmina, vt in ma-
ſculo, & nuncupatur adoleſcentia: quarta ætas
dicitur iuuentus, vſque ad annum quadrageſi-
mum. Quinta verò ætas, eſt ſenectus vſque ad
ſeptuageſimum: vltima dicitur decrepitas, ſe-
cundum gloſ. & docto. in §. primo, Inſt. de nupt.
Cyn. in l. ſi. infanti, C. de iure deli. Areti. in l. ge-
rit. ff. de acqui. hæred. Flori. in l. inuiti. ff. de teſt.
Aul. Gelli. nocti acticarum lib. 9. capit. 28. & vi-
de per Fely. in c. cum exemplum, extra de offi.
& pot. iud. deleg. circa finem, licet alij aliter com
putent attendentes morem regionis in hoc nō
ſpernendam, vt per doctores in locis prędictis, &
Varro inter cæteros, vide Calepinū in ver. ætas,
& latiſſime Iac. Menoc. lib. 2. cent. 1. de arb. iud.
caſu 57.

115 Nota dictionem, ſi vero, quæ eſt aduerſatina
præcedentibus, cum in ſuperiori parte textus ſit
dictum, quando ſunt contracta ſponſalia ſim-
pliciter: in hoc verſiculo, ſi verò, cum ſequenti-
bus dicuntur, quando ſponſalia ſunt contracta,
& deſponſatio in facie eccleſiæ, iſta verba ſunt
ſumpta ex textu in capitulo quod nobis, extra
de cland. deſpon.

116 Et idem eſt, † dicere in facie eccleſiæ, quod
publice, palam, & coram teſtibus fidelibus;
non autem clandeſtine, vt exponunt ibi Ho-
ſtien. & cæteri, & dicetur amplius intra pro-
xima ſequenti conſuetudine, ſuper ſimili ver-
bo.

Et

Et dodarium ſibi conſti-

117 **tuatur ab eo.** Quid ſit † dodarium, qualiter differat à dona
tione propter nuptias,a quarta, ſeu morgincap.
& qualiter dodarium conſtituatur, & qua for-
ma,ſeu ſolemnitate,diximus ſuprà in præludijs,
ſuper verbo,conſtitutione dodarij,glo.& Andr.
in c.1.§.donare,qual.olim.feu.poter.alien.& de-
clarat Luc.de Pen.in l.1.col.5.& col.fin.C.lib.10.
quando, & quib.quarta pars debea. Secundum
118 has † conſuetudines dodarium vocatur, ſiue cõ
ſtituatur ſuper feudo,ſeu terra feudali, ſiue etiã
ſuper allodio,ſeu bonis burgenſaticis, ſiue in pe
119 cunia,† & debet conſtitui,alioquin ſi non eſt cõ
ſtitutum, non debetur,vt per glo.in conſtit.Re-
gni,Mulier quæ dotarium, & in conſtitutione li
centiam , quæ gloſa multum attulit intelligen-
tię,ac lucis interpetrationi,ac elucidationi harũ
conſuetudinum, & latius dicemus ſuis loco, &
tempore opportunis in ſequentibus conſuetudi
120 nibus.† Vtrum autem dodarium ſi non appa-
ret conſtitutum, dote iam data,præſumatur con
ſtitutum,& certe de iure cõmuni videtur quòd
cenſeatur conſtitutum , ſecũdum Azo. relatum
per gloſ.in auth.dos data,C.de don. ante nup. &
eſſe communem opinionem aſſerit additio ad
Bal.in d.auth.dos data,quamuis de hoc nonnul
li dubitauerint,& ſig.Clar.libro 4.recept. ſent.§.
donatio.q.11.

121 Poteſt tamen peti , † vt conſtante matrimo-
nio conſtituatur,nõ autem ſoluto matrimonio,
vt per gl.in dicta auth.dos data , vide Afflict. de-
ciſ.242.& deciſ.353.Gram.deciſ.97.nume.4.per
122 has † tamen conſuetudines expreſſe debet eſſe
cõſtitutum,& ſolemniter,vt ſupra diximus , per
authoritates ibidem,& in pręludijs in hoc eodẽ
123 verbo citatas,† & minime ſunt mutanda, quæ
ſic diutinam interpetrationem acceperunt ex
more,l.minime,ff.de legib.

Et in eius domum duca-

124 **tur.** Inducta † in domum ſponſi dicitur ſpon-
ſa,non ſolum,quando ſponſus eam ad do
mum ſuam deduxit,verum etiam quando ſpon
ſus tranſiuit ad commorandum cum ſponſa in
domo ipſius ſponſę,quoniam vtroque caſu ſpõ-
ſa dicitur traduci,non traducere, Lupus in repe.
rub.de do.inter virum,& vxorem,§.55.& quan-
125 doque † vxor ducit virum quod infeliciſſimum
eſt,l.ſi ignorans,ff. ſolu. matrimon. Et quamuis
126 ad † validitatem matrimonij,nec de iure ciuili,
nec canonico ſit neceſſaria ad domum tradu-
ctio,neque carnalis copula,vt voluit gl.in l. cum
te,C.de don.ante nup.& in l.mulierem , & l. de-
nique,ff.de ritu nupt.& in l.nuptias,ff. de reg.iu.
127 ſolus † enim conſenſus eſt , qui facit matrimo-
nium,c.1.& c.cum locum,extra de ſponſ.cap. fi.
de ſpon.duo,c.ſufficiat,c.cum initiatur, cũ mul-
tis ſequentibus.27.quæſt.2.& ca.vni. de vo.lib.6.
128 vnde † ad eſſe matrimonij non eſt neceſſaria ad
domum viri ductio,vt ſupra dictum eſt, & tenet
glo.in l.cum fuerit,ff.de cond. & demonſtr. ita vt
dixerit Bal.in l.certum,colum.5.de bon. poſſeſſ.
129 quòd † ſucceſſio ex capite,vnde vir, & vxor , ita
competat vxori non cognitæ , nec traductæ , ſi-
cut etiam ſponſæ de præſenti , & idem Bald. in
capit. vnde vir,& vxor,ſequitur Lud. Bolog. in
addit.ad ſing.Matheſilani,in tract.ſucceſſ.& Ni
col.de Vbal.in tract.ſucceſſ.ab inteſt 4. parte, in
130 princ.† Sicut etiam & prærogatiua ſucceſſionis;
quæ datur vxori inopi pro quarta bonorũ viri di
uitis ex diſpoſitionis auth.præterea, C. vnde vir,
& vxor,competat,nedum vxori traductæ,& co-
gnitæ,verum etiam ſponſæ ſecundum Franc.de
Pepis in dicta auth.præterea, colum. 2. & ſequi-
tur Lupus in dicto §.55.inferendo etiam ad ma
trem tutricẽ,quæ conuolat ad ſecundas nuptias;
131 vt † ſicut priuatur tutela filiorum propter nu-
ptias ſecũdas,ita etiam ſi ſponſalia contraxerit,
prout de primo ſunt iura,l.omnẽ, ad S. C. Tert.
& l.2.cum auth.ibi poſita,C. quando mul. offic.
tutel.fungi poteſt,de ſecundo Specul.in tit.de tu
tore,§.nunc dicendum,colum.5.verſi. item exci
pitur,& ſequitur Bar.in l.ſi quis ſub conditione,
colum.8.ff.de teſtam.tutel. Lud.Rom.ſing. 221.
Bald.in §.nos autem,colum 9. Inſtit.de attil.tut.
Luc.de Pen.in l.fi.C.de incol.lib.10 columna 1.
132 Afflict.deciſ.357.Et † vacat beneficium contra-
cto matrimonio, licet vxore non cognita , nec
traducta,per Dominos de Rota, deciſ.26.in no-
uis,incip.ſi impetratur beneficium , ſub titu. de
133 cler.coniug. † Operatur tamen traductio in do-
mum viri,quod ex traductione præſumatur ma
trimonium proceſſiſſe,vt probat textus, & per
eum ibi Bald.in l.cum inter.C.de don.ante nup.
in finalibus verbis,& hoc ideo,ſecundum eum,
quia communiter accidit,quòd ſponſa non du-
134 citur ad domum ſpõſi, † niſi prius matrimoniũ
135 contrahatur, † immo eo ipſo,quòd ſponſus du-
cit ſponſam in eius domum,tranſeunt ſponſalia
in matrimonium, etiam citra carnis copulam ,
vt voluit Ioan.Andr.in cap.fin.extra de ſponſal.
136 Signa † enim conſenſus ſunt feſtiuitas læta,arg.
l.ſi quis inſtructi,ff ad munic.& l.vnica, C. pub.
læti, vel conſul.lib. 12.ad idem eſt textus in l.mu
lierem,ff.de ritu nupt.vbi glo.vbi per traductio-
137 nem † ſponſæ ad domũ ſponſi præſumitur vxor;
quod ibi Bald. intelligit,quando verba ſunt du-
bia,vel nõ apparet,an de præſenti,vel futuro ſint
prolata,tunc enim per traductionem declaratur
138 quod † fuerint de præſenti,quod voluit Salyc.in
dicta l.cum inter,C.de don. ante nup.Itaque per
traductionem ad domum ſponſalia de futuro
139 tranſeunt in matrimonium de præſenti,† & de
hoc eſt tex.in ſingularis,in auth.quibus mo.nat.
effic.legit.§.quoniam,collatio.6.& ibi hoc notat
Ang.& meminit Præpoſ.in cap.is qui fidem,ex-
tra de ſpon. Quæ omnia intelligenda ſunt proce
140 dere,† quando traductio eſt facta cum ſolemni-
tate,quæ ſolet adhiberi in traductione vxoris,vt
not. Abb.in cap.ex parte,colum.penul. de reſtit.
ſpol.& vide multa de traductione, quid opere-
141 tur , † & quot effectus producat per Doctorem
Palatios Ruuios in rubrica,extra de donat.Inter
virum,& vxor.§. 56. & pluribus §§. ſequentibus
ad

ad quem pro intelligentia huius verbi, & quæſtiones occurrentes, circa idem potes recurrere, quantum tamen ſpectat ad enucleationem huius conſuetudinis.

Et incognita à viro remanſerit, eo defuncto, vel aliter diſſolutis ſponſalibus, dodarium ipſum non habeat.

Nota, quod ſponſa etiam ducta ad domum
142 viri, ſeu ſponſi ſui, † ſolutis ſponſalibus morte ſponſi, vel alijs legitimis modis, de quibus ſupra diximus, non lucratur nec habet dodarium, ſi non fuerit a ſponſo cognita, & ratio licet in tex-
143 tu, † non ponatur, eſt, nam dodarium acquiritur mulieri ratione virginitatis amiſſæ. D. de Franch. deciſ. 182. circa finem, quæ ratio ceſſat, cum non fuerit cognita, vt pulchrè per Nepod.
144 in conſuetud. Neap. † Quartam de iure quartæ, in gloſ. quondam viro, nu. 29. quia, ſecundum aliquos propter oſculum ſponſa lucratur medietatem donationis propter nuptias, l. ſi a ſponſo,
145 C. de don. † ant. nup. nam ob oſculum caro dicitur quaſi ſemicorrupta, cum ſit actus carnis, iuxta illud Ouidij, poſt oſcula factum, & hæc poteſt
146 eſſe vera ratio, † quod mulier incognita quamuis traducta ad domum viri, non habebit doda-
147 rium. † Sed quid ſi fuerit oſculata tantum, nunquid lucrabit dodarium ſaltem pro medietate, & videbatur, quod ſic per proxime allegata, & per Nap. vbi ſupra, in d. l. conſuet. quartam, in d. gloſ. a quondam viro ſuo, & per Afflict. in conſt.
148 regni, Mulier quæ dotariũ, col. 5. † vt idem iuris ſit de parte, quoad partem, quod de toto quo ad totum, l. quæ de tota, ff. de re. vend. l. quod per manus, de iure codicil. cum ſimilibus, & fuit de eiſum per ſacrum regium conſilium Neapolitanum, vt habetur in nouiſſimis deciſionibus, per D. Vincentium de Franch. eiuſdem ſac. Conſilij præſidem, in deciſ. 505. Tu dic contrarium, vt
149 mulier oſculata lucretur robbas, † & ornamẽta, & iocalia tantum, vt habetur infra in proxima immediate ſequenti conſuetudine, ibi, quia tacta, & oſculata remanſit a viro, lucrifaciat robbas, & ornamenta.

150 Sed quid dicendum eſt † de muneribus ſponſæ miſſis per ſponſum, vel matrem ſponſi contractis ſponſalibus, an illa lucretur ſponſa mortuo ſponſo, vel aliter ſolutis ſponſalibus, retentis terminis, & retento Themate huius conſuetudinis? quod videbatur, vt ſponſa ſit lucrata prædicta dona, vt videtur innuere Salyce. in l. cum veterum, C. de don. ant. nupt. qilamuis non fuerit inducta, nec cognita, nec aliter oſculata per virum. Sed tamen contrarium eſt verum, & ſic fuit deciſum, quod imo mulier, hoc caſu non lucrifacit hæc munera, vt apparet deciſum in eadem met cauſa in prædicta deciſ. 505. in ſecundo dubio, verſi. quo vero ad bona, & ratio eſt, nam talia huiuſmodi dona cenſentur trãſmiſſa, non ſimpliciter, ſed cauſa futuri matrimonij, quod cum effectu non fuit ſecutum, alias non donaſſet, vt in d. l. cum veterum, & ibi omnes doctores. In qua etiam deciſione notatur aliud ſingulare, quod ſi ſponſa dum eſſet grauiter infirma, fuiſſet a ſponſo oſculata, ad huc mulier talia dona non lucratur, cum tale oſculum non fuerit datum gratia ipſius viri, ſed ſponſæ, dum eſſet infirma de proximo moritura, ſecundum
151 Fulgoſ. in d. l. ſi ſponſo, † C. de don. ante nup. reſpondendo ad tex. in d. l. ſi ſponſo, quod procedat in caſu ſuo, quando oſculum daretur gratia ipſius viri.

152 An autem mulier † ducta ad domum viri præſumatur ab eo cognita? Petrus de Ancha. in eius conſ. 209. Incip. facit, decidit, quod præſumitur cognita, tamen transfertur onus probandi contrarium alleganti, non fuiſſe cognitam per alias præſumptiones, ac probationes, de quibus ibi per eundem in d. conſ.

Si vero remaneat cognita integrum habeat dodarium conſtitutum.

Nota quod mulier impubes cognita a viro, eo mortuo habet dodarium conſtitutum, hæc conſuetudo eſt facta, ad remouendum dubium, quod erat apud doctores in hoc, quoniam feſtinantia matrimonij debet potius puniri, ne dũ eſſe cauſa lucri. l. 1. C. de ſecun. nupt. immatu-
153 rum matrimonium † non eſt matrimonium, l. cum hic ſtatus, §. ſi quis ſponſam, ff. de don. inter vir. & vxor. imo ſponſus talem mulierem
154 minorem annis duodecim † carnaliter cognoſcens, tenetur pęna ſtupri. vt habetur per gloſ. in
155 §. 1. Inſt. de nup. ante † enim annos legitimos pueri conſentire nõ poſſunt in matrimonium, quia
156 per ſola verba non contrahunt, † cum minime cenſeantur conſentire, vt in c. 1. de deſp. impu. lib. 6. vbi ſi impuberes minores contrahant ſpõſalia per verba de præſenti, per aduentum puber-
157 tatis non † tranſeunt in matrimonium, niſi ſequatur coniunctio, & copula carnalis, vt per hæc, & alia iura, & rationes ſic firmat gloſ. conſuet. Neap. in tit. de iure quattæ, in cõſuet. Quartam autem, in glo. a quondam viro, in verſi. ſed quid ſi hæc mulier, num. 36. vbi quod Bartolomęus de Capua ſic firmauit, quamuis aliter te-
158 nuiſſet, † mutauit tamen poſtea cõſilium in melius, & firmauit nõ lucrari quartam, vel dotariũ, quare ad remouendum hoc dubium iuriſperitorum, & ambiguitatem, ſtatuerunt conſuetudinarij Auerſani, quod mulier habeat dodarium conſtitutum, & poteſt defendi diſpoſitio huius conſuetudinis valida ratione, vt conſideretur in hoc ius canonicum, quo iure ſecus vi-
159 detur, † quia malitia puellæ minoris duodecim annorum ſuppleat defectum minoris ætatis, & proinde per carnalem copulam perficiatur matrimonium, c. puberes, extra de deſpon. impub. vbi Hoſt. & per Inno. in c. continebatur, c. de illis, & c. fin. ibi, prudentia, i. carnalis concupiſcentia
160 minoris ſupplet ætatem, † vt ſic matrimonium cenſeatur contractum, & facit tex. in l. ſi ff. de

D dote

dote præleg. & l. Præfectus, ff. de ritu nupt. quæ
iura pro hac opinione allegat Bart. de Capua, re
latus per Napod. in d. conſ. Quartam, in gloſ. a
quondam viro ſuo, nu. 40.
161 Nota etiam ex textu,† quòd mulier cognita lu
cratur dodarium integrum, & integrum intelli
gitur ſine aliqua diminutione, ſcilicet quo ad v-
162 ſumfructum, & quo† ad proprietatem, prout la
tius declarauimus infra, c. 5. in conſuetudine in-
cipiente. Si matrimonium morte viri.
163 Sed quid †ſi nulla dos fuit promiſſa, nec con-
ſtituta, an mulier habebit hoc dodarium conſti
tutum? Et videtur quòd non, quia dos data, do-
nationem propter nuptias meretur, Authẽt. dos
data, C. de donat. ante nupt. & inter ea ſeruetur
æqualitas, Auth. æqualitas, C. de pa. conuen. & c.
& quę nihil de dote dedit, nihil de dodario ha-
bere debet, auth. & quę, nihil. C. de pact. conuen.
& faciunt Deciſiones Afflict. in deciſ. 242. & de-
ciſ. 333. Tu dic contrarium, vt habeat integrum
dodarium iſtud conſtitutum, quamuis dos non
ſit, nec promiſſa, nec conſtituta, vt eſt textus, &
ibi not. glo. in l. lege Leonis, C. de pact. conuent.
nec obſtant allegata in contrariam partem, lo-
quuntur enim in caſu, quo dos fuit promiſſa, vel
conſtituta: tunc enim ſi non ſoluatur, nec mu-
lier habebit dodarium conſtitutum, & pro ca
164 parte doris† ſoluta lucrabitur dodariũ, ſecus ſi
nulla dos pęnitus fuit conſtituta, vel promiſſa;
nam tunc habebit dodarium conſtitutum, quã-
uis nulla dos fuerit conſtituta, vel promiſſa: tũc
enim dodarium cenſebitur conſtitutum, non re
ſpectiuè ad dotem, vt conſiderant Doctores in
dicta l. lege Lęonis, C. de pact. conuent. & c. & vi-
de Afflict. pro hoc in conſtitu. regni, Mulier quæ
dotarium, & Nigrum in cap. Regni, Mulier do-
165 tarium.† Vtrum autem dodarium ſufficiat eſſe
promiſſum conſtitui per capitula matrimonia-
lia, vel vltra promiſſionem, debeat ſolenniter
conſtitui, alias non lucrifiat, ſecundum has con-
ſuetudines dictum eſt in ſuperioribus, poſt gloſ.
& Andr. in cap. 1. §. donare, quali. olim ſeu. pot.
alien. & dicetur amplius in ſequenti proxima im
mediate conſuetudine.
166 An †autem iſtud dodarium acquiſitum mu-
lieri ſit titulus oneroſus, an lucratiuus? dic eſſe lu
cratiuum, vt per Caſſan. ad conſuetud. Burgun.
rubr. 4. §. 6. de iure pertinente ad perſonas matri
monio coniunctas, in textu ibi. Eſt douhęc. folio
mihi 149. colum. 3. verſic. quæro quid ſit, vbi de
Aethimologia huius nominis dodarij, de quo
in iure nulla bona videtur ſignificatio, videtur
167 tamen † proxime accedere huic verbo dotali-
tium, de quo habetur in capit. plerumque, extra
de don. inter vir. & vxor. & ibi gloſa, ſecundum
vnum intellectum exponit, quod eſt id, quod
mulier lucratur de bonis viri ſoluto matrimo-
nio per mortem viri ex pacto, vel ex conſuetu-
dine.
168 Sed pone, quod † hæc mulier inducta in domũ
viri ſe abſentauit ab eo, & tempore mortis, non
erat cum eo, ſed erat abſens culpa ſua, an habere
debeat hoc lucrum dodarij? Bald. in l. quod in
vxorem, C. de nego. geſtis poſt glo. in l. ab hoſti-
bus, §. ſi vir. ff. ſolu. matr. & in d. §. ſi vir. vbi Paul.
169 Caſtren. dicit † quod ſi mulieri non prouidit de
alimentis neceſſarijs, maritus non lucratur do-
170 tes, idẽ † in muliere, & multo fortius, vt eadem
ſit ratio, mulier non lucrabitur dodarium con-
ſuetudinarium, Aret. in conſ. 130. & Curt. iuni.
in conſ. 6. poſt tract. feudorum, & ſequitur Bart.
Caſſan. in conſue. Burg. in proxime allegato lo-
co titu. 4. §. 6. fol. 149. col. 3. vbi etiam quęrit, &
171 decidit, nunquid habebit† hoc lucrum mulier,
ſi ſoluatur morte ciuili per deportationem, vel
ingreſſum religionis.
172 An autem lucrifaciat dodarium, † ſi non ſte-
tit mulier in obſequio viri, ſi per virum ſtetit nõ
per mulierem quo minus eſſet in obſequio viri,
& opera maritali? dic, quod lucratur, & quod
173 non per hoc tenetur † cum uiro vagare per or-
bem terrarum: datur tamen ad cautelam conſi-
lium, vt ante receſſum viri, proteſtetur mulier,
quod prompta ſit, & parata eſſe in obſequio vi-
ri. ita Napod. in glo. quondam viro, in conſuetu.
Quartam. de iure quar. ad conſuetud. Neapo. in
finalibus verbis.
174. Et quia ſupra tactum eſt,† de muliere oſcula-
ta, nunquid lucretur dona, & munera ſibi a ſpon
ſo miſſa, intellige prædicta, quod ita tamen mu-
lier lucretur talia munera, quando poſt dona-
175 tionem interuenit oſculum, nõ autem †ſi prius
quam eam deſponſaret, oſcularetur, & deinde
donaret, illa enim munera tunc non lucraretur,
vt voluit in Bal. in l. ſi a ſponſo, C. de don. an. nup.
176 tale enim oſculum ante † ſpõſalia illicitum eſt,
& reprobatum, vt dicit glo. notab. in clem. fi. in
verb. ſeptimo, de hæret. glo. in l. 1. ff. de var. & ex.
crimi. Bald. in l. ſiquis non dicam rapere, C. de
epi. & cleri. col. 2. vnde magis eſt deteſtandum
177 quam præmiandum. Idem dicendum † eadem
met ratione de ſponſa carnaliter cognita ante
ſponſalia, ne ſecutis ſponſalib. acquirat huiuſ-
modi donata a ſpõſo, vt comprobat Lupus in l.
52. num. 9. ad l. Thori.
178 Vbi etiam ad lucrum horum donorum, † nõ
ſufficit amplexatio ſine oſculo, cum hæc ſint pę
nitus diuerſa, vt ibidem num. 18. Finis D. G.

ADDITIONES.

¶ ADDE quòd quamuis ſponſalia de fu-
turo, tranſeant in matrimonio de præ-
ſenti per traductionem vxoris ad domũ, §. quo-
niam, in auth. qui. mo. natu. effi. legi. vbi id expreſ
ſe notat Ang. & Præpoſ. in c. is qui, extra de ſpon.
hoc tamen intellige, quando traductio eſt facta
cum ſolemnitate, quæ adhiberi ſolet in tradu-
ctione vxoris, Abb. in capit. ex parte, colum. pen.
de reſtit. ſpol. & ſi ſponſi ſint ætatis legitimæ, vt
in d. c. ex parte, & in c. ex literis, de deſponſ. impu
ber. Lup. in reper. cap. per veſtras, carta 104. extra
de donat. inter vir. & vxor.

¶ Adde, ſponſus, ſponſalia, proxenetæ, vnde
dicantur, qua ætate ſponſalia contrahantur, qui

&

& cum quibus ſponſalia contrahantur, qui diſſoluere ſponſalia poſſunt, an donationes ſpõſalitiæ valeant, ac de arris ſponſalitijs, vide Fran. Conna. libro 8. Comment. iur. ciuil. de ſponſ. capitu. 2. vbi etiam de arris ſponſalitijs earumque vſu in matrimonijs contrahendis, & vnde mos iſte arrarum proceſſerit.

¶ Adde circa num. 47. qualiter mors probetur, dic per librum Curati, vel alterius, in cuius eccleſia quis ſepultus eſt, item per teſtes qui deponant ſe vidiſſe eum ſepelliri. Bal. in c. cũ cauſam, nu. 27. col. 5. de teſti. & in l. conuenticulam, C. de epi. & cleri. item ſi deponant ſe vidiſſe quẽ proijci in mare, vel in puteum, vel ex alto loco præcipitari, vt per Bal. in d. l. conuenticulam, in fin. Item iuſta & veriſimilis eſt probatio, ſi quis commiſit ſe bello, & poſt bellum non reperitur, nam in bello mortuus cenſetur, & illum lugeri permittitur. l. vlt. ff. de his, qui notan. infam. vbi id firmat Bart. Corn. conſ. 251. in hac, columna ſecunda, volum. primo, & ſi de præiudicio reparabili agatur, ſatis dicitur probata mors ſi fuerit probatum, quòd inter agnatos, & cognatos habebatur pro mortuo, & inter eos factus luctus de morte illius, vt in d. l. fina. Secus ſi de præiudicio irreparabili agatur, vt puta de puniendo occiſorem, tunc plene probanda eſt mors, l. inde Neratius, in fine, cum l. ſequenti, ff. ad l. Aquil. l. j. §. illud, ff. ad S.C. Sillan. Alex. conſ. 27. conſideratis, columna 2. volumine 7. Interdum probatur mors per conijecturas, ſi de leui agatur præiudicio, vel de homicidio dudum perpetrato, & in loco longinquo, vbi plena non poteſt haberi probatio, vt plene per Corn. conſ. 10. viſa fuit, col. 1. & 2. volum. 1. Alexand. conſ. 4 videtur, colum. 4. volum. 2. Decius conſ. 652. viſo conſilio, colu. 1. Boer. dec. 288. vide Bart. in tra. qual. probe. mors.

¶ Adde circa num. 22. 23. ad illam regulam, quod non valet, vt ago, valet vt valere poteſt, vide Alcia. lib. 1. paradoxo, c. 6.

¶ Adde in materia ſponſaliorum ad iſtam conſuetudinem, Io. Oinoromi. Inſtit. de nupt. in prin. vbi latiſſime pertractat materiam ſponſaliorum, quæ de præſenti, quæuè de futuro, item quæ publica, & quæ clandeſtina, quæ ſit inter ea differentia, & effectus.

¶ Adde ſi matrimonium eſt nullum impedimento ætatis, quia vnus minor, an ex poſt facto perficiatur probata perſeuerantia maioris, vide Bald. in eius conſil. 200. in cauſa, num. 2. & 4. volumine 3.

¶ Adde quod matrimonium, non cenſetur, ſed ſponſalia de futuro intelliguntur, quando pubes cum impubere per verba de præſenti contrahunt. Tenetur tamen pubes impuberem expectare, donec ad pubertatem veniat: tamen ſi matrimonium cum alio pubere contrahit per verba de præſenti, matrimonium tenet etiam, ſi cum impubere iuraſſet contrahere, vt per Roma. in conſil. 448. Nic. Miliſ. in alphabeto in ver. Matrimonium non cenſetur, num. 10. Si autem pubes cum impubere contrahat, licet impubes ætate adueniente reſilire poſſit, vt minor, ſi tamen maior cum alio contrahat matrimoniũ, quid ſit agendum, vide glo. Inno. & Hoſt. in c. de illis, de deſp. impub. Rota deciſ. 348.

¶ Adde circa, nu. 47. qualiter probetur mors in omnibus caſibus diſtincte per Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadm. teſta. aperi. & ff. de his qui not. infam. l. genero, & l. ſi. C. ſolu. marr. & l. ſiquidem, vbi Cyn. C. eo. Io. Andr. in add. Specu. in titu. de noto. crimi. §. fama. ver. quid ſi ageretur. in caſibus tamen, quibus mors probatur per famam, non tamen probatur dies mortis, vt per Bart. in tract. de teſtib. §. mortuum.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſoria cautio in dote de iure communi probibita.*
2 *Et quæ ſit ratio?*
3 *Maritus, & vxor ſunt ſocij diuinæ, & humanæ domus.*
4 *Fideiuſſoria cautio, ſecundum has conſuetudines permiſſa pro tempore.*
5 *Dictio, item, quot upliciter ſumatur?*
6 *Dictio, item, inducit repetitionem, idemque ius in repetito.*
7 *Dictio, item, an ſit qualitas?*
8 *Matrimonium eſt maris, & fæminæ coniunctio indiuiduam vitæ continens conſuetudinem.*
9 *Nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit.*
10 *Matrimonium cur potius a matre, quam a patre dicatur?*
11 *Matrimonium præſumitur de iure ciuili ex ſola cohabitatione, & concubitu.*
12 *De iure canonico in dubio præſumitur illicita, & fornicaria, potius quam coniugalis cohabitatio.*
13 *Vir & mulier cohabitantes cogendi ſunt ad matrimonium, vel a tali cohabitatione recedere.*
14 *Niſi diutina fuiſſet cohabitatio decem, & vltra annorum: tunc enim licita, etiam de iure canonico præſumeretur.*
15 *Licet poſſet contra hanc præſumptionem contrarium probari.*
16 *Matrimonium diuina inſtitutione indiuiduum vinculum.*
17 *Quos Deus coniunxit homo non ſeparet.*
18 *Matrimonium ſignificat dilectionem inter coniuges futuram, quam Deus per gratiam eiſdem nectit.*
19 *Matrimonium repræſentat coniunctionem Chriſti cum Eccleſia.*
20 *Matrimonium diuortio dirimitur.*
21 *Matrimonij diuortium, etiam apud vetuſtiſſimos Romanos fœdum viſum eſt.*
22 *Apud Iudæos libellus repudij pluribus ex cauſis mittebatur.*
23 *Iuſtinianus quoque ex cauſis diuortium permiſit.*
24 *Matrimonium non ſoluitur etiam per adeptam epiſcopalem dignitatem.*

25 Matrimonium conſumatum profeſſionc religionis ſecuta non dirimitur.
26 Secus ſi non ſuerit conſumatum.
27 An antem matrimonium ratum non tamen conſumatū, poſſit ex diſpenſatione Sum. Pontificis dirimi?
28 Thori tamen ſeparatio eſt hodie permiſſa ex cauſa.
29 Si alter alterum venenare tentauerit.
30 Item ob ſurorem.
31 Item ſi alter labatur in hæreſim.
32 Amplia etiā ſi reſipuerit et ad gremiū ecclcſiæ redeat.
33 Matrimonium quo ad thorum ſeparatur ob ſodomiam.
34 Matrimoninm quo ad thorum ſeparatur pp adultcriū.
35 Vir poteſt vxorcm adulteram expcllere, nec expulſæ competit interdictum aliquod recuperandæ.
36 Caſus vbi matrimonium de facto cōtractum ſeparatur.
37 Matrimonium non dicitur quando contrahitur inter ineptos, ſed potius ſponſalia.
38 Aptitudo rei conſiſtit circa rē, & propoſitā negationē.
39 Aptitudo requiritur in matrimonio contrahendo.
40 Matrimonium contrahitur per verba ad id apta.
41 Inſtrumentum dotale inter mutum, qualiter fiet?
42 Matrimonium fit per tacitum conſenſum per anuli ſubarrationem mulieri tacenti.
43 Conſenſus in matrimonio poteſt adhiberi per procuratorem.
44 Aptitudo in matrimonio reqniritur in perſona, ne ſit arcta, vel frigida, &c.
45 Matrimoninm per quæ verba contrahatur.
46 Matrimonij appellatione, an veniat putatiuum, vel figura matrimonij.
47 Matrimonium vtrum ſit ſacramentnm? remiſſiue.
48 Matrimoniū cū dicit hæc cōſuetudo intelligit de valido
49 Matrimonium clandeſtinum, quando dicatur?
50 Clam dicitur quando omittitur ſolemnitas requiſita.
51 Clandeſtinitas, qualiter conſideretur in matrimonio per Concilium Trid.
52 Verbum, volo contrahere tecum matrimonium, vtrum efficiat ſponſalia de præſenti?
53 Et quid ſi dicatur, non habebo aliam, niſi te in vxorem.
54 Matrimonium dum contrahitur, quis prior ſit interrogandus?
55 Extrinſeca quæ non ſunt de ſubſtantia matrimonij, quæ ſint?
56 Anulus quid ſignificet?
57 Anulum quis primo inuenit?
58 Per anuli ſubarrationem contrahuntur ſponſalia.
59 Matrimonium probatur per alia legitima documenta.
60 Petitorio an poſſeſſorio agi in cauſa matrimonij refert.
61 Poſſeſſorio agenti ad iugalem, an obſtet exceptio proprietatis.
62 Pactum in matrimonio initum de habitando cum vxore in certo loco, vel aliqua ciuitate, an valeat?
63 Quid ſit dos, & an matrimonium poſſit eſſe ſine dote.
64 Si bona ſtabilia dantur in dotem ceſſat fideiuſſoria cautio de qua hic dicitur.
65 Dos ſiue conſiſtat in pecunia, ſiue in rebus mobilibus, eadem eſt iuris conſuetudinarij cenſura.
66 Mobilium rerum maxime ſuppellectilium, quæ vſu conſumuntur, nec dantur æſtimatæ, non conſtituitur dodarium.
67 Immo reſtituuntur ſoluto matrimonio vſu conſumptæ, prout reperiuntur.
68 Vir præſtat fideiuſſoriam cautionem, nec ſufficit iuratoria de dote conſeruanda, & reſtituenda.
69 Verbū, cautio, in dubio ītelligitur de ſimplici cautione.
70 Niſi dicatur idonee, vel
71 Niſi proferatur a iudice.
72 Conſuetudo iſta non cogit virum ad præſtandam fideiuſſoriam cautionem.
73 Licet de iure communi ſit prohibita fideiuſſoria dotis cautio, id tamen conſuetudine permitti poteſt.
74 Conſuetudo poteſt approbare actum, ſeu contractum a iure prohibitum.
75 Fideiuſſor in cauſa dotis obligatur ex nudo pacto.
76 Fideiuſſores dotium prohibentur, ſiue pro dote conſeruanda, ſiue reſtituenda.
77 Fideiuſſores dotium dari poſſunt, ſoluto matrimonio, de dote reſtituenda.
78 Fideiuſſores dotium dantur ſi vir vergit ad inopiam.
79 Fideiuſſores dotium dantur ad inſtantiam extranei dotantis.
80 Fideiuſſores dotiū dantur cū præſtatur abſente marito.
81 Fideiuſſores dotium dantur a marito recipiente dotem ante contractum matr. de ea reſtituenda, ſi matrimonium non ſequatur.
82 Pater etiam viri poteſt fideiubere pro viro pro dote nurus ſuæ conſeruanda, ſeu etiam reſtituenda.
83 Mulier intercedit in cauſa dotis, nec iuuatur S. C. Velleiano.
84 Titulus C. ne fideiu. dot. dent. limitatur niſi interueniat iuramentum.
85 Item ceſſat diſpoſitio illius titu. ex parte mulieris, ſeu alterius dotem pro ea promittentis.
86 Fideiuſſoria cautio de qua in hac conſuetudine, fuit permiſſa ad modicum tempus, & ante traductionem vxoris, & ponitur ratio deciſionis.
87 Maritus, qui non tenetur dare fideiuſſorem, num poſſit dare correum?
88 Lex eſt impoſita rebus, non verbis.
89 Marit⁹ ſi vergit ad inopiā, an peti poſſit iſta ſatiſdatio?
90 Maritus an poſſit conſtante matrimonio dare vxori expromiſſorem pro dote animo nouandi obligationem.
91 Cautela, vt ceſſet diſpoſitio illius tit. ne fid. dot. dent. remiſſiue.
92 Mulier lucratur iocalia facta per virum, ſiue de pecunia dotali, ſiue propria.
93 Antinomia ſoluitur iurium, quæ videntur contraria.
94 Matrimoninm ſi ſoluatur morte viri, poſt inductionem, & carnalem copulam, an mulier lucretur iocalia?
95 Iocalia donata per virum conſtante matrimonio morte confirmantur de iure communi.
96 Niſi ſimpliciter ſint tranſmiſſa, tunc enim ad heredes vxoris non tranſmittuntur, & videntur traditæ, vt magis ornata incedat.
97 Idque militat in veſtibus feſtinis, & pretioſis, non autem in quotidianis, & ad vſum quotidianum.
98 Iudicis officium verſatur in hoc maxime quę ſint veſtes pretioſæ, & quę quotidianę, reſpectu nobilitatis, & diuitiarum.
99 Prodigalia veſtimenta, perlæ, lapides pretioſi in dubio non cenſentur donata.
100 Nemo pręſumitur male vti ſubſtantia ſua.
101 Res miſſæ per futurum ſponſum ante contractum matrimonium per verba de pręſenti, an cenſeantur donatę?
102 Cōſuetudo iſta indiſtincte dat lucrum iſtorum ornamentorum

torum mulieri tacte, & oſculatę.
103 Mulier nunquid lucrabitur veſtes, & huiuſmodi ſi non ſint factę?
104 De iure communi iſt hęc bona mulier non lucratur niſi expraſſe donata, vel niſi legentur.
105 Pecunia verbum generale omnia comprendit.
106 Mulier lucriſacit iſta iocalia ſiue dos conſiſtat in quantitate ſiue in ſpecie.
107 Si bona ſtabilia dantur in dotem, in aſſignatione, lucrifactione, & reſtitutione obſeruantur iura communia, nec id obſtat pręmiſſis.
108 Vxor non lucratur veſtes, & ornamenta per viſum obloquium, vel amplexationem.
109 Affinitas non contrahitur per oſculum.
110 Oſculum eſt ſignaculum concludentis, ab eo cępit benedictio.
111 Oſculum interuenit in pace, & cur?
112 Oſculum inditum eſt charitatis, & amicitia.
113 Oſculum prabere, an ſit peccatum mortale.
114 Oſculans mulierem per vim qua pęna puniatur?
115 Mulier ob oſculum quid lucretur de iure communi.
116 Limita ſi oſculum ſubſequatur donationem.
117 Mulier num lucretur munera ſibi miſſa per ſponſum ante traductionem, & late diſcutitur.
118 Mulier lucratur dona expraſſe donata per ſponſum.
119 Donatio ſimpliciter facta pręſumitur ex mera liberalitate, ſecundum ius antiquum.
120 Hodie tamen praſumitur facta ex cauſa futuri matrimonij.
121 Idem dicendum de muneribus ſponſa miſſis per conſanguineos amicos clientes ſponſi.
122 Donans ſi matrimonium eius culpa non ſequatur amittit id quod donauit, & acceptum reſtituit.
123 Niſi concurrant in eandem voluntatem, vt ibi.
124 Et ſi caſu ob mortem, ſcilicet vnius matrimonium non ſequatur, donatio reuocatur ſi oſculum non interuenit, & reſtituuntur donata hęredibus ſponſi, &
125 Oſculum ſi interuenit, medietas rerum donatarum remanent ſponſę, vel eius haredibus.
126 Niſi ſponſa fuerit ſciens impedimenti ipſius matrimonij ob quod fuit declaratum nullum, tunc nil habebit ratione oſculi.
127 Sponſa ſi ſponſo donauit ſiue oſculum interuenit ſiue non, totum reuocabit ad eam ſiue eius hęredes.
128 Et habebit medietatem eorum, quę habuit a ſponſo ſi oſculum interuenit, alioquin totum reſtituit.
129 Et ratio omnium prędictorum ponitur.
130 Niſi oſculum daretur gratia ipſius ſponſę.
131 Donatio facta inter ſponſos, ſecuto matrimonio confirmatur.
132 Donatio tamen facta ita confirmatur, non tamen quod res donatę ſtatim efficiantur donatarię, ſed pendet a futuro euentu, vt ibi.
133 Donatio eiuſque lucrum requirit, quod matrimonium ſequatur.
134 Donatio tamen huiuſmodi non inducitur etiam per verba expreſſa per ſponſum, vel eius internuncium, niſi quo ad vſum tantum.
135 Verbum, dono, impropriatur ſecundum ſubiectam materiam.
136 Contractus eſt cenſendus ſecundum naturam illius contractus cuius effectus potius eſt.
137 Appoſitum quod non conuenit effectui, habetur pro nō appoſito.
138 Venditio fundi ad vſum, plena eſt venditio.
139 Nobilitas facit, vt cenſeatur donatum id quod alias non eſt donatum.
140 Equalitas donationis facit, vt pręſumatur donatio.
141 Plebeius, vel ſenex ducens nobilem, vel iuuenem, ſi mittat ſponſę munera, vel cōfitetur recepiſſe dotem, pręſumitur donatio.
142 Donandi animus pręſumitur in nobili.
143 Mulier nobilis, & pulchra nubendo ſeni, vel plebeio, videtur ei munus facere.
144 Vnde ob id mariti conceſſio, vel confeſſio pręſumitur animo donandi.
145 Donatio tamen non pręſumitur in ſponſo rerum pretioſarum, & magni valoris.
146 Officium iudicis multum verſatur in hoc quę dicantur res magni valoris inſpecta dignitate perſonarum, & diuitiarum.
147 Donata tamen cenſentur huiuſmodi ſi viget in loco conſuetudo.
148 Conſuetudo eſt optima legum interpres.
149 Sponſus pręſumitur donare illa quę donari conſueuerunt ſecundum morem regionis.
150 Iocalia quę mittuntur à conſanguineis ſponſi pręſumitur donari ratione conſuetudinis loci.
151 Donatio facta poſt traductionem vtrum valeat.
152 Donatio inter coniuges prohibita ne mutuo amore ſe ſpolient.
153 Nec ex ea tranſit dominium, licet tranſeat poſſ.
154 Donatio inter iugales firmatur iuramento.
155 Donatio pręmiſſa ſic firmatur ſi vera fuerit, non autem pręſumpta.
156 Donatio inter iugales morte donantis confirmatur, niſi fuerit reuocata.
157 Donatio inter iugales morte confirmata ualet in vim relicti potius quam contractus.
158 Donatio inter uirum, & vxorem ita firmatur morte donatoris, ſi praceſſit traditio vera, uel ficta, non ſi ſola promiſſio.
159 Conſtitutum operatur traditionem, licet ſit ficta traditio, & num. 160.
161 Vtrum traditio cenſeatur facta temporē donationis, uel confirmationis.
162 Donatio inter iugales ſic non valet ſi donatarij melior, donatoris deterior fiat conditio.
163 Donatio inter iugales valet pro dote filię.
164 Donatio inter iugales valet ſi eſt remuneratoria.
165 Donatio inter iugales in beneficium tamen tertij valet.
166 Donatio, valet inter maritum, & vxorem ex cauſa dotis.
167 Donatio facta, per vxorem marito valet cauſa adipiſcendi honoris, & doctoratus, & num. 168.
169 Donatio inter iugales valet in multis caſibus remiſſiue.
170 Donatio prohibetur etiam ſi fiat a conſanguineis vxoris, vel mariti.
171 Conſuetudo iſta dat lucrum iſtorum iocalium mulieri, non diſtincto ſi ſint pretioſa, ſi ſint nobiles, vel ignobiles, ſi fuerit magna, vel parua dos, vel ſi expreſſe fuerint donata.
172 Conſuetudo generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.

173 Cognitio verbum eſt iuriſdictionale.
174 Cognitio ſi committitur, non committitur diffinitio.
175 Vxor cognita in domo ſua, vel patris ante traductionem, non lucratur dodarium, & quare.
176 Mulier oſculata lucratur iocalia.
177 Dodarium conſtitui in facie eccleſia, quid ſit?
178 Eccleſia multipliciter ſumitur.
179 Dodarij conſtituendi forma, remiſſiue.
180 Modus conſtituendi dodarium per cultellum plicatum.
181 Cultellus plicatus quid ſignificet in conſtitut. dodarij.
182 Mulier quare non lucretur dodarium non conſtitutum, vt decet?
183 Iura cõia dant lucrum dodarij ob virginitatem amiſsã.
184 Conſuetudo iſta limitat iura cõia, nam mulier ita lucratur dodarium ſi fuit deuirginata, poſt non, ante ſolemnia nuptiarum, & num. 185.
186 Vxor ſeu ſponſa, an in dubio cenſeatur cognita ante, vel poſt traductionem?
187 Matrimonium fuiſſe conſummatum probatur ex confeſſione iugalium.
188 Matrimonij conſumatio probatur, & ſtatur dicto vxoris, & mariti quo ad lucrum conſuetudinarium.
189 Sponſus dormiens cũ ſponſa praſumitur eã cognouiße.
190 Copula carnalis probatur ex coniecturis, & quibus?
191 Copula carnalis non probatur concludenter.
192 Probationes leuiores recipiuntur in his, quæ ſunt difficilis probationis,
193 Obſtetricibus dicentib. mulierem eße corruptam, quã negantibus credendum magis eſt.
194 Iuramento coniugis ſtatur interueniſſe copulam.
195 Limita quo ad preſumendum matrimonium, nõ autem quo ad preſumendum lucrũ dodarij in praiudicium hæredum mariti.
196 Mulier non dicitur matura ante annum duodecimum.
197 Maturitas in tribus precipuè in viro oſtenditur.
198 Prematurè dicitur quando mulier non expectat traductionem in domum viri, nec ſolẽnia nuptiarũ ſolita.
199 Virgo dicitur quia de viro ſumpta eſt.
200 Virginitas nuptijs antefertur.
201 Virgo quid ſignificet in diuerſis idiomatibus?
202 Virginitas an amittatur ob violentiam?
203 Virginitatis priuilegia, & prerogatiue, remiſſiuè.
204 Virginem eſſe quomodo probetur.
205 Virginitas cum humilitate Deo eſt valde accepta.
206 Nuptię implent terram, virginitas Paradiſum.
207 Virginitas filiorum prodeſt ad ſalutem parentibus.
208 Virginitas non eſt de precepto, ſed de conſilio.
209 Virginitas amiſſa non reparatur.
210 Virgines per vim corruptę, an poſſint conſecrari?
211 Laudes virginitatis, & num excelſior matrimonio?
212 Feſtinantia quandoque punitur.
213 Feſtinantia ad ſecundas nuptias in muliere punitur.
214 Feſtinans nimis in loquendo, reſpondendo, & faciendo taxatur.
215 Sponſa dum eſt in domo patris, vel propria, non eſt in plena poteſtate ſponſi.
216 Sponſa dum eſt in via, vt traducatur, nõ debet per ſponſum opprimi.
117 Sponſus ſi rapit ſponſam punitur ante traductionem, ſecus ſi poſt, & num. 218.
219 Mulier deſponſata cum eſt in domo patris, vir non debet eam cognoſcere.
220 Mors prolata a lege, ſiue a principe, ſiue a teſtatore de naturali in dubio intelligitur.
221 Cõſuetudo iſta intelligit de morte naturali vxoris, quid autem de ciuili?
222 Mortis appellatione in dubio de naturali intelligitur.
223 Niſi in caſibus limitatis, vbi lex æquiparat.
224 Mors in hac cõſuetudine ponitur cauſa demõſtrationis.
225 Exempla non reſtringunt regulam.
226 Conſuetudo procedit etiam ſi ingrediatur monaſteriũ, ac renunciet ſæculo.
227 Monialis quantum ad matrimonium mori videtur.
228 Et pro mortua habetur.
229 Regularis quoad mundum habetur pro mortuo.
230 Viro bannito, ſeu forıudicato mulier ſtatim petit dotem a fiſco.
231 Et in huiuſmodi caſu condictione generali, non autem actione de dote.
232 Et reſtituitur ſtatim dos non expectato anni lapſu.
233 Matrimonium ſi declaratur nullum, an reſtituatur dos, ac ſi verum precesſiſſet matrimonium?
234 Ius idem ſeruatur in ſponſa quod in vxore.
235 Contracto matrimonio non ſponſa, ſed vxor dicitur.
236 Vxor an veniat ſponſæ appellatione vel contra?
237 Vxore nondum traducta mortua, vir dotem non lucratur ex hac conſuetudine, cum idem ſit de iure communi in ſimili ſtatuto dictante.
238 Vxor dicitur traducta in domum viri non ſi obiter, ſed cum ibi animo perpetuo ſit permanſura.
239 Vxor inducta in domum viri ſi moriatur, quid inducat conſuetudo iſta?
240 Vir mulierem precedere debet.
241 Vir quot modis ſumatur?
242 Viri appellatione fœminæ non veniunt.
243 Vir ponitur in iſta conſuetudine pro marito.
244 Vir quandoque ponitur pro ſponſo.
245 Vir bonus, ideſt iudex.
246 Vir bonus dicitur qui alteri facit, quod ſibi vult fieri.
247 Vir ab vxore vocandus eſt dominus.
248 Vxor Doctoris domina vocari debet, non aũt a marito.
249 Dodarij conſtitutio fit irrita per mortem vxoris viro ſuperſtite.
250 Maritus ex hac conſuetudine vxore mortua reſtituet integras dotes, & nõ detrahet ꝓtiũ iocaliorũ factorũ.
251 Idem ſi dos conſiſtat in rebus ſtabilibus.
252 Maritus an habet anni ſpatium ad reſtitutionem dotis.
253 Sed quid ſi eſt inops.
254 Dictio, integre, rem perfectam ſignificat.
255 Promißor integrorum fructuũ, intelligitur ſine diminutione ſementis.
256 Et quarumcunque expenſarum.
257 Promiſſio de reſtituenda integra dote, venit reſtituenda, abſque diminutione.
258 Maritus in reſtitutione dotis non tenetur, niſi in quantum facere poteſt.
259 Lex non corrigitur, niſi expreſſe corrigatur.
260 Ius ciuile tantis vigilijs excogitatum non tollitur vnico obiectu.
261 Muliere mortua veſtes, & iocalia remanent marito, et euacuatur donatio.
262 Donatio reuocatur ob mortem vxoris viro premortuo.
263 Conſuetudo recipit interpretationem a iure communi.
264 Conſuetudo in caſibus in quibus non loquitur, nec aliquid diſponit, relinquit regulis veteris iuris.
265 Dictio (prout) denotat tempus & qualitatem.

Iſta

C A P. I I.

ITem ſi matrimoniũ cõtrahatur inter aptos ad matrimoniũ contrahendũ cum dotib. in pecunia, & alijs reb. mobilib. & factis ſubarrationib. pecunia pro dote ſoluatur, & ſic fideiuſſoria cautio præſterur a parte viri parti vxoris de reſtituenda ea, vſque ad tempora ſponſaliorum finalis ſolutionis dotium, & inductionis in domum valitura. Et ſi de ipſa pecunia expenſæ factæ fuerint in vxore pro veſtitu, & alijs ornamentis ipſius ante carnalem copulam, & antequam vxor ducatur in domum viri, ſoluatur matrimonium morte viri, pecunia ſoluta pro dote integraliter reſtituatur vxori, ſeu dãti pro ea, & vxor quia tacta, & oſculata remanſit a viro, lucrifaciat ſibi robbas, & ornamenta: Si autem cognita a viro in domo patris, vel ſua remanſerit, dodariũ in quantumcunque conuentum, ſi caſu non fuerit in facie Eccleſiæ conſtitutum, habere non debeat, imputetur enim ſibi quòd tam præmaturè virginitatem ſuá amiſit. Si vero ſoluatur matrimonium morte vxoris ante tempus ſponſaliorum, & inductionem in domum viri, ipſe vir teneatur pecuniam acceptam hæredibus mulieris, vel danti pro ea integre reſtituere, aſſignatis ſibi a patre, vel hæredib. mulieris robbis, & ornamentis ſibi factis ab eo, prout inuenſientur.

ISta conſuetudo diuiditur in duas partes principales, in prima enim loquitur, quando matrimonium contractum inter aptos ad illud contrahendum, ſoluitur morte viri. Secundo vero, quando matrimoniũ ſoluitur morte vxoris. Secunda incipit ibi, Si vero ſoluatur, &c. & tali ordine ad præcedentem ſubordinatur, quum ſupra dictum ſit de ſponſalibus contractis inter impuberes, in hac vero conſuetudine dicitur de matrimonio cõtracto inter puberes maiores aptos matrimonio, & per verba de præſenti, cum ſecundum Roffred. Beneuen. in titulo de ſponſ. initietur matrimonium in ſponſalibus, in matrimonio cõpleatur, & conſumatur per carnis copulam.
Ex textu nota, quòd ſi contrahitur matrimonium inter aptos ad cõtrahendum cum aſſignatione dotis in pecunia, vel alijs rebus mobilibus conſiſtentis, pręſtabitur a viro fideiuſſoria cautio de dote prædicta reſtituenda, quæ cautio fideiuſſoria pro certo tempore valebit, ſcilicet vſque ad tempus finalis aſſignationis dotium, & inductionem vxoris in domum viri, qua vxore inducta, & ſolutis integris dotibus, dicta fideiuſſoria
1 cautio finitur. † Vnde quàmuis de iure communi hęc cautio ſit prohibita, vt in rubr. C. ne fideiuſſ. dot. dentur, nę ſit inter virum, & vxorem perfidiæ locus, & quaſi parũ fidei inter
2 eos, inter quos debet † exuberare, cũ ſint ſocij diuinæ, & humanæ domus, l. 1. ff. de ritu nupt. Ta-
3 men † per hanc conſuetudinem eſt permiſſa huiuſmodi cautio pro tempore, vt hic dicitur.
4 Quare † hoc ſit inductum, & vtrum per conſuetudinem potuerit induci, & in quibus caſibus reſtringatur ille titulus, C. ne fide. dot. dent. dicetur inferius in apparatu, &c. Nota ſecũdo, quòd ſi matrimonium ſic, vt ſupra dictum eſt, ſoluatur morte viri, antequam vxor ſit inducta in domum viri, pecunia dotalis integraliter reſtituitur vxori, vel pro ea danti, & vxor quia tacta, & oſculata remanſit, lucratur iocalia, & ornamenta per virum facta, quę ornamenta, & iocalia nõ computantur in dote, ſed ea lucrifacit mulier vltra dotem.

Tertio dicit, pone, ꝙ vxor non fuit ducta in domũ viri, ſed fuerit cognita ĩ domo vxoris, vel pr̃is vxoris, non lucratur dodariũ quantumcunq. ſit cõuentum, ſi non fuerit in facie eccleſiæ cõſtitutũ, & ratio ponitur in textu, imputetur enim mulieri, quòd tam præmaturè virginitatẽ ſuã amiſit ante inductionẽ, & ante ſolemnem conſtitutionem.

Quarto dicit, quòd ſi matrimonium ſoluatur morte vxoris ante tempus ſponſalitij, & antequam ſit introducta in domum viri, tunc vir tenetur ad reſtitutionem integrę dotis, retẽtis veſtibus, & ornamentis per virum factis de pecunia dotali, quæ veſtes, & ornamenta aſſignabuntur viro.

Item ſi matrimonium contrahatur inter aptos ad matrimonium cum dotibus in pecunia, & alijs rebus mobilib. & factis ſubarrationibus, pecunia pro dote ſoluatur.
5 Item, de † iſta dictione, vide Bar. in l. 1. in principio, ff. de publ. & per Alber. in prima parte ſtatutorum, quæſt. 70. verſic. ad tertiam, per Iaſ. in §. æque, verſic. item altius, Inſt. de act. Quandoque ponitur iſta dictio, item, ſimilitudinarie, gloſ. in §. item lapilli, Inſtit. de rer. diuiſ. Aliquando continuatiuè ad materiam præcedentem, l. item, ff. de conſtit. pecun. l. qui vinum, §. erit dulcia, verſ. item, ff. de vino tri. & ole lega. & habetur per Dinum, & alios in l. in repetendis, ff. de leg. 3. indu-
6 cens repetitionem, & idem ius in repetito, † vt in dicta l. in repetendis, & quid dicta dictio ſignificet, per Alber. in l. leges, & conſtitutiones, C. de legi.

leg. An autem hæc dictio ſit repetitiua, vel qua-
litas, dic vt per Bart. in l. a ſententia, ff. de appell.
& continuatiua, & repetitiua præcedentium.
Hipp. de Mar. conſ. 75. num. 6. maximè in ora-
tione perfecta. Pariſi. conſ. 49. num. 48. vol. 2. li-
cet quandoque denotet diuerſitatem. Phi. Dec.
conſ. 423. num. 15. & ſimilitudinem, ibidem,
num. 3. per quam dictionem doctores prædicti
inferunt ad pulcherrimas quęſtiones, in facto oc
currentes, & vide late per Fely. in c. paſtoralis, §.
Item, cum. de offi. deleg. Arc. in l. qui ſuperſtitis,
ff. de acqui. hær. & in l. 1. ff. manda. Bald. in l. que-
admodum, §. fi. ff. ad legem aquili.

8 Matrimonium, quod † eſt maris, & fæminæ cō
iunctio, indiuiduam vitæ continens conſuetudi
nem, §. 2. Inſt. de pat. pot. l. 1. ff. de ritu nupt. 2. q.
2. §. t. c. illud. de præſumpt. & dicitur coniunctio
non tam corporum quam animorum cum nu-
9 ptias, † non concubitus, ſed conſenſus faciat, l.
nuptias, ff. de reg. iur. & hoc quod ad ipſius defi-
nitionem: quo vero ad æthimologiam, ſunt qui
10 dicant cum † Auguſtino lib. 19. contra Mani-
cheos, c. 26. a matre dici, quod fæmina ob id po-
tiſſimum nubere debeat, vt mater fiat, vel quia
mater ſit certa, quam pater, vel quia maior ma-
tris, quàm patris in liberorum procreatione ha-
beatur ratio. Dicitur inſuper maris, & feminę,
quod tamen intelligas illam tantum copulam
iure naturali hominibus conuenire, quæ ratio-
ne ac iure ſubſiſtar, vt declarant Scribentes Inſt.
de iure natu. genti. & ciui. §. ius naturale, & id ex-
preſſe Fortunius ibi. col. 6. Ex prædicta itaque dif
11 finitione infertur, † quod licet de iure ciuili ex
ſolo concubitu, & cohabitatione inter aptos ad
matrimonium, matrimonium præſumatur, l.
in libere. ff. de ritu. nupt. glo. in c. 1. 30. q. 5. Roma.
12 ſing. 446. iure † tamen canonico ſecus eſt, nam
talis cohabitatio, alio non apparentę, præſumi-
tur, illicita, fornicaria, non autem coniugalis,
glo. Abb. Imol. in c. illud, de præſumpt. maximę
in præiudicium tertij atque alterius matrimo-
nij, vt per Card. Pariſi. conſ. 59. num. 7. vol. 4. Vn
13 de ſic cohabitantes † cogendi ſunt conſenſum
ad matrimonium neceſſarium præbere, & pa-
lam profiteri, vel a tali cohabitatione, ſeu contu
14 bernio recedere, † quæ tamen intellige, niſi diu-
tina fuiſſet cohabitatio decē, & vltra annorum:
tunc enim etiam de iure canonico præſumetur
nedum matrimonium, verum etiam mortuis
ipſis, prolem eorum eſſe legitimam, vt per Hoſt.
Abb. Ant. in c. lator. qui filij ſint leg. Veron. cōſ.
ciuili. 5. num. 16. Fely. in c. per tuas, de probati.
col. fi. Dec. in c. eccleſia. de conſt. Cur. Iun. conſ.
52. colum. 1. licet Henric. Boich. videatur ad hoc
diſſentire, & ſequitur Andr. Alciat. de præſump.
15 reg. 3. præſumpt. 1. nume. 12. † Verior tamen eſt
præcedens opinio glo. & Panor. ſed poteſt con-
tra hanc præſumptionem contrarium probari,
vt puta differentia generis, & non vti vxorem
fuiſſe tractatam, ſecundum Paul. de Caſtr. in l.
donationes, in prin. ff. de dona. ſequitur Lup. in
repe. c. per veſtras, extra de donatio. inter vir. &
vxor §. 7. nume. 7. & Did. Couar. in epi. ad 3. lib.
decreta. parte. 2. c. 1. Dicitur inſuper in definitio-
ne, indiuiduam vitę continens çonſuetudinem,
16 ex eo quia matrimonium diuina † Inſtitutione
17 indiuiduum vinculum ſit, † nam quos Deus cō-
iunxit homo non ſeparet, ſignificat enim matri-
18 monium dilectionem † inter ipſos coniuges fu-
turam, quam Deus per gratiam ipſis coniugi-
bus nectit, ſignificat etiam vnionem Chriſti, &
Eccleſiæ, id eſt Chriſti, & animarum fidelium.
19 Item † repræſentat coniunctionem Chriſti cum
vnica ſponſa eccleſia per carnis aſſumptionem,
& ſic coniunctionem diuinitatis cum humani-
tate, iuxta illud, & Verbum caro factum eſt, vt
vberrime habetur in concil. Colonienſi, titu. de
Sacramen. matrimo. & quamuis indiuiduam
vitæ contineat conſuetudinem ſaltem, quoad
20 affectum, † tamē diuortio dirimitur; quod qui-
dem duplex exiſtit, primum eſt, cum matrimo-
nium dirimitur pęnitus, etiam quo ad vincu-
lum, vt apud Romanos paſſim frequentabatur
per libellum repudij ad vxores miſſum, vel per
nuntium per Iuriſconſultum in l. nullum, ff. de
de diuo. & Alc. in l. licet, §. paternos, ff. de verbo-
21 rum, & rer. ſign. † licet ad vetuſtiſſimos Roma-
nos fœdum valde viſum fuerit diuortium, atque
id ex pauciſſimis cauſis ex lege Romuli vrbis pri
mo conditoris authore Plutarco in eius vita, vt
puta ſi in veneficio natorum, vel in adulterio de
præhenſa vxor fuiſſet aut claues adulteraſſet,
quod ſi aliter quis repudiaſſet, eius facultatem
partem vxori, partem Cereri daret. multa de his
per Coraſ. Miſcellane. c. 10. lib. quinto, ſicut apud
22 iudęos libellus repudij pluribus † ex cauſis fre-
quentabatur coram iudice eorum cauſa propo-
ſita, ſecundum Ioſephum lib. 4. de antiquitate,
capit. 6. qua in re vtrum apud iudæos fuerit per-
miſſa repudiatio, magna eſt quæſtio, dirimatur
ea per Pet. de Palud. in 4. ſent. diſt. 33. quæſt. 1. art.
2. vbi Io. Maiorchi. quæſt. 2. & Caier. in Matth. c.
10. & per S. Thom. in 4 ſent. diſt. 33. quæſt. 2. ad
2. art. 3. de quo ample Dida. Couar. ad 4. lib. de-
creta. parte 2. c. 7. a num. 3. quanquam ipſe Iuſti-
23 nianus Imperator † non recte diuortium per-
miſit tot adiectis cauſis in l. conſenſu, C. de re-
pud. & ſi Alciat. lib. 6. parer. c. 20. eum excuſet.
Sed quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, 1
adeo, vt ſolo conſenſu contractum nec conſu-
matum per carnis copulam dirimi poſſit, etiam
per ſuſceptionem ſacri ordinis, glo. communi-
ter recepta in c. 1. de vot. lib. 6. & eſt tex. in extra-
uag. Antiquę. Ioan. 22. imo nec tale matrimo-
24 nium ſoluitur per adeptam epiſcopalem † di-
gnitatem, per tex. & ibi Ant. Butr. in c. ex parte,
el 2. de conuer. coniug. Io. Andr. in d. c. vnico.
Arc. conſ. 59. col. 2. & Lup. in trá. de mat. col. 10.
25 Inſuper matrimonium conſumatum, profeſ-
ſione religionis ſecuta, non dirimi, vt per Hoſt.
in ſum. de conuer. coniug. §. & vtrum, verſi. quid
ſi virgo. Bald. in c. pen. de probati. col. fin. quic-
quid dixerit Marſil. in l. 1. §. præterea, ff. de quæſt.
nu. 15. ſecus ſi non fuerit conſumatum, tunc
26 enim dirimitur, † vt ex prædictorum doctorum
ſcriptis docetur, & donata tunc per ſponſum

pro parte dimidia ratione oſculi ſponſæ acqui-
runtur religionem ingreſſę,ac profeſſæ,vel apud
monaſterium, in quod eſt ingreſſa fauore reli-
gionis,vt per Corn.conſil.228.volum.1.& Ioan.
27 Lup.in l.52.ad l.fori,nume.3.† An autem huiuſ-
modi matrimonium ratum,licet non conſuma
tum, poſſit ex diſpenſatione Summi Pontificis
dirimi,& an id ſi fuerit petitum,de quo per glo.
in cap.ex publico,de conuer.coniuga. vbi etiam
Abb.Prępoſ.in cap.fin.de ſpon.duo.Philip.Dec.
conſ.112.Fely.in cap.quæ in eccleſiatum,de con
ſtit.num.20.Grat.conſil.primo,num.11.volu.2.
Sylueſt.in ſum.in verbo,diuortium,quæſt.4.Di-
dac.in 2.parte,cap.7. ad 4. librum decretalium,
numero 13.cum ſequ. & hæc breuiter dicta ſint
quo ad diremptionem matrimonij,quo ad vin-
culum. Quo vero ad diſſoluendam cohabitatio
nem,ſeu thori diſſolutionem, manente adhuc
vinculo matrimonij,plures dantur hodie cauſæ
paſſim ciuili,& canonico iure permittente, pri-
28 mo †propter ſæuitiam vxor poteſt petere ſepara
tionem a viro quo ad habitationem, niſi mari-
tus idoneam præſtet cautionem de ea non offen
denda,cap.1.vt lit.non conteſt.c.literas, de reſti.
ſpol.vbi Abb.& Præpoſ.in cap.1.de diuort. Lup.
in cap.per veſtras,in 3.not.colum.pen.de donat.
inter vir.& vxor.Martil.in l.fin.C.ad l. Corne. de
Sicar. colum.fi.Alexan. conſ.78. in 5. volum. &
l.conſenſu,C.de repud.& vbi timetur ne dum ſę
uitia præterita,ſed futura, vt ſit locus ſeparatio-
ni,Aimo.conſ.31. quando eſſet grauis lis de ma
iori parte bonorum inter virum,& vxorem, vel
29 ſi †alter alterum venenare tentauerit, Gerar.ſin
gul. 65. Abb. in capit.quemadmodum, de iur.
iur. his enim caſibus maritus tenetur vxori ex-
tra domum in honeſto loco alimenta præbere,
Bald.in l.1.colum.2.C.comu.de lega.& Lup. in
rubr.extra de donat.inter virum, & vxorem, §.
20.col.2.& §.64.colum.2.& in textu, cap. per ve
30 ſtras,notab.3.ad finem. Secundo † ob furorem
erit iuſta cauſa dirimẽdi matrimonium quo ad
thorum, ſecundum communem opinionem,
quam refert Alexand.in l.ſi cum dotem,§. ſi ma
ritus,ff.ſolu.matr.colum.fin.quando furor eſſet
ſic vehemens,vt periculum eſſet cohabitare cũ
31 coniuge. Tertia † cauſa ſit, ſi alter coniugum la
batur in hæreſim,tunc fit ſeparatio thori,cap.2.
de diuor.ca.fi.de conuer.coniug. ex quo inferũt
ibi Io.And.Butr.& Abb.vxorem dotem amit-
tere,& fiſco quæri,vt per Card.in d.cap.fi. Gon-
ſal.de Villa Diego,in tract.de hære.quæſt.15.nu
mero 9.facit tex.in l.quinque legibus,ff. de bon.
32 dam.& † facta ſeparatione non cogendum ad
cohabitandum cum altero in hæreſim lapſo,
etiam ſi is pœnitentia ductus ad eccleſiæ gre-
mium redierit,ſicuti tenet Abb.in c.fi. de cõuer.
33 cõiug.& in c.de illa,de diu.Quarta † cauſa ſepara
tionis thori eſt pp ſcelus ſodomiticum,c. omnes
cautiones,32.q.7.Ant.Butr.Abb.Ana.in c.mari
tis,ext.de adult.Silueſt.in verbo,diuortium, q.7.
& eſt communis opinio ſecundum Abb.in d.ca
pit.maritis,& Andr.Barba. in conſ.64.volum.1.
Caſſan.in conſuet.Burg.rubr.7.§.3.verſic.primo
quæro, numero 6. Ex quibus clare liquet poſſe
vxorem petere ſeparationem matrimonij, quo
ad thorum, ſi fuit a viro tentata de vitio nefan-
do,vt per Barb.in d.conſ.64. & ſequitur Decius
34 in l.1.num.8.C.de ſecund.nupt. Quinta † cauſa
ſeparationis thori poteſt eſſe, ſi mulier fuerit a-
dulterata,vt habetur Matthęi capi.19. ex domi-
nico ore dicentis, quicunque dimiſerit vxorem
ſuam,niſi ob fornicationem, & aliam duxerit,
mœchatur,& id iure canonico comprobatur,
cap.ex parte,de ſpon.cap.ſignificaſti,c.ex literis,
cap.gaudemus,de diuor.cap.intelleximus, capi.
fin.de adult.cap.tuæ,de procur.l.conſenſu,C.de
35 repud.† immo ob notorium adulterium vir pro
pria authoritate poſſit vxorem expellere,nec ex-
pulſę vxori competeret interdictum, vnde vi,
nec recuperandæ poſſeſſionis,ca.ſignificaſti, de
diuort.glo.in cap.fi de adult.quod late diſcutit,
atque diſſerit Couar.in 4.lib.decret. parte 2. cap.
7.a num.8.ad quem lectorem breuitatis cauſa re
mitto.Mihi enim ſatis ſit expoſuiſſe verbum il-
lud diffinitionis, indiuiduam vitę conſuetudi-
nẽ,vt quamuis ita eſſe debeant matrimonia, ta-
men ex cauſis prænarratis diſſoluantur quo ad
vinculum,ne dum quo ad thorum, ſeu cohabi-
tationem,vt in pluribus exemplis ſupra narratis
apparet,& hæc ſint dicta quo ad diſſolutionem
36 vinculi,vel thori. Alij † dantur caſus cum matri
monium de facto contrahitur,nullum eſt,impe
ditur tamen de iure, & contractum dirimitur
ex pluribus caſibus,videlicet,ratione conſangui
nitatis in gradu prohibito,c.non debet, de con-
ſang.& affinit.& breuiter ſunt ſexdecim impedi
menta,de quibus vide Silueſt.in ſum. in verbo,
matrimonium,8.vbi enumerãtur ſeriatim cau-
ſæ prædictæ,ex quib.matrimonium de iure non
ſubſiſtit,& de facto ſic contractum dirimitur,at
que diſſoluitur,quę cauſę his verſiculis continẽ-
tur,videlicet error,conditio, votum, cognatio,
crimen.Cultus diſparitas,vis,ordo,ligamen, ho
neſtas,ſi ſis affinis,ſi forte coire nequibis.Hæc co
pulanda vetant connubia, facta retractant, vide
ibi ſi libet.

Sequitur in textu inter aptos.

Loquitur hęc conſuetudo,cum con
trahitur inter aptos,aliter enim non
37 dicitur matrimonium legitimum, † ſed potius
ſponſalia,quando inter impuberes, vel connu-
bium,ſi non ſeruatis ſeruandis, & legitimè con-
trahatur,& proinde iſta aptitudo conſiſtit circa
38 rem,† & propoſitum negotiũ,l.2. C. de formul.
ſicut ſupra dictum eſt proxima præcedenti de
aptis ad ſponſalia,de quibus in cap.de his,extra
39 de ſpon.duor.† ſic in matrimonio contrahendo
requiritur aptitudo,primo circa eius ſubſtantiã,
quæ conſiſtit in perſonis,conſenſu,& ſolemnita
te,primo circa perſonas,vt nõ ſint minores,ma
ſculus quatuordecim annorum,fęmina duode-
cim,Inſtit.de nupt.in princ.& c.1.de deſpon.im-
pub.Item quòd ſint ſanæ mentis, furioſi enim
contrahere non poſſunt matrimonium, & de fa
cto contractum non tenet, cap.neque furioſus,

32.q.7.

32.q.7.l.furioſi,C.de nupt.Alex.conſ.54.volu.1.
quia conſenſum prẹſtare non poſſunt, ſimiliter
ebrius.Henr.in c.dilectus,de ſpon. Dec.cōſ.112.
Rip.in l.4. C.de reuoc. do.Itē q contrahatur per
40 verba † apta ad matrimoniū denotātia conſenſū
ad matrimonium, verbis expræſſis,vis, & volo,
vel ſimilibus mutuum conſenſum ad matrimo
nium contrahendum ſignificantibus, c. ex par-
te,de ſponſa.quæ ſunt de forma matrimonij,ſe-
cundum Bald.in rub. ff.de iuſt.& iure, & ſecun-
dum Beatum Thom in 4.ſent.diſt.26.q.2.col.4.
& Adrian.in 4 tract.de matr. quamuis a muto
contrahi poſſit,per nutus,& ſigna.c.cum apud,
de ſponſ.imo muto,& ſurdo ſi habet intellectū,
vt pulchre expendit Card. Pariſi.conſil. 63.vol.
41 4.† Qualiter autem fiet inſtrumentum dotale
inter mutum, ponit praxim Bar.in l.nutu. ff. de
leg.3.Afflict.in Conſt.Regni Baiulos,& omnes,
num.39.& vide tex.in l.mutus,ff.de iure dot. vel
42 etiam per tacitum conſenſum per anuli ſubar-
rationem mulieri tacenti. gloſ.ordinaria in cap.
conſanguinei,extra de conſan.& affin.c.fi.de de
ſponſa impuber.& ſic,quandoque contrahitur
non verbis expreſſis, ſed nutu, & ſignis,vt ſupra
dictum eſt in mutis per gloſ.ſingul.in l.cum no-
tiſſimi in glo.4.C.de præſcrip.trigin. vel quadr.
43 ann.† & plene habetur in c.tua. de ſponſ. Poteſt
etiam iſte conſenſus adhiberi per procurato-
rem,vel per epiſtolam inter abentes propter loci
diſtantiam,vt fit inter magnates, hoc tamen cū
ſpecialiſſimo mandato.Abb.Fely. in c. ex parte
decani.col.4.verſi.dominum capitulum , de re-
44 ſcript. † Item aptitudo conſiſtit circa habilita-
tem perſonarum,ne mulier ſit arcta,& vir frigi-
dus,hę enim perſonæ, non ſunt aptę ad matri-
monium contrahendum , ſi impedimentum
prædictum non ſit temporale , ſed perpetuum,
45 c.laudabilem , † extra de frigi. & malefi. & per
quæ verba matrimonium contrahatur , & de
multis quæſtionibus in materia occurrentibus,
vide Specul.in titu.de ſponſ. & matr. in princip.
46 & an matrimonij † appellatione veniat matri-
monium putatiuum , ſeu figura matrimonij ,
47 Dec.in conſil.153.num.1.& ſeq. Vtrum † ſit Sa-
cramentum,Diu. Thom.in 4.ſent.diſt.26.

48 Nota tamen,quod cum hæc conſuetudo di-
cat de matrimonio,intelligitur de valido, arg. l.
4.§.totiens,ff.de dam. inſect. & l. Titius.ff.de te-
ſta.mili.& quod ſit verum matrimonium,non
autem illegitime factum,& clandeſtinum. Dici
49 tur † autem clandeſtinum, quando non eſt ſer-
uata forma c.cum inhibitio. de clandeſti. deſp.
impub.quo diſponitur,quod debeant præcede-
re denūciationes,& publicationes,quamuis di-
ci ſoleat,clandeſtinum id dici matrimonium,ſi
remotis teſtibus contrahatur , vel ſi retineatur
occultum,ne in notitiam aliorum deueniat, ſe-
cus ſi publice conuocatis amicis, & conſangui-
neis fuerit contractum,c.2.vbi docto.de clande.
deſp.impub.non tamen ex hoc ſequitur quin,&
alijs modis nō contrahatur clandeſtinitas,quan
do non eſt ſeruata dicta forma c. cum inhibitio.
ſed denunciationes omittuntur, vt notat glo.in
d.c.cum inhibitio. in princ. in verb. clandeſtinè,
& aduertit Soci.Nepos.in conſ.86.num.52.nam
50 vere clam dicitur fieri , † quando omittitur ſo-
lemnitas requiſita, Bart.in l. fi. ff. de ri. nupt. &
hæc clandeſtinitas ob omiſſas denunciationes
51 ante Concilium † Tridentinum non conſidera-
batur quo ad omnes effectus matrimonij, nam
eis omiſſis poterat ante Concilium Tridenti-
num dici matrimonium palam,& in faciem ec
cleſiæ contractū , dummodo publice fuiſſet cō-
tractum,ſecundum Oldr.& Io. And. ſed omiſ-
ſio denunciationum operatur,vt ſtante impedi-
mento,& detecto eo,filij ſint illegitimi poſtquā
non ſeruata fuit ſolemnitas d.ca.cum inhibitio.
ſecundum Butr.ibi.num.19.in fin.Ruy.in conſ.
14.numero 10.& vide per Hondedei, conſil.87.
nume.26.

52 Nunquid † autem verba iſta,volo contrahere
tecum matrimonium,efficiant ſponſalia de prę
ſenti?& an ſi dicat,habeo te in vxorem,inducāt
matrimonium? & quid ſi dicatur , non habebo
53 aliam niſi te in vxorem , † quomodo ſint intelli-
genda? vide late per Io.Andr.& Abb.in c.ex lite-
ris,de ſponſa.& per Couarr. ad 4. librum decret.
parte 2.c.4.& Silu. in ſum.in verb.matrimonū,
2.q.9.& Afflict.in conſt.regni.Sancimus.de ma-
trim.contrah.

54 Et quis prior ſit interrogandus,vir,an mulier,
vide Iaſ.inſt.de adopti.in princip.col.3.& de iure
natur.genti.& ciuili.Panormi.in c. ſi inter virū,
de ſponſali.vbi habetur,quod ſponſus tanquam
dignior.Neuiz.in ſua Silua.nupt.in verb. eſt nu-
bendum,in reſponſione ad quartū , argumen-
tum.Sed contrarium ſeruatur in multis partib.
nam prior interrogatur mulier, ad euitandum
forſan confuſionem , ne ſi prior vir interroga-
tus annueret, & ſponſa deinde reſpueret, ma-
gnum eſſet dedecus.Sed hoc nō placet,ex ratio-
ne præmiſſa,quæ in contrarium reflectitur con
tra allegantes eam,& ſic tenet primam opinio-
nem cum prædictis docto.

De alijs circa materiam, vide Caſſan. in con-
ſuet. Burgund. §. 4. de droitum appartanans,
agens mariage. vbi quæ ſint bona matrimonij,
& quod quis matrimonium contrahere debeat
ex duodecim potiſſime cauſis, quas pulchre vi-
de per Silu. Nup.lib.3.in verbo, eſt nubendum,
a principio libri 3.vſque ad verbum Monitoriæ.
55 Multa † tamen ſunt in matrimonium extrinſe
ca, non de ſubſtantia, ſcilicet velum, anulus,&
alia quæ exibentur, dum feminæ nubunt, quæ
ſingula ſpecialem habent ſignificationem, de
56 quibus † vide in c.feminę.30.q.5.anulus autem
ponitur in digito anulari, quia ab eo ad cor quę
dam protenditur vena, vt habetur in hiſtoria
ſcholaſtica ſuper Geneſi,c.eo autem tempore,
& habetur in d.c.feminæ.30.q. 5. & per Hoſt. in
ſum. de matrim. §.qualiter contrahatur, verſi.
57 illud.Et quis primo inuenit anulum:† dic quod
Prometheus, & qui anulo primus deſponſauit
vxorem, fuit Tubal Caym, qui cum tradidit fi-
lio ſuo,vt cum eo deſponſaret vxorem anulo fer
reo cum gemma Adamantina, quem anulum
dicitur

dicitur confeciſſe de conſilio Ade adhuc viuen-
tis; volens ſignificare, quod ferrum inimicatur
omnibus metallis, quia omnia incidit, & tamen
cum ſit tam forte trahitur à magnete, Adamas
autem retrahit à magnete: ita ſponſa debet eſſe
renitens ab omnibus perſonis, exceptis parenti-
bus, ad quos trahit, nihilominus Adamas. i. ſpõ-
ſus retrahit ab amore parentum, ad ſe, ſicut fer-
rum retrahit magnetem per Adamantem, &
hoc voluit ſignificare anulus ſpõſalitius, & mul-
ti hodie hoc ſeruant ponentes Adamantem in
anulo, vide Luc. de Pen. in l. 1. C. lib. 10. ſi ſeruus
aut liberti. per anuli enim ſubarrationem etiam
58 ſine verbis contrahuntur ſponſalia. † Inno. in c.
tuę, de ſponſa. ſed non matrimonium. Inno. in
d. c. tuę, ſed tamen ſignum eſt matrimonij non
tamen matrimonium, 30. q. 2. c. noſtrates, proba
59 tur tamen matrimonium per alia † legitima do-
cumenta, per inſtrumenta, vel per teſtes de ipſo
contractu matrimonij deponentes, vel per diu-
tinam cohabitationem; in ſchemate tamen ma
trimonij, & vt tanquam cõiuges, cum propter
diuturnitatem tẽporis eſſet valde difficile pro
bare matrimonium non exiſtentibus inſtrumẽ-
tis, & mortuis teſtib. vt not. Hoſ. in ti. de præſu.u
pti. c. illud, & in c. lator. vbi etiam tradit Panor-
mi. qui filij ſint legi. & quid ſi teſtes deponant
matrimonium fuiſſe contractum, ſed vnus de-
ponit de vno die, alius de alio die, & de alio loco,
an probent, vide Capell. Tholo. quæſt. 309.

De matrimonio gręcorum ſacerdotum, vide
textum in c. Nicena. 21. diſt. & 24. diſt. per totum.

Quero facta ſufficienti probatione matrimo-
nij quis petit aliquam in vxorem, vel virum è
60 contra reſtituendum, † quomodo procedi de-
beat, & an agat petitorio, vel poſſeſſorio, cõſpi-
ciendum eſt. Petitorio namque, quia mulier aſſe
rit contraxiſſe cum Titio, petit illum ſibi adiu-
dicari. Poſſeſſorio vero quia aſſerit iniuſte fuiſſe
dimiſſum à coniuge, petit illum ſibi debere re-
ſtitui, quia petit poſſeſſionem viri ſui, vt primo
caſu vir conuentus excipiẽs audiẽdus eſt in eius
exceptione, de qua prius cognoſci debet, quia
mulier dicit Titium eſſe eius maritum, maritus
dicit non poſſe valere prætenſum matrimoniũ,
propter aliquod impedimentum, prius de hac
exceptione cognoſci debet, capitulo primo, ex-
tra de ordine cognit. quia ea probata abſol-
61 uetur reus vir. Secus † ſi agatur poſſeſſorio,
quia tunc non audietur, ſed tractabitur de reſti-
tutione, etiam ſi conuentus obijciat de impedi-
mento, vel conſanguinitate, quia prius tractabi-
tur de ſpolio, & de reſtitutione, quam de cauſa
principali, & ſic de impedimento, cap. porro, ex
tra de diuort. & cap. literas, de reſt. ſpol. quod eſt
bene notandum, & a practicis conſiderandum
vſuique ac praxi exercendum, quod nota.
62 Et † an valeat pactum in matrimonio factum,
quod maritus habitet cum vxore in certo loco,
& in aliqua Ciuitate? quòd ſic, per Henric. Boic.
in cap. de illis, vbi omnino vide, extra de ſponſa.
Docto. in cap. 1. de coniug. lepro. Tiraq. de legi.
connub. l. prima, glo. prima, nume. 39. vſque ad
num. 40. & vide Capic. in deciſione 135. ſequitur
textus.
63 Ibi, cum dotibus in pecunia, † quid ſit dos, an
matrimonium poſſit eſſe ſine dote, de priuile-
gijs dotis diximus ſupra in pręludijs hoc eodem
verbo: ſed quare hic dicitur, in pecunia? dic ꝙ
ad differentiam rerum ſolo cohærentium, ſeu
ſtabilium, propter ſubſequentia verba textus, &
ſi de ipſa pecunia expenſæ factę fuerint, & etiam
propter cautionem fideiuſſoriam, quæ præſta-
tur ſecundum has conſuetudines, quę cautio
64 non † habet locum ſi bona ſtabilia dentur in do
tem, tunc enim non militabit hæc conſuetudo,
ſed obſeruantur iura communia, vt non præſte
tur huiuſmodi cautio, vt habetur infra in capit.
10. ſi bona ſtabilia. ibi, & alijs rebus mobilibus,
65 cum dotes conſtitutæ ſint in pecunia, † & par-
tim in rebus mobilibus, vel ſeſe mouentib. quo-
rũm idem eſt ius, & iuris diſpoſitio. l. mouentiũ.
ff. de verb. & rer. ſigni. vel poteſt intelligi de alijs
rebus mobilibus, quæ dantur in corredum, nec
ſunt in partem dotis, ſed habent ius diuerſum a
66 dote, quia de eis nõ cõſtituitur dodarium, † nec
67 ſunt periculo viri, † immo reſtituuntur vſu cõ-
ſumptæ vt reperiuntur, vt habetur infra capit 5.
incipiente. Si matrimonium morte viri, & in ca
pit. 11. incip. quòd in præſcripto caſu, vbi declara-
uimus quid diſtet, an hæc mobilia conſiſtentia
in pannis lineis, laneis, ſericis, atque etiam ſup-
pellectilibus dentur loco dotis, ſeu in partem do
tis, vel dẽtur in córredum, & pro ornatu ad pro-
miſcuum vſum ipſorum coniugum. ibi, factis
ſubarrationibus, de hoc verbo, & de materia ar-
rarum, & ſubarrationis dictum eſt ſupra conſue
tudine proxima pręcedenti, & per Doctores in
locis ordinarijs, & propriè in C. de ſponſa. & ar-
rhis, in rubrica, & nigro, & per Barto. & alios in
l. Titia, ff. de verb. oblig. quæ hic poſſent reperi.
(pecunia pro dote ſoluatur) ſed nonne hæc ver-
ba ſunt ſuperflua cum ſupra dixerit, cum dotib.
in pecunia, hic vero, pecunia pro dote ſoluatur?
dic quod non ſunt ſuperflua verba iſta.

Nam primo dixit de dotibus in pecunia con-
ſtitutis verbo promiſſis per pactum in capitulis
matrimonialibus, hic vero dicitur cum dotes
promiſſæ ſoluuntur in aliqua parte, ſequitur in
textu (ibi fideiuſſoria cautio præſtetur a parte vi
ri parti vxoris de reſtituenda ea, vſque ad tem-
pora ſponſaliorum finalis ſolutionis dotium,
68 & inductionis in domum valitura) † Nota
ex textu, quòd per hanc conſuetudinem vir præ
ſtat cautionem cum fideiuſſore de reſtituenda
dote, nec ſufficit ſola cautio, ideſt obligatio ſim
plex viri, de qua in dubio intelligitur a iure, l. ſan-
69 cimus, † C. de verb. ſignif. & l. cautionis verbum.
ff. eod. tit propter adiectionem fideiuſſoriam,
70 vel † niſi dicatur idonee, vel niſi ſit prolata ab ho
71 mine, & † iudice, ad nota. in d. iuribus, per glo. &
ſcriben. Sed nonne hoc eſt contra ius, & per con
ſequens per conſuetudinem tolli non poſſe vide
tur, cum cõſuetudo ſit quaſi quoddam pactum
ciuium, ad nota. per glo. in l. 1. C. lib. 10. de decr.
decur. & notatur in gl. in l. prima, ſeu in rubr. C.
ne

ne fideiuſſ.dot.dentur, vbi quod ſtatuto illius ru
bricæ per pactum renunciari non poteſt, vt ibi
etiam per Cyu.& alios. Pro reſolutione huius
dubij dicendũ eſt, ꝙ quamuis de iure communi
ſit prohibita hęc pręſtatio cautionis fideiuſſô-
riæ de reſtituenda dote, ratione maxime cõiun-
ctionis, & amicitiæ, quæ eſt contracta inter iu-
gales, cum ſint ſocij humanæ, & diuinæ domus,
l.1.ff.de ritu nupt. ne inter eos naſcatur prauę fi-
dei, ſeu perfidię locus, poſtquam maxime fiden
dum eſt de viro, cui commiſſa eſt perſona mu-
lieris, quæ prçualet doti, immo cunctis rebus, ad
l.ſancimus, C.de ſacroſanc.eccleſ. non mirum, ſi
legis cõditor ſanctè, ac iuſtè voluit prouidere, ne
fideiuſſores dotium quoquo modo dentur, po
72 teſt tñ tentari, & reſponderi, † vt hęc conſuetudo
non cogat virum ad pręſtandum hanc fideiuſſo
riam cautionem, ſi tamen ſponte pręſtetur, vti-
que valere, ne inutiliter detur, vt rectè inſpicien-
ti colligere licet ex verbis huius textus: nõ enim
dicit cogendum eſſe virum ad huiuſmodi cau-
tionem pręſtandam, ſed dicit fideiuſſoria cau-
tio præſtetur a parte viri, quæ verba non viden-
tur importare neceſſitatem, & huic opinioni
adſtipulatur Arnal.Ferron. ad conſuetu.Burde-
gal. titu. 4. ad princip. ex Conſtantino Herma-
73 nopolo. † Vel ſecundo dicas, quod licet ſic de
iure ſit prouiſum, vt fideiuſſoria cautio de dote
reſtituenda non detur, tamen id eſt permiſſum
per hanc conſuetudinem, † conſuetudo enim
74 poteſt approbare hunc actum, ſeu contractum
alioquin a iure reprobatum, vt per Bald.in l. per
diuerſas, col. 1. in fin. C. manda. vbi id expreſſe
decidit, & nota vnum, quod fideiuſſor in hoc
75 caſu ex nudo pacto obligatur, † vt per Bal.Nouel.
in tract.dot. parte 6.priuil. 1.vbi firmat, quod in
caſu, vel caſibus, quibus fideiuſſor dotis dandę,
vel reſtituendę permittitur, obligatur nudo pa-
cto, & ſic habes limitationem ad textum in l.pri
ma, C. ne fideiuſſ.dot.dentur, vt limitetur per cõ
ſuetudinem, nam licet per pactum expreſſe illi
titulo renũciari non poſſit, vt ſupra dictum eſt,
tamen bene per conſuetudinem, ſeu per genera
lem prouiſionem, ſeu legem, l. Antiochenſiũ,
vbi glo.& Barto.ff.de priuil.credito. & toleratur
huiuſmodi conſuetudo, poſtea introducta, vt
ſenſit expreſſe Ioan.Lup.in repe.cap. per veſtras,
5.notabili, extra de dona.inter vir.& vxor.maxi-
me ſubſiſtente legitima cauſa, vt per eundem,
vbi ſupra, qui ponderat textum pro hac opinio-
ne in d.cap.per veſtras, & ſic remanet firma re-
gula textus, & tit.C.ne fideiuſſ.dot.dent. prætet-
quam in exceptis, quæ regula ampliatur proce-
76 dere, ne dum pro reſtituẽda, † verum etiam pro
conſeruanda dote, cum eadem ſubſit ratio pro-
hibitionis, vt per Barto. & ibi eum communiter
ſequuntur Doctores in l.ſi conſtante, §. quotiẽs,
ff.ſolut. matr. quæ tamen regula ampliata limi-
77 tatur † pluribus modis, & primo, vt valeat huiuſ
modi cautio fideiuſſoria, ſi præſtetur ſoluto ma-
trimonio, ea enim prohibitio ceſſat tunc, vt per
Bart.in dicto §.quotiens, Pract. Papien. in form.
libelli, quo vxor agit ad dot.in glo.in verbo, ſo-
lemniter, in fine, Innoc.& Butr.in ca.per veſtras,
de don.inter virum, & vxorem, Spec. in eodem
tit.§.fina.Bald. in l.ſi cum dotem, §.tranſgredia-
78 mur, ff.ſolut. matr. Secundo † limitatur, vt poſ-
ſint intercedere fideiuſſores de dote conſeruan-
da, deque ea reſtituenda, ſi vergat vir ad inopiã,
vel ſi ſuſpectio huiuſmodi ſuperueniat inopiæ,
vel dilapidationis, ſecundum Bartol.in d.l.ſi con
ſtante, §.quoties, ff.ſolut. matr. quem ibi ſequun-
tur in princ.legis, Bald. & Imol. & tenet Cyn. in
l.vbi adhuc, columna prima, in ſecunda oppoſi.
C.de iure dot.Campeg.in tract.dot.parte 3. quæ
ſtio.178.& communem dicit eamque ſequitur
Lup.in capit.per veſtras, quinto notab.de donat.
inter vir.& vxor. & vide eum ad praxim, quam
79 ibi docet. † Tertio, limitatur in extraneo dotem
dante, qui petit fideiuſſores de dote conſeruan-
da, & reſtituenda in caſu ſoluti matrimonij, tũc
enim ceſſat huiuſmodi prohibitio, & proinde
poſſũt intercedere fideiuſſores, hoc firmat Imo.
in l.ſi conſtante, colum.8.ff.ſolu.matri.ex mente
Bart.ibi in ſexta oppoſ.iuncto eo, quod præmiſit
in 5.oppoſ.ſequuntur Rom. qui dicit eſſe ſingu-
lare, & Alex.ille in d.l.ſi conſtante, hic vero in §.
quoties, eiuſdem legis, & ſequitur Campeg. in
tertia parte, quæſt. 177.ſui tra.do.& Bald.Nouel.
de priu.dot.parte 6.21.priuil. Lup. in dicto quin-
to notabil.in cap.per veſtras, num. 10.vbi id limi
tat procedere, dũmodo extraneus dotans a prin-
cipio hoc petat, quæ tamen eſt maxima limita-
tio cum omnis dicatur extraneus præter patrẽ,
& eos qui liberos habent in poteſtate, l.vnica, §.
80 extraneum, C.de rei vxor. act. Quartus † caſus
eſt, quando abſente marito aliquis promiſit do-
tem datam marito conſeruare conſeruatamve
reſtituere, tunc enim id permittitur, & tenebi-
tur iſte promiſſor, idem Lupus, vbi ſupra poſt
Paul.de Caſt.in conſil.169.& ſequ. vbi quod iſte
modus ſecundum eum euadendi de diſpoſitio-
nem dicti tit.C.ne fide.dot. dentur. quæ cautela
ampliatur, etiam ſi maritus tali ex promiſſori
promiſerit indemnitatem, nec enim ex hoc præ
ſumitur ſimulatio. ita Alexan in l.ſi conſtante, §.
quoties, ff.ſolu.mat.Campeg.in d.eius tract. ter-
tia parte, quæſt. 183. ſequitur Lup. in dicto capit.
81 per veſtras, 5.notab. † Quintus caſus datur pro li-
mitatione, & eſt cum maritus ante contractum
matrimoniũ pręſtaret fideiuſſores de dote con-
ſeruanda, & reſtituenda in caſu, quo dos fuiſſet
ſoluta ante matrimonium, ſi matrimonium nõ
ſequatur, per textum ſingularem in l. Titio cen-
tum, §.Titio genero, ff.de condi.& demonſtrat.
quem textum ad hoc pro valde ſingulari addu-
cunt Bart. Bald. Imol. Alex. in d.§. quoties, l. ſi
conſtante, ff.ſolu.matrimo.& Campeg.in tertia
part.d.tract.doti.quæſtio.174. & ratio eſt prom-
ptuaria, ceſſat enim ratio perfidię, cum ſecuto
matrimonio ceſſet ſatiſdatio: ſi vero non ſequa-
tur, non ſunt coniuges, ita Lupus, in d. 5.nota.in
c.per veſtras, de don.int.vir.& vxor.

Sextus caſus eſt, vt pater viri bene poſſit fide-
82 iubere pro viro pro dote nurus ſuę cõſeruanda,
vel reſeruanda vt eſt tex. ſecundum vnum intel-

lectum in l.fi.C.de dot.caut. non numer.intelli-
gendo,quod ibi pater cum filio tanquam duo
rei ſe obligauerint,& ſic inſolidum, licet tex.ibi
hoc non aperiat. videtur enim tunc ceſſare ra-
tio inconfidentiæ, vt ita dicam, præſertim cum
quandoque pater teneatur ſe pro filio obligare
pro dote nurus, l.ſi cum dotem, §. tranſgredia-
mur,ff.ſol. matrimo.ita ſing.firmauit Bald.No-
uel.in tra.dot.6 par.12. ſpecial. & 21. verſi. duo-
decimo limita,& dicit, ſe vidiſſe de facto iudica
tum in caſu quo mater vna cum filio ſe obliga-
ret, pro dote nurus, nam tunc dicit, quod erit
obligata,& renunciatio,pro eam facta ſibi præ-
iudicat, etiam ſi aliunde non poſſet habere re-
greſſum ad bona mariti, quod dicit eſſe valde
notandum,ad nota.ad l. meuia. §. fundum, ff.
ſolu.matr.& ad Afflict.deciſ.312.& ſequitur Lu
pus vbi ſupra in quinto notab.in d.c.per veſtras.
Nec erit obſtaculo Regia pragmatica quarta no
uiſſimè cautum eſt,mulieres vſquequaque,non
poſſe intercedere, etiam ſi interceſſio fuerit iu-
83 ramento vallata,† id enim procedit indifferen-
ter,ſecus tamen ſi ex cauſa dotis mulier interce
dat,id enim poteſt fauore dotis,l.ſi dotare,C.de
iure doti.& glo. in l. fi. C. ad Velleia. Septimus
84 caſus datur,† ſecundum aliquos,quando in ta-
li fideiuſſione interueniat iuramentum, cum
poſſit ſeruari abſque labe peccati,& ſine interi-
tu ſalutis æternę,iux.tex.in c.ſi vero,c.cum con-
tingat, cum ſimili. de iureiuran. & tenet Bald.
in l.iuriſgentium,§.ſi paciſcar.ff.de pac.& in rub.
ff.de iureiurando. Sali.Fulgo. & Corne.in auth.
Sacramenta puberum,C.ſi aduer.vend. Bald.&
frater eius Angel.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.
& ibi Paul.de Caſtr.& in §. quoties, l.ſi conſtan-
te,ff.ſol.matrim.Abb.in c.cum contingat,& ibi
Imol.in repet.carta 46.verſi. decimum, & vlti-
mum membrum, de iure iur. Campeg. in tra.
dot.parte 3.quæſt.174.& Bald.Nouel.in tra.pri.
dot. par.6. priuil. 21. verſi. duodecimo limita.
Lup.in c.per veſtras,notab. quinto,verſi. nonus
caſus, de do.inter vir.& vxor. licet Bart.in d. l.
ſi quis pro eo.ff.de fideiu.& Butr.in c. cum con-
tingat.de iureiu. contrarium ſenſerint,quorum
motiuis bene reſpondēt doctores prædicti, quæ
pro certo maxima eſt limitatio ad titulum, C.
ne fideiu.doti.dent.vide tamen Bald.No. qui ni
titur cōcordare opiniones fœdere diſtinctionis,
quæ mihi non diſplicet. dicit enim ipſe in loco
pręallegato,quod ſi maritus ſponte præſtaret fi
deiuſſorem, hoc caſu procederet id quod dictū
eſt,firmari iuramento,ſecus ſi inuitus præſtaret,
ſtatuto,vel conſuetudine ita diſponente,& colo
rata videtur iſta concordia,conformis profecto
& applicanda huic cōſuetudini noſtræ. Vltimo
85 fallit,† vt quamuis pro dote conſeruanda atque
reſtituenda ex parte viri, & ſoceri non poſſint
fideiuſſores interuenire,vt in dictis ll. j. & ij. C.
ne fideiu. dot. dent. tamen pro dote promiſſa
danda per mulierem,vel ſocerum, bene poteſt
fideiuſſor accedere, vt vult gloſ. Cyn. & alij, in
dicta l.prima.ſic intelligentes textum in l. cum
dotis,C.de iure dot. & l.ſi fideiuſſor, ff.de re.iu-
dica.& videtur caſus in l.fi.C.ad Velleian.in hoc
enim caſu diuerſa eſt ratio, nec in hoc iudi-
cantur ad paria maritus,& vxor,quia in caſu iſto
dos ſtatim eſt ſolutura marito, non ſic in ma-
rito, cuius fideiuſſio cenſetur habere cauſam
perpetuam durante matrimonio, vt conſiderat
Bald.Nouell.in loco proxime allegato,ſequitur
Lupus in d.c.per veſtras,quinto notab. in finali-
bus verbis.de don. inter. virum, & vxorem. Ex
quibus occaſione huius conſuetudinis habes le-
ctor declaratam materiam d.l.1.C.ne fidei.dot.
dent.cætera circa dictam materiam reperies in
locis, & apud doctores per me allegatos, quæ
omitto breuitatis cauſa ad alia tranſiturus, non
omittendo vnum quod dicitur in textu, huiuſ-
modi cautionem de dote reſtituenda ac præſtā-
86 da à parte viri,† parti vxoris durare per modi-
cum tempus atque finiri poſt finalem ſolutio-
nem dotium,& poſt inductionem vxoris ad do
mum viri, vt dicitur in textu: conſiderauerunt
ſtatuentes conditores huius conſuetudinis in
illo interuallo inter conſtitutionem dotium, &
illarum aſſignationem inductionemque vxoris
non eſſe inter virum, & vxorem tantam amici-
tiam neque ſic ſtrictam, & proinde reſpexerunt
ad iura communia Romana, & ad l. illam pri-
mam.C.ne fid.dot.den. eiuſque ratione.merito
id ſtatuerūt ne in perpetuum, ſed ad id paruum
temporis interuallum daretur ea cautio, peritu
ra tempore inductionis in domum, ne eſſet per-
fidię locus.
87 Quæri † poteſt,nunquid maritus poſſit dare
alium,qui æquè principaliter ſe cum eo obliget
ad dotem conſeruandam, & reſtituēdam,& ſic
an poſſint conſtitui duo rei inſolidum? videba-
tur,quod nō,per ea quæ ſupra diximus,ne quod
vna via prohibetur,alia cenſeatur eſſe permiſſū,
& per indirectum,l.cum quid, ff.ſi cert.peta.& l.
fi.C.ſi manci.ita vene.ne proſti.cum lex ſit impo
88 ſita rebus,non verbis, l.ſecunda,† C. com. de le-
ga.quia ſemper promitterent, vt duo rei, non
vt fideiuſſores: certe iſta quæſtio eſt adeo dubi-
tabilis, vt Bartolus lucerna iuris noſtri, com-
mentauerit,& ſub dubio reliquerit in l. ſi cōſtan
te,in decimatertia quæſt.primæ partis. Sed in §.
quotiens, eiuſdem l. tenet partem negatiuam.
idem tenet Ioan. And.in addit.Spec.in tit.de do
nat.inter virum,& vxorem,§.fina.verſicu.illud,
& ſequuntur Imol.in dicta l.ſi conſtante, Paul.in
l.ſi cum dotem,§.tranſgrediamur,ff.ſolut. matr.
Contrariam tamen opinionem,quòd duo rei in
ſolidum dari poſſint pro dote reſtituenda,tenet
Cyn.in l.1.poſt gl.ibi,C.ne fid.dot.dent. & Spec.
in d.§.illud,Bart.ibi contrarius,in l.fin.C.de dot.
caut.& ibi etiam Baldus,& Bald.in l.profectitia,
§.ſi pater,ff.de iur.dot.Ang.Imol.& Rom.in d.l.
ſi conſtante,videntur concludere pro affirmati-
ua: quid dicendum in tanta doctorum varieta-
te? Si mihi liceret os aperire, dicerem cum gl.&
Cyn.& alijs affirmantibus poſſe duos reos con-
ſtitui pro dote reſtituenda,& pro hac opinio.eſt
textus apertus in l.fi. C. de dot. caut. non num.
non obſtat quod ibi dicat Bart.illum textum eſ-

ſe intelligendum in perſonis inuicem coniūctis,
vt in patre,& filio, vel duobus fratribus in quib.
oritur cauſa perfidię, nam iſta reſponſio confun
ditur per illum textum, dum dicit omnique per
ſonæ, quæ dotem cum marito ſuſcepiſſe con-
ſcribitur,& ſi diceres non apparere ibi, quòd eſ-
ſent conſtituti duo rei, cum non ſit verbum inſo
lidum, l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duo. reis,&
per Bar. in l. ſecunda, eodem tit. Reſponde, quòd
immo ibi erant duo rei debendi, quod probatur
dum ibi dr̃, omnique perſonæ cōpetit exceptio
non numeratę dotis,& ſic in tota dote compe-
tit illa exceptio, l. ſi in rem, in princ.& ibi glo. ff.
de rei vend. quo tota dos peti poterat, & per con
ſequens quilibet inſolidum erat obligatus, alias
ſi non eſſent duo rei, quilibet pro parte deberet
conueniri, d. §. cum in tabulis,& ſic pro parte tā-
tum competeret exceptio non numeratæ dotis,
& iſta eſt noua inductio,& pulchra ad illum tex
tum,& vide Monferrat. in l. ſi conſtante, nu. 38.
verſicu. non obſtat ſolutio Bartoli, ff. ſolut. matr.
& pro hac opinione videtur ſentire Matt. de Af-
flic. deciſ. 212. incip. fuit etiam dubitatum ſi duo
rei inſolidum obligati pro reſtitutione dotis.

89 An autem maritus ſi vergit ad inopiam,† poſ
ſit peti huiuſmodi ſatisdatio? dic quòd ſic, vt
eſt tex. in cap. per veſtras, de donatio. inter vir. &
vxor.& communiter per Doc. in dicto §. quoties.
l. conſtante, ff. ſolut. matr. & Camp. in tertia par-
te tract. dot. q. 178.

90 Vbi etiam quæſ. 180. quærit,† an maritus con
ſtante matrimonio poſſit vxori dare expromiſ-
ſorem pro dote animo nouandi obligationem
mariti, vbi dicit poſt Angel. in l. ſi cum dotem,
§. primo, quòd iſte caſus, ſeu pūctus non decidi-
tur, per dictum tit. C ne fid. dot. dent. Tamen li-
cet non ſit deciſus, tamen deciditur per alios ter
minos, videlicet quòd conſtante matrimonio
non poteſt fieri deterior conditio dotis, quæ for
ſan fieret per huiuſmodi nouationem, ad ll. atti-
licinus,& l. de dic.& l. Bebius, ff. de pact. dot. &
& ad not. in auth. ſed iam neceſſe, C. de donatio.
ante nupt.& Afflict. in deciſio. 402.

91 De cautela autem † quomodo ceſſet ille titu-
lus,& diſpoſitio, l. primæ, C. ne fideiuſſ. dot. den.
vide Paul. de Caſt. conſil. 188. volum. primo.

Sit igitur concluſio in hac materia, quo ad
iſtas conſuetudines, quòd induci poſſit iſta cau-
tio fideiuſſoria pro dote reſtituenda, vt ſupra di-
ctum, nec obſtat quòd per pactum induci non
poſſit, ergo nec per conſuetudinem, quæ eſt pa-
ctum ciuium, nam bene poteſt induci per cōſue
tudinem, quaſi per legem generalem, generali-
ter diſponendo, ad nota. in l. Antiochentium, ff.
de priuil. credito.

Et ſi de ipſa pecunia.

Et ſi po
nit̃ hic
pro vna dictione pro quamuis, vt no. in glo. 1. ad
hoc, de poſtu. prælat. c. fina. & gloſ. in elemen. 2.
de reſcript.& ibi Cardin.& ſic ſiue de propria pe
cunia confecerit veſtes,& ornamenta, ſiue de pe
cunia dotali, habeat locum hæc conſuetudo, vt
92 dos integraliter reſtituatur vxori,†& quia tacta,
& oſculata remanſit, lucratur hæc veſtimenta,&
ornamenta facta ante traductionem in domum
viri, atque carnalem copulam, ita vt includat ca
ſum magis dubium.

93 Sed nonne id videtur contra dicta ſupra con-
ſuetudine proxima præcedenti, in qua diſponi-
tur, quòd dos ſiue pecunia dotalis reſtituitur de-
ductis expenſis factis in veſtitu, & ornamentis?
ſed tu dic non ſunt aduerſa, nec contraria, ſed di
uerſa, ibi enim loquitur in ſponſalibus ſolutis,
hic vero in vxore contracto iam matrimonio,&
ſic non obſtat.

94 Sed quid ſi poſt inductionem,& carnalem co
pulam ſoluatur matrimonium morte viri, an
lucretur mulier hæc ornamenta, & veſtes? dic
quod bene lucretur, vt dicitur infra, c. 4. in con-
ſuetudine, Si matrimonium carnali copula, vbi
dicetur, & hoc indiſtincte verum eſt ſecundum
95 has conſuetudines, † licet ſecus ſit de iure com
muni, nam aut expræſſe per virum ſunt donatę
vxori contracto iam matrimonio, nec huiuſmo
di donatio reperitur reuocata per virum, tunc
dicta donatio, quæ inualida eſt, l. 1.& l. pen. ff. de
don. int. vir.& vxor. morte confirmatur viri, ſu-
perſtite vxore, l. cum hic ſtatus, ff. illo titu. Aut
vero huiuſmodi veſtes,& ornamēta per virum,
96 non ſunt expræſſe donatæ, † ſed ſimpliciter
tranſmiſſę,& vtique hoc caſu non videntur do-
natę vxori ita, vt traſmittat ad eius hæredes,
ſed videntur ei rtaditę, vt magis ornate vadat. l.
mortis ſuæ cauſa, §. 1. ff. de don. int. vir. & vxor. l.
id ueſtimentum, ff. de peculi. l. ſi, vt certo. §. inter-
dum, ff. commo. vbi Bart. Bald.& Alber.& Bart.
Bal. Ang. vterque Imola in l. pen. §. 1. ff. ſolu. ma-
tr. Docto. in l. 1. §. nec caſtrenſe, ff. de coll. bon.
Paul. de Ca. in l. ſi vſusfructus, §. 1. ff. ad l. falc. Bal.
& Saly. in l. cum te. C. de don. ant. nupt. & in l.
filio cuius, C. fam. erciſc. 5. quæſt.& Bal. in l. ſi ex
re. ff. de ſtipu. ſeruo. Bar. conſ. 50. Angel. cōſ. 134.
Anchar. conſ. 181. Ant. de Butr. conſ. 139. eo. Na-
pod. gloſ. conſuetu. Neap. in conſuet. ſi quarta,
97 glo. in verb. ad vſum,& veſtes.† Hoc tamen intel-
lige ſane in veſtibus feſtiuis pretioſis, atque ma-
gni valoris, ſecus tamen in veſtibus ad vſum
quotidianum vxoris, cum iſta cenſeantur dona
ta tanquam pars alimentorum, l. ex annuo. ff. de
don. int. vir.& vxo.& glo. in l. vſufruct. ff. ſol. ma.
98 & in hoc valde verſatur † iudicis officium atque
arbitrium in conſiderando nobilitatem, diui-
tias viri,& vxoris,& quæ ſint ad vſum quotidia-
num, & ſi vir ſit magnę potentię, vel nobilita-
tis,& dos magna, & fructus dotis exuberantes,
vt per Bald. in c. iurauit, extra de probat. vbi ſub-
dit prodigalia veſtimenta, quæ modernus indu-
99 xit abuſus donata cenſeri non puto,† nec perlas,
nec lapides pretioſos, quia nemo præſumitur
100 male vti ſubſtantia † ſua. cum damni enormitate
l. cum de indebito, ff. de proba. & ideo conſue-
uerunt in teſtamento legari, & niſi legentur, nō
debentur, vt latius ibi per eum. Quid autem
101 ſi † dictæ res mitterentur per futurum ſponſum
ante contractum matrimonium, per verba de
præſenti, ſed per verba de futuro? vtique hoc in-

duceret

duceret validam donationem. Bald. in l. cum re; C. de don. ant. nupt. prout latius infra dicemus
102 paulo poſt. † Conſuetudo tamen hæc indiſtin-
ctè dat lucrum horum ornamentorum vxori, quia tacta, & oſculata remanſit.

103 Sed quæro quid, † ſi iſte expenſę caſu forte nõ reperiantur factæ, nunquid mulier lucrabitur? dic, quod non, cum non entium nullæ ſint partes, l. non omnis, ff. ſi cert. peta. cum ſimil. cum tex. dicat, quod vxor lucrifacit robbas, & ornamenta ſi fuerint facta, ergo à contrario ſenſu ſi non ſint factæ, non lucrifaciet ea. l. 1. §. huius, ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdict. maxime cum ſequatur legum correctio, immo redeat ad ius
104 commune, † quo iure talia non debentur nec lucrifiunt per vxorem, vt dictum eſt, niſi legentur per virum, & niſi expræſſe appareant donata, donatio non reuocata, & per mortem viri donatoris vxore ſuperſtite confirmata, vt diximus. facit etiam pro hac opinione, quod infra ſequitur, quod nec dodarium lucretur, ſi in domo patris fuerit cognita, quia præmaturè. vt ibi dicitur, ergo nec huiuſmodi veſtes.

Pecunia ſoluta pro dote integraliter reſtituatur vxori.

Sed quid ſi dos conſiſtat in ſtabilibus: nunquid habeat locum hæc conſuetudo, vt mulier lucretur iſta iocalia, & ornamenta? videbatur, quod non, cum expręſſe dicat textus in c. 10. ſi bona ſtabilia, quod obſeruentur iura communia, ſed de iure communi non lucrifiunt huiuſmodi iocalia per proxime allegata, & habetur per Afflict. in deciſ. 315. ergo, &c. In contrariũ facit, quia pecunię verbum eſt generale omnia
105 compræhendens, l. pecuniæ, † ff. de verb. & rer. ſignif. vnde ſiue dos conſiſtat in pecunia numerata, ſiue in rebus ſoli, ſeu ſolo cohærentibus, ſi-
106 ue ſtabilibus, † mulier lucrifaciet hæc ornamenta, & iocalia, cum nulla ratio diuerſitatis in hoc conſiderari poſſit, an dos in pecunia, vel in ſtabilibus conſiſtat, arg. l. ſi maritus, C. de pro. l. illud. ff. ad l. Aquil. nec obſtat infra conſuetudo, 10. ſi
107 bona ſtabilia. † nã ibi loquitur quo ad alia, ſcilicet quo ad aſſignationem, lucrifactionem, & reſtitutionem, in his enim obſeruabuntur iura communia, in cæteris autem, prout per has conſuetudines expreſſe diſponitur, & determinatur.

Et vxor quia tacta, & oſculata remanſit.

108 Non lucrabitur vxor huiuſmodi veſtes, † & ornamenta per viſum, & obloquium, qui ſunt duo primi gradus amoris, ſed per tactum, & oſculũ, quæ ſunt proximiora, vnde, viſus, obloquium, tactus poſt oſcula factum, & dicitur oſculum ab os, oris, glo. in clem. fin. de ſent. excommunic. in
109 princip. † nec per oſculum contrahitur affinitas, 27. q. 2. cap. lex diuinæ, nec eſt ſignum per ſe ſufficiens contracti matrimonij, vt eſt tex. & ibi Bal. in l. ſi a ſponſo, C. de dona. ante nupt. Præpoſit. in cap. 1. de ſpon. duo. eſt ſignum pacis. 2. Reg. 14. c. in fine, † & ab oſculo cæpit benedictio, & dicitur
110 ſignaculum concludentis, † de conſecra. diſt. 2.
111 cap. pacem igitur, † & in ipſa pace debet interuenire oſculum ea ratione, quia is qui præſtat oſculum, cēſetur eius, quem oſculatur, optare ſalutẽ:
112 eſt enim indicium charitatis, amicitię, & † cõſenſus, 63. diſt. ca. cum Adrianus, in fine, & vide pulchrè per Luc. de Pen. in l. 1. C. publ. lęti. lib. 12. co-
113 lum. 5. & columna 16. an † autem ſit peccatum mortale. vide Doct. Angelicum in ſum. 2. 2. quæſtione 154. art. 4. vbi quod oſculum amplexus factum ſecundum eius nominationem, non nominatur peccatum mortale, quia poteſt abſque libidine fieri, vel propter patriæ conſuetudinem, vt in prouincia Narbonenſi, vel propter aliquam rationabilem cauſam, vt in hac conſuetudine, ſecus ſi fiat cauſa libidinoſę voluptatis, tunc enim peccatum eſt mortale, ſecundum eundem ſan-
114 ctus Thomam. Sed † an oſculans per vim mulierem, puniatur, & qua pœna, vide Afflict. in deciſ. 276. per capitulum Regni, & nouam pragmaticam in Regno vltimi ſupplicij pœna infligitur, vide addentes ad Afflict. in d. deciſ.

Dicitur hic tacta, tactu corporali, c. fi. extra de ſacr. non reiter. & ſine coitu, per ea quæ infra dicit tex. ibi, ſi autem cognita a viro.

115 Sed quid de iure communi † lucratur mulier oſculata? dic quòd medietatem donorum, ſeu donatorum a ſponſo, l. ſi ſponſo; C. de don. ante nupt. quod quidem ſane intelligas, quando poſt donationem interuenit oſculum, non ſi priuſquam deſponſaret, oſcularetur, vt per Bal. in d.
116 l. ſi a ſponſo, † cum tale oſculum ſit reprobatum, & illicitum, vt per glo. not. in clem. fin. in verb. 7. de hæret. Lupus in l. 52. thori. num. 8. idem dicit de ſponſa cognita ante ſponſalia, vt ibi non ſecutis ſponſalibus.

117 Sed † pone retentis terminis, & themate huius conſuetudinis contractis ſponſalibus, vxore nondum traducta, & ante carnalem copulam, ſponſus mittit munera, donatiua, iocalia, monilia, vel huiuſmodi res eius ſponſæ, nunquid cenſeantur donata? ſupra nonnihil tetigimus, nunc altius, & profundius repetendum eſt. In quo ne termini confundantur, diſtingue tres præcipuè caſus principales, primus eſt ſi hæc munera mittantur ex mera liberalitate hoc expreſſo, vt nul-
118 latenus, † nec vllo caſu ad donantem reuertãtur, tunc iſta donatio nullo caſu reuocatur, ſiue interueniat oſculũ, ſiue non, ſiue ſteterit per recipientem, ſiue caſu quòd matrimonium non ſequatur, l. ſi mater, C. de don. ante nupt. quæ lex ita intelligenda eſt, ſecũdum Saly. in l. cum veterum,
119 C. de don. ante nup. † Si autem donatio ſit facta ſimpliciter nullo alio dicto, licet olim præſumeretur facta ex mera liberalitate, vt l. 2. C. de dona. ante nupt. & l. ſi filio, & l. ſi tibi, eod. tit. neque vl-
120 lo caſu reuocabatur, † vt ibi, hodie vero aliud eſt, nam præſumitur facta ex cauſa futuri matrimonij, vt in d. l. cum veterum, vbi glo. & in l. prima, in fine, ff. de donat. Et quod dictum eſt de miſſilibus factis per ſponſum ſponſæ, intellige etiam de donatis per ſponſorum parentes, conſangui-
121 neos, amicos, & † clientes, qui donauerunt cau-

ſa,& contemplatione ipſius ſponſi,nam militāt
ſub eadem regula, & in talibus cenſetur ſemper
ineſſe conditio matrimonij, vt voluit gloſ. Cin.
& alij in d.l.cum veterum,ſic ampliando legem
illam, vide Iul. Clar.libro 4.recept.ſent.§. donat.
quæſ.decima per totam. Vnde ſequitur quod di
xi, quòd ſi matrimonium non ſequatur ſine ta-
men culpa donantis,quia per eam nō ſtetit quo-
minus matrimonium contraheretur,totū quod
donauit,recuperat per condictionem ſine cauſa,
vel retinebit donans ſi adhuc non tradiderit, ſe-
cus ſi culpa ipſius donantis non ſequitur matri-
monium,nam tunc perdit quod donauit,. & ſi
122 quid recepit , reſtituit , † vt in iuribus præallega-
tis,& ſi ſteterit per vtrumq; tunc per mutuū con
ſenſum vterque repetit quod donauit,ita tenent
Iac.de Aret. Cyn.Sal.& alij in d.l.cum veterum.
123 Secus † tamen ſecundum eos, ſi non concurrunt
in eadem voluntate,ſed ſucceſſiue , quia modo
ſtetit per vnum, modo per alterum , tunc enim
vltima mora nocet; ſecundum Doctores prędi-
ctos,licet de hoc ibi dubitet Salyc.& Ang. Are-
tin.in §.eſt & aliud,Inſt.de donat. Si vero per ca-
ſum non fuerit ſecutum matrimoniū, puta per
mortem vnius,vel vtriuſque,vel ob affinitatem,
& conſanguinitatem,vel alijs modis, tunc ſiqui
124 dem ſponſus fecit dictam donationem , † & nō
interuenit oſculum,donatio tota reuocatur, &
donatæ res reſtituuntur ſponſo,vel eius hæredi-
bus :ſi vero oſculum interuenerit , tunc reſolui-
tur donatio pro parte dimidia,ideſt medietas re
rum donatarum remanent ſponſæ,† vel eius hæ
125 redibus,l.ſi a ſponſo,C.de don.ante nupt.niſi ip-
ſa ſponſa ſciens impedimētum contraxerit ma-
trimonium, per quod fuit ſeparatū , vel verius ,
126 & proprius declaratum nullum:nam † tūc nihil
habebit ratione oſculi per præallegata,& per l. ſi.
§.ſi à ſocero,ff.quæ in frau. cred. & vide per gloſ.
in l.ſi ſponſo,C.de don.ante nup.& tex.in l.1. C.
de condic.ob cauſ.& ſi ſponſa donauerit ſponſo,
127 ſiue † interuenerit oſculum,ſiue non, totum re
uocabit ad eam,vel eius hęredes.d.l.ſi à ſpōſo,&
128 inſuper habebit medietatem rerū † ſibi a ſpōſo
donatarū,ſi oſculum interuenerit, alias totū re-
ſtituit,vt habetur per Cyn.in d.l.ſi à ſponſo.ratio
diuerſitatis inter vtrumq.caſum eſt,quia ſponſa
129 ipſa ſiue donet ſiue recipiat donationem, † pro
pter oſculum grauatur,quia dare oſculum ſpon
ſo,dicitur non recipere,& rubore,& verecundia
afficitur, quia quodammodo dedit gagium de-
ſiderati amplexus,ſponſus verò ipſo oſculo red-
ditur alacrior,& lætior, vel quia ob oſculum di-
citur ſemicorrupta,vt per Odofr.Pet.Cyn.Alb.
Bald.Sali.Fulg.in d.l.ſi ſponſo,vt conſiderat glo.
conſuet.Neapol.in conſuet. Quartam autem,in
gloſ.in verb.à quo viro, Afflict. in conſt. regni
mulier,quæ dotarium, Lupus in repet.rub.extra
de don.inter vir.& vxor.§.3.ſecus tamen ſi oſcu-
130 lum daretur gratia ipſius ſponſæ,† vt in caſu re-
lato per D.Vincen.de Franch. in deciſ. 503. vbi
mulier iaceret graui affecta infirmitate,& ſpon-
ſus fuit ad eam accerſitus, & vocatus, vt ſponſa
viſo ſponſo gaudium cæpiſſet, & ab infirmita-
te releuaretur,nam tunc etiam mulier oſculata,
nihil lucraretur,prout ſic per Sacrum Regium
conſilium Neapolitanum fuit deciſum , vt in
131 dicta deciſione videre cuique licet , † Sed ſi ma-
trimonium fuit ſecutum per verba de præſenti,
tunc confirmatur hæc donatio antenuptialis,
ſeu largitas ſponſalitia,nam cum fuerit facta ob
hanc cauſam matrimonij , ſecuta cauſà , ideſt
matrimonio,donatio eſt perfecta,vt d.l.cum ve
terum,& ibi docto.præall.
132 Non tamen intelligas, † quod res ſic donatæ
ſtatim efficiantur donatariæ , nam ſi ſponſa cui
facta eſt donatio, deceſſerit contractis ſponſali-
bus per verba de præſenti,ante tamen quam fue
rit carnaliter cognita, res ſibi donatæ, redeunt
ad virum,vt ſentit glo.in l. ſi liberis , C. de don.
ant. nupt. in prin. & eſt ſimilis glo. in verb. exe-
133 quātur. † Inſt.de dona.§.eſt, & aliud. Ad veram
ergo confirmationem,& lucrifactionem dona-
torum oportet, quod matrimonium fuerit ſe-
cutum,& carnali copula conſummatum , nam
tunc quamuis fuerit ſolutum,res donatę rema-
nent ipſi mulieri,vel hæredum eius,l.pen.in fin.
ff.de don. inter. vir. & vxor. & firmat Imol. in l.
pen.§.ſeruis.col.pen.verſ.ſi autem,ff. ſolu. matr.
Lupus,in repet.Rubr.de don. inter. vir. & vxor.
§.4.& adeo hæc vera ſunt , vt non firmetur do-
natio niſi fuerit ſecutum matrimonium. Quod
134 ſi ſponſus,† vel eius nuntius vtantur verbis non
aptis ad transferendum dominium,vel vtantur
verbis aptis de ſui natura ad translationem do-
minij,verbi gratia ſi ſponſus dicat ſponſæ,dono
tibi,vel trado iſtas res,vel Nuntius dixit,ſponſus
vel maritus donat,vel tradit iſta tibi , etiam per
hæc verba non erit inducta donatio proprieta-
tis,ſed intelligitur ad vſum tantum,iſta eſt mira
bilis doctrina Bart.in l.1.§. nec caſtrenſe, col. 6.
verſi.& ideo,ff. de coll. bon. cum quo tranſeunt
communiter doctores,prout de communi teſta
tur Lupus in repet.d.rub.de do.inter vir. & vxo.
§.7.col.prima,verſi.nam etiam,& ratio eſt, quia
illud verbum ,dono, impropriatur,ſecūdum ſu
135 biectam materiam. † arg.l.ſi vno. verſic. ſi ver-
bo donationis,ff.loca.& l.damni infecti,§.1.ſiue
in prin.ff.de dam. infect. & l. ſi ſtipulatus , ff. de
136 vſur.† ſicuti ſi in contractu ſiue iudicio ponatur
nomen vnius contractus, & effectus alterius di-
uerſi,eſt iudicandus ſecundum naturam illius
contractus,cuius effectus poſitus eſt , & appoſi-
137 tum,† quod non conuenit effectui,habetur pro
non appoſito,ſicuti etiam dicimus ſi vendo fun
dum ad vſum,iſta verba ponuntur demonſtra-
138 tiue,non autem taxatiue,† vnde plena eſt vendi
tio.l.donationes in concubinam , §. ſpecies, ff.
de dona. Bald. in rub. C. de iure emph. circ. fin.
vide Campeg. in tra. dot. parte 2. quæſt. 55. &
multis ſimilibus comprobat doctor Lupus, vbi
ſupra,§.7.col.2.& 3.quod limitat,& valde nota-
biliter niſi ſponſus, vel maritus qui donando vti
139 tur verbis † prædictis,eſſet valde nobilis ac po-
tens,quia licet talia verba improprientur, tamē
hoc caſu præſumitur donatio in his rebus, ita
ſingulariter limitat Bald. in c. iurauit , extra de
proba.

proba.vide Lup.in repet.rub. extra de do. inter
vir.& vxo.§.8.Iul.Clar.lib.4.recep. ſenten. §. donatio.quæſt.9. verſi. ſed pone, quod maritus,&
faciunt quæ infra dicam in ſequenti limitatione,quibus locis habetur,quod ratione nobilitatis id eſt,& multas adducunt quotas.Sig. dictus
Lup.& in loco ſæpius citato,§.8.limita,& ſecun
140 do data æqualitate, & † paritate perſonarum
cum ſponſa donat ſponſo, vel vxor marito, &
ſponſus,vel maritus aliquas veſtes,& iocalia,ſeu
ornamenta miſit,vel conceſſit vxori,vel ſpõſæ;
tunc enim præſumitur donatio facta cauſa remunerationis, & inducitur hoc caſu donatio,
vt per Roma.conſil.146 incip.in Chriſti &c.iſta
141 quæſtio. col. fin.Hinc eſt, quod ſi plebeius,†vel
ſenex ducit vxorem nobilem, vel iuuenem, &
confitetur recepiſſe dotem ab ea,vel aliqua ioca
142 lia,†ſeu munera miſit,in dubio præſumendum
eſt,quod animo donandi hoc ſecit,quia mulier
143 nobilis,† & pulchra nubendo ſeni, vel plebeio,
videtur ei munus facere, iccirco mariti confeſ-
144 ſio,†vel conceſſio rerum præſumitur facta animo donandi,vel remunerandi,vt per Bart. in l.
ſi voluntate,C. de dot. promi.& expræſſe Bald.
in l.1.C.de don.ant. nup.& ſequitur Alex.in l.
diuortio,in finalibus verbis,ff.de verb.oblig.So
ci.in l.1.ff.ſol.matr.col.15.Corſet.in repet.c. grã
di.de ſupl.negl. præla. limita. 6. Bald. Nouell.in
tract. de priuil. do.,decima parte,in princ. 6. col.
omnino videndus,Curt.Sen.conſ.54.col.4.quic
quid dixerit Cyn.Bald.& Lud.in d.l.diuortio,ff.
145 de verb.oblig. † rationibus minime vrgentibus.
Tertio limita,ſi huiuſmodi iocalia miſſa ſpõſæ,
vel vxori per ſponſum eſſent pretioſa, feſtiua,&
magni valoris, ſecus ſi eſſent vilia, & parui valoris,conſiderata qualitate,& conditione perſonarum,& quantitate doris, Lupus in repe. rub.
extra de don.inter.vir.& vxo.§.11.& not.per do
ctor.in l.ex annuo.ff.de don.int. vir. & vxor. Af-
146 flict.† in deciſ. 315.in quo quidem multum verſatur iudicantis officium atque arbitrium,vt ſupra etiam tetigimus, vt per ſupradictos doctores in locis prædictis,& Sig.Lup.d.§.11.col.pen.
& fin.& Ferro.ad conſuetud. Burdegal. titu. 4.§.
7.in princip.& per totum,vbi de iſta materia,ad
quem lectorem remitto breuitatis cauſa,ne fru-
147 ſtra mẽbranas occupem. † Quarto limita quan
do in loco vigeret conſuetudo, quæ cõſuetudo
eſt attendenda,& ſeruanda,tunc enim talia dona, & munera miſſa ſponſæ cenſentur donata,
ſecundum Bart.in l.ſi vt certo,§. nunc videndũ,
ff.commoda.vbi expræſſe hoc decidit, & Saly.
in l.ſicut in fin.C.de don.inter vir.& vxor. vnde
hæc conſuetudo inſpicienda eſt, cum ſit opti-
148 ma legum interpres. l. ſi de interpretationem,
ff.de leg.c.cum dilectus,extra co. & præſumitur
149 ſponſus illa donare, † quæ ſecundum morem
donari conſueuerunt,l.1.§.officio,ff.de tut. & rati.diſtra.quem textum ad hoc allegat Bald.in c.
iurauit. extr.de proba.& idem Bald.in l.2. C.de
iure dot.dicit,quod iocalia quæ mittuntur à cõ-
150 ſanguineis ſponſi † præſumuntur donari ratione conſuetudinis loci. Lup.in d.repet. rub. de
don.inter vir. & vxor. §. 12. uerſicu. Imprimis,
quæ omnia ſunt bene notanda, & explicata per
doctores prædictos,& cum hac diſtinctione trãſeunt communiter doctores,& reaſſumit Clar.
lib.4.recept.ſententr. §.donatio.quæſt.10.

Poſt uerò traductionem ſponſæ, ſeu uxoris
151 in domum uiri, vtrum ualeat donatio? † dic,
quod regulariter,non ualet,l.1.& tot.titu.de do.
inter uir.& uxor.nec ex ea tranſit dominium,
152 licet tranſeat poſſeſſio.† ad not. in l.1.§. ſi uir v-
153 xori.† illo tit.quod optima ratione cõſtitutum
fuit,ne iugales mutuo amore ſeſe ſpolient, quæ
concluſio ampliatur ſiue ſit donatio inter uiuos
ſiue cauſa mortis,glo.in l.2. in princ. in uerb. legatum,ff.de do. præle.quæ glo. communiter eſt
approbata,ſecundum Did. Couar. in rub. extra
de Teſtam.in 3.parte,num.2.ad.4. lib. decretal.
154 Limitatur tamen, † vt firmetur iuramento, ſecundum ueriorem, & communiorem opinionem,ut per Bar.in l.Seius, & Augerius, ff. ad l.
falci.& latiſſime omnes cumulat Clar. lib. 4.recept.ſent.§.donatio.quæſt. 9. qui ſublimitat ita
155 firmari iuramento, ſi vera ſit donatio,† non autem præſumpta.vt puta,quæ reſultat ex confeſſione dotis receptæ in caſibus, in quibus præſumitur facta animo donandi, nam talis donatio
non firmatur iuramento, ſecundum Cyn. in l.
1.in fin.C.de Sac.San.eccle.& eſt communis opinio,ſecundum Soci.in conſ.61.col.3.lib. primo,
& ſequitur Did.Couar.variar.reſolut.c.7.num.
5.Curt.iun.conſ.95.num.4.Grat.conſ.55.num.
156 40.lib.primo.† & Clar.in §.donatio.quæſt.9.nu.
3. Limitatur ſecũdo,vt talis donatio inter virũ,
& vxorem non valeat, & poſſit reuocari, cæterũ ſi poſt factam donationem maritus voluntatem non mutauit,eo caſu morte donatoris confirmatur donatio.l.donationes quas, C. de don.
157 inter vir.† & vxo.& ſubſtinetur in vim relicti potius,quam in vim contractus, & ideo de ea detrahitur quarta Falcidia ſicut de legatis, intelligendo tamen prædicta cum grano ſalis, vt ſic
firmetur morte ſi donatæ rei præceſſit traditio
158 vera,†vel ficta,& ſic aliquid,quod fungatur vice
traditionis, alias ſi ſola promiſſio interueniſſet,
non firmatur morte, ita Bart. in l. Papinianus,
per illum textum,ff.de don.int.vir.& vxor.& ſic
tenent communiter doct.ſecundum Vero.cõſ.
ciuili.8.num.3.Corn. conſ.124.lib.4.qui dicit,
quod in hoc concordant omnes doctores,& cõ
munem dicit Paul.de Caſt. conſ.138.lib.primo,
refert.Couar.ad quartum lib.decret.rub.de teſt.
in 3.parte,nu.3. Pariſ. conſ.128. num. 8. lib. pri-
159 mo,† & dicitur ficta traditio,quando in inſtru-
160 mento eſt appoſitum conſtitutum,† illud enim
habet vim fictę traditionis,l.certe, ff. de præcar.
Alex. in l.exitus controuerſiæ,ff.de acqui. poſſ.
Clar.in §. donatio. quæſt. 9. Vtrum autem hæc
confirmatio,quæ fit morte donatoris,operetur,
161 vt ipſa donatio cenſeatur † facta tempore mortis
donatoris, an autem tempore donationis? dic
quod reſpectu dominij, non retrotrahitur, ſed
bene reſpectu fructuum,vt per Clar.in loco prædicto,& intellige,quod firmetur morte ne dum

naturali, imo violenta atque morte ciuili, vt per
Lup. in rep. rub. extra de do. int. vir. & vxor. §. 70.
71. 72. & ſeqq. limitatur ita donationem non va
162 lere inter † coniuges ſi donantis efficiatur dete-
rior conditio, & donatarij melior ac efficiatur
163 locupletior, l. 3. ff. eo. Lup in d. repet. §. 47. & 43.
limiratur, vt valeat pro conſtituenda dote filiæ
l. ſiue vxor. ff. eo. qui caſus ſecundum Bar. ibi eſt
164 ſingularis. Tertio, † quãdo donatio eſt ob cauſã
& remuneratoria, l. quod autem, §. ſi vir. ff. eo.
165 Lupus in rub. de don. inter vir. & vxo. §. 50. limi
tatur ſi donatio fiat ad vtilitatem Tertij, vt puta
quia maritus ſe obligat creditori vxoris. Lupus
166 in d. rep. §. 52. limitatur in vxore quæ dotem nõ
dedit, poteſt enim conſtante matrimonio dona
re marito aliqua bona ex cauſa dotis. l. ſiquis,
pro vxore, §. vxor. eo. tit. Lup. vbi ſupra, §. 53. li-
167 mira, † quando donatio fieret viro cauſa adipi-
ſcendi honoris, vt ſuſcipiat gradum doctoratus.
168 Lupus in §. 54. limitatur etiam totus ille titulus
de don. inter vir. & vxor. quando contractum
eſt matrimonium, non tamen ſecuta eſt copula
nec mulier traducta, & cognira à viro, vel quia
in itinere, vel adhuc in domo patris, ſecundum
Azo. in ſum. C. illo tit. de quo fuit memor. Ca-
tell. Cotta. in eius memora. in verb. donationes
inter virum. Licet dicat non procedere in mul-
tis partibus cum copulentur ſtatim, licet non re-
169 cte hoc fiat in domo ſoceri. † Limiratur, & alijs
modis, & cauſis, vt per Lup. in dicta repet. §. 54.
170 cum ſeq. Quæ † autem dicta ſunt de donatione
prohibita inter virum, & vxorem, procedunt
etiam ſi fiat eiſdem, qui coniuges quoquo mo-
do attingunt per patriam poteſtatem, l. 2. §. qui
in eiuſdem ff. eodem tit. Lup. §. 42. in hac mate-
ria videndus pro ampliatione, & limitatione hu
ius materiæ, ad quem Lectorem remitto breui-
tatis cauſa. Ex qua diſtinctione facile omnes fere
caſus decidi poſſunt, tam de iure communi con
tingentes, quam ſecundum has conſuetudines,
ſecundum quas mulier, vt vides lucriſacit hæc
171 iocalia, † veſtes & ornamenta non facta diſtin-
ctione ſi ſint parui, vel magni valoris, vel ſi inter
nobiles, vel ignobiles, vel ſi magna, vel parua ſit
dos, vel ſi fuerint donata expreſſe, vel tacitè, ſtan
te hac conſuetudine, pro qua faciunt ſupra alle-
gata, & Bald. in d. cap. iurauit, extra de probar. &
alij per nos allegati, cum lucretur ſponſa, ſecun-
dum morem ciuitatis, quia tacta, & oſculata re-
manſit, vt dicitur in hac conſuetudine, cum lo-
172 quatur generaliter, † & ſine diſtinctione genera
liter eſt intelligẽda, l. 1. §. & generaliter, ff. de leg.
præſt. l. de pretio. ff. de publ. in rem ac. cum ſimili.

Si autem cognita a viro in domo patris, vel ſua remanſerit, dodarium in quantumcunque conuentum, ſi tamen non fuerit in facie Eccleſiæ conſtitutum, habere non debeat, imputetur enim ſibi quòd tam præmaturè virginitatem ſuam amiſit.

Si autem cognita, ſcilicet carnaliter, vnde di-
citur ſeminum commixtio, ca. 1. de deſpon. im-
pub. lib. 6. & ibi Archid. & in iſto ſignificato po-
nitur, extra de eo, qui cogno. conſang. vxor. ſuę
per totum, licet alias cognitio ſit verbum iuriſ-
173 dictionale, † Card. in clem. 1. quæſ. 11. de off. dele
gat. & ſumatur multipliciter, vt ff. de var. & ex-
traord. cogn. l. cognitionum, & cap. 1. de lit. con
teſt. libro ſexto, & accuſatio. l. ſi cum, C. qui
accuſ. non poſſunt, & cognitionaliter, ideſt diffi-
nitiue, non interloquutorie, l. fin. C. de legi. auth.
ſi contingerit, C. de iudi. & cui committitur co-
174 gnitio, † non committitur diffinitio, ſecundum
aliquos, l. qui procuratorem, ff. de procur. licet in
contrarium allegetur, l. j. C. ſi contra ius, vel vtil.
publ. de quo vide Iaſ. in l. j. colum. 26. ff. de offic.
eius cui mand. eſt iuriſd. & ſic nota quòd vxor
cognira ante traductionem in domo propria,
175 vel † patris mortuo viro non lucratur dodariũ.
promiſſum conſtitui, ſed non conſtitutum legi-
time, vt decet in facie eccleſiæ, & redditur ratio
in textu, ibi imputetur enim ſibi, &c. Nota pul-
chra verba textus hic; imputetur enim ſibi, quòd
tam pręmaturè virginitatem ſuam amiſit, & ſic
176 nota, † ꝙ mulier oſculata lucratur iocalia, rob-
bas & ornamenta: cognita uero nõ lucratur do-
darium in hoc caſu, non quia cognita, ſed quia
præmaturè, nõ opportune, & non factis debitis
ſolemnitatibus, ſecundum has conſuetudines
requiſitas, & ſic lucrabitur ſolum iocalia, nõ au-
tem dodarium in quantumcunque cõuentum,
177 ſi non fuerit in facie eccleſiæ conſtitutum. † Sed
quid ſit in facie eccleſiæ conſtiruere dodarium?
dic tunc contrahi in facie eccleſiæ, quando con-
trahitur cum debita ſolemnitate, & ſacerdotali
benedictione, vt per gl. in conſtitu. Regni, Sanci-
mus, ſub tit. de matrimonijs contrahendis, quæ
conſtitutio fuit lata ante cap. cum inhibitio, ex-
tra de clan. deſp. imp. quod ſupputat ibi And. de
Iſer. & Bart. de Capua in peregrino gloſſemate,
ad illã conſtitutionẽ ſancimus, quamuis eccleſia
178 multipliciter † ſumatur pro vniuerſis eccleſijs,
Chriſti fidelium, vel vniuerſis clericis, vel mini-
ſtris eccleſiæ, & vniuerſa congregatione fideliũ,
23. diſt. c. legimus, circa med. 1. q. 1. ca. multi, &
24. quæſt. 1. in c. loquitur. De modo conſtituen-
179 di dodarium, † & forma loquitur Andr. de Iſer.
in c. 1. §. donare, quali. olim feud. pote. alie. vbi di
180 cit, quod conſtituitur dodarium ante, † & propè
fores eccleſiæ per cultrum, ſeu cultellum plica-
tum, & innuit gloſ. in Conſt. regni. quæ Incipit.
Mulier quæ dotarium, & ſic ſeruatur vt vide-
mus in multis inſtrumentis conſtitutionis do-
181 tium, & introductis. † quid enim ſignificet ille
cultellus plicatus, & multa alia, vide ibi per An-
dr. & gloſ. Marini Caramanici. in locis prealle-
gatis. quęlibet Prouincia abundat ſuo ſenſu. c.
182 vtinam, diſt. 19. illa ſolemnitas non fuit ſerua-
ta, & mulier paſſa eſt ſe cognoſci ante traductio-
nem, merito dodarium non lucratur, quamuis
in capitulis matrimonialibus fuerit promiſſum
conſtitui, etiam ſi dos fuerit promiſſa, & ſoluta:
& ſic limitantur omnia iura loquentia de lucro
doda-

dodarij correſpectiua ad dotes authen. æquali-
tas,C. de pact. conuen. & auth. dos data, C. de
dona.ante nupt. vt procedant, quando dodariũ
fuerit legitime conſtitutum, & ſolemniter, ſe-
cundum hanc conſuetudinem. Inſuper viden-
183 tur † etiam in aliquo reſtringi iura communia,
quæ procedunt ad dandum lucrum dodarij pro
pter virginitatem amiſſam, ſecundum Gloſ. Na-
pod. in conſuetu. Neap. de iure quartę, in cõſuet.
Quartam, in glo. viro mortuo, & ibi late per eũ,
184 vt † limitentur per hanc conſuetudinem, vt pro
cedant quando virginitas amiſſa eſt, poſt ſolem-
nia nuptiarum, & inductionem in domum viri,
185 ſecus ſi ante, † & in domo patris mulieris, ac
præmature fuerit cognita, quod nota. Sed quid
dices in hoc, reperitur vxor, ſeu ſponſa cognita,
ſed tamen ignoratur vbi, & quando, vel quo tẽ-
pore fuerit cognita, an ante traductionem in do
mum viri, vel poſt traductionem, an præſuma-
tur cognita poſt traductionem? dic in dubio prę
ſumi fuiſſe cognitam in domo viri, & poſt in-
186 ductionem, † Philip. Dec. in conſ. 368. nume. 3.
& ſentit Bald. in l. Deo nobis, col. 3. verſi. ſed po-
namus, C. de Sac. San. eccle. vbi, quod mulier tra
ducta ad domum viri, ibi præſumatur cognita,
187 & matrimonium conſumatum, † probatur ex
confeſſione vxoris, & mariti, & præſertim de
copula ſtatur dicto viri, c. continebatur, de deſp.
impube. c. tertio loco, de præſumpt. & not. Ant.
de Butr. in c. duo pueri, in ſeptimo nota. de deſp.
impub. vbi Abb. in vltimo notab. & idem Abb.
in c. 2. not. 2. de clan. deſp. & in c. ſuper eo. col. 2.
de eo. qui cog. conſan. vxor. ſuæ, Hoſt. in ſum. de
ſponſ. & matr. §. qualiter, & in ſpecie quantum
188 ad iſtud lucrum ſtatur dicto mariti, † & coniu-
gis. Soc. in conſil. 223. Inci. circa præſentem con
ſultationem, col. 3. volu. 2. & dormiens cum ea
189 præſumitur illam cognouiſſe Alex. conſ. 177.
col. 2. vol. 7. vt quia teſtis dicat ſponſam cũ ſpon
190 ſa, ſolum cum ſola, nudum cum nuda in eodẽ
lecto iacentem, vt tradit Alex. in l. 1. col. 5. in ver
ſic. exemplum, in probatione actus copulę, ff. ſi
cert. peta. maxime cum copula non poſſit con-
191 cludẽter probari in his, † quæ ſunt difficilis pro
bationis, leuiores probationes recipiuntur, l. cõ-
192 ſenſu, † C. de repud. & Feder. de Sen. cõſ. 19. Bar.
in l. ſi quis ex argentarijs, §. fi. ff. de eden. l. de pu-
pillo, §. ſi quis ipſi prætori, ff. de ope. nou. nunc.
in 8. quæſi. Dec. in conſ. 577. à num. 10. & creden
193 dum eſt, † obſtetricibus in hoc, affirmãtibus mu
lierem eſſe corruptam, quam dicentibus illam
eſſe virginem, vt per Bald. in l. Deo nobis, col. 3.
verſic. ſed ponamus, & ſunt doctores qui affir-
194 mant in hoc eſſe ſtandum † iuramento iugalis
interueniſſe copulam. per tex. in c. cõtinebatur,
de deſp. imp. & 23. q. 1. c. ſiquis acceperit, & Butr.
in c. fi. de ſponſa. & c. fina. de coniu. lepros. tradit
Alex. in conſ. 149. viſo proceſſu. col. pen. volu. 5.
195 quod ego non † admitterem, niſi quo ad cõclu-
dentem probationem copulæ ad præſumendũ
matrimonium, prout præfati doctores, & præ-
dicta iura loquuntur, non autem quo ad lucrũ
iſtud dodarij, vel eius amiſſionem in præiudi-
cium tertij, niſi legitime adfuerint probationes,
de quibus paulo ante diximus.

In verbo illo præmaturè, ideſt maturius, ideſt
citius inſt. de iure natu. gen. & ciui. §. 1. maturare
idem eſt, quod abbreuiare, c. 1. extra de dila. &
196 matura, † non dicitur mulier ante annum duo-
decimum, l. cum hic ſtatus, §. ſiquis ſponſam, ff.
de don. inter vir. & vxor. & de ſignificatu huius
dictionis vide Archid. 24. q. 8. cap. conuenior. in
197 princ. † & in tribus debet quis ſe oſtendere ma-
turum, vt ſuam augeat ſapientiam in vultu nem
pe, geſtu, & voce. vt dicit Specu. in titu. de aduo-
ca. §. 5. verſi. cum autem de hoc uerbo, vide in l.
1. C. de carbo. edi. & tex. in l. fi. C. de edi. diu. Adr.
198 toll. † & vtrobique Alber. de Roſat. & ſic prę-
mature dicitur hic non expectata traductione in
domum viri, nec celebratis debitis ſolemnitati-
bus, & alijs requiſitis circa conſtitutionem do-
darij.

Virginitatẽ ſuam amiſit. Virgo dicitur, quia
199 de viro † ſumpta eſt, vt habetur hyſt. ſcholaſt. in
cap. incip. & impoſuit. ſuper Geneſi. & in Rub.
200 C. de raptu. virg. † quæ nuptijs antefertur ſecun-
dum Beat. Hier. in epiſtola ad Euſthochium. in-
cip. Audi filia, & in c. nuptię. 32. q. 1. quæ in He-
201 bræo † Alma, Gręco Apochrifa, Latine ſecreta
nuncupatur, quia in cameris ſolent virgines ab-
ſcondi, & ſecrete cuſtodiri, vt dicit Archid. in c.
1. de re. & vener. Sanct. lib. 6. nilque aliud eſt vir-
ginitas, ſecundum Diuum Ambroſium quam
expers contagionis integritas, in lib. de virginita
te, & ſecundum Auguſt. in lib. de nupt. & concu-
piſcentia, Eſt perpetua incorruptionis medita-
202 tio. Sed an violentiam paſſę virginitatem amit
tant. dicit Beatus Thomas Aquinas in 4. diſt.
33. quæ violenter corrumpuntur ſiue ab homi-
ne, ſiue a Demone incubo, virginitatẽ non amit
tunt, ſi quantum poſſunt renitantur, vt pręſer-
uent corpus à corruptione, vel ſaltem mentem
a conſenſu, & vide plura de uirginitate per eun-
dem Sanct. Thomam, in ſum. 2. 2. quæſt. 152. &
203 ſequenti. uirginitatis autem priuilegia, & pręro-
gatiuas, uide plene per Abb. in c. cauſam, de pro-
ba. vbi etiam Fely. in col. 5. & docto. in l. vnica, C.
quando Imper. inter pupil. & Afflict. in Conſt.
204 Reg. ſtatuimus. Qualiter † autẽ probetur aliquã
eſſe virginem Abb. in cap. propoſuiſti, de proba.
205 quæ cum humilitate Deo eſt admirabilis, † &
valde accepta. 30. diſt. cap. hic ſcripſimus, & ſicut
206 nuptię implent terram, † ſic virginitas Paradi-
ſum, 32. q. 1. c. nuptiæ, & prodeſt parentibus ad
207 ſalutem, ſi eorum proles in viginitate perduret.
33. q. 1. c. tunc ſaluabitur. ad quod pauci aduci-
tunt parentes, quibus adde, quod virginitas non
208 eſt de præcepto, † ſed de conſilio ſuaderi poteſt,
non imperari, 21. q. 1. c. integritas, & amiſſa non
209 reparatur, cum omnia poſſit Dominus, † uirgi-
nem corruptam, nõ poteſt facere incorruptam,
quantum ad actum, 32. q. 5. c. ſi Paulus, Vtrum
210 autem Virgines uiolenter corruptæ poſſint cõ-
ſecrari? Reſp. & dic, quod licet tales mulieres uir
ginitatem non amittant, nec uirginitatis aureo
lam, non tamen conſecrantur. 15. quæſt. prima,
capi-

capitulo fin. ratio eſt quoniam in illo actu diffi-
cile eſt, ita remitti quod voluptas non adijciat
aliqualem conſenſum, vnde cum de pleno diſ-
ſenſu eccleſiæ conſtare non poſſit, iccirco con-
ſtitutum eſt, vt tales mulieres humiliter a conſe
cratione abſtineant, 23.q.5.capit. illæ famulæ, &
15.quæſt.prima, ca. ſi quis non iratus, vide Doc.
211 Ang. in ſecunda ſecundæ, q. 252. De † laudibus
virginitatis, & num ſit matrimonio excelſior, vt
de multa, & pulchra per Caſſan. in ſuo Cathalo.
gloriæ mundi, in 3.parte, conſidera. 39. Non mi-
rum igitur ſi talis mulier, quæ rem tam pretio-
ſam, ſicut eſt virginitas præceps, & præmaturè
amiſit, nec voluit aliquantiſper expectare, vſq;
ad inductionem proximam in domũ viri, hac
noſtra conſuetudine plectitur, vt dodarium etiã
conuentum non lucrifaciat, ob eius feſtinantiã,
212 quæ † punitur quandoque, vt in tutore in rebus
pupillaribus, l. tutor, §. 1. ff. de admin. tut. ibi non
quidẽ præcipiti feſtinatione, vbi hoc notat Bart.
213 Sicut † in muliere infra annum luctus ad ſecun-
das nuptias properante in l. prima, C. de ſecund.
nupt. vbi textus, de feſtinantia nuptiarum. Et
214 contra † nimis feſtinantem in loquendo, reſpon
dendo, & etiam faciendo, vide per Spec. in titu.
de libell. obla. ſeu concep. §. 14. verſicu. ſi ſit. Sed
quæ potuit eſſe ratio deciſiua huius conſuetudi-
nis? dic quod potuit eſſe ratio, quia ſponſa dum
215 eſt in domo patris, † vel propria, non eſt in plena
poteſtate ſponſi, prout eſt quam primum eſt in-
ducta in domum ipſius ſponſi, vt cõſiderat Bal.
in c. iurauit, extra de proba. & ibidem dicit, idẽ
Bald. quòd ſi dum traduceretur ad virum, in iti-
216 nere vel via, † forſan quia diſtaret a loco per ali-
quas dietas, vir nõ debet eã opprimere, quia dũ
eſt in via, non eſt in termino, hunc enim effectũ
217 operatur traductio, quia † ſi ſpõſus rapit ſpõſam
poſtquam eam traduxit, non tenetur pœna ra-
ptus, ſicut cum rapit vxorem, in quam habet vir
manus iniectionem, quia tenetur ſibi reddere
debitum, vt not. in l. ſicut patronum, cum l. ſeq.
218 ff. de oper. libe. Secus † ſit in eo qui rapit ſponſam
nondum traductam in eius domum, ſecundum
Gugl. de Cun. in l. 1. C. de rapt. virg. quem refert
ibi, & ſequitur Saly. colum. 3. & Bald. in l. rapto-
res, in fi. C. de epiſ. & cler. cum autem mulier eſt
219 in domo patris, † non poteſt vir eam cognoſcere
inuitam, vt per Bald. in d. cap. iurauit, col. penult.
& ſequitur Io. Lupus in repet. rubr. extra de don.
inter vir. & vxor. §. 58.

Si vero ſoluatur matrimonium mor-
te vxoris ante tempus ſponſaliorum,
& inductionem in domum viri, ipſe vir
teneatur pecuniam acceptam hæredib.
mulieris, vel dãti pro ea integre reſtitue
re, aſſignatis ſibi a patre, vel hærede
mulieris robbis, & ornamentis ſibi fa-
ctis ab eo, prout inuenientur.

Hæc eſt ſecunda pars principalis huius conſue
tudinis, in qua loquitur quando matrimonium
contractum diſſoluitur morte vxoris, nam in
prima parte loquitur conſuetudo quando ma-
trimonium eſt diſſolutum morte viri, vniuerſa
tamen conſuetudo iſta loquitur, quando ſolutũ
eſt matrimonium ante traductionẽ in domum
viri.

Morte vxoris, ſcilicet naturali, mors enim pro
lata, ſiue a lege, ſiue a lege animata, ideſt princi-
pe, ſiue a teſtatore, de naturali intelligitur, l. 1. ff.
220 de teſtamen. ff. de liber. & poſtu. l. Gallus, † ſiue a
contrahentibus, l. ex ea parte, §. inſulam, ff. de ver
borum oblig. & in auth. de hæred. & Falc. §. eod.
ordine ibi, quia in omnibus, collat. prima, ſiue in
reſcriptis, cap. ſuſceptum, in fine, de reſcriptis, in
ſexto, & ibi not. Ioan. And. gloſ. conſuetu. Neap.
Si moriatur in glo. prima, & in conſuetud. ſi quis
vel ſi qua, in glo. magna, & in conſued. viro mor
221 tuo, in glo. in ver. mortuo, † & ſic intelligitur de
morte vxoris naturali: ſed quid ſi ciuiliter moria
tur, an hæc conſuetudo habeat locum? quia ma-
ximam capitis diminutionem ſit paſſa, effecta,
ſcilicet ſerua pœnæ, vel quia exiſtens liberta, ob
ingratitudinem reuocetur in priſtinam ſeruitu-
tem, vel alijs modis, de quibus habes Inſtitu. de
capi. dimi.

222 Videtur † quòd de ſola morte propriè, ac na-
turali hæc conſuetudo loquatur, cum in dubio
mortis appellatione ſola mors naturalis veniat,
223 niſi in caſibus limitatis a iure expreſſis, † & vbi
lex expreſſe æquiparat, Archid. in cap. ſuſceptũ,
224 §. fi. de reſcrip. lib. 6. † Reſpond. & dico, quòd ve-
nit etiam mors ciuilis, nam hic ponitur mors ad
matrimonii diſſolutionem demõſtrandam, pro
225 eo quòd communius, † & generalius ſoluitur
morte, & exempli gratia, quod non reſtringit, l.
damni, in princ. ff. de dam. infect. idem ergo di-
226 cendum eſt in caſibus prædictis, † & idem ſi in-
grediatur monaſterium, efficiatur ſanctimonia-
lis, ac renunciet ſæculo, cum quantum ad matri
227 monium mori videatur, † aliud pro alio iter eli-
gens, vt in auth. de nupt. in §. diſtrahuntur, colla.
4. & vide ibi in glo. lucrum, &c & in gl. vel mona
228 chalem, &c. † Item habetur pro mortua, vt in
auth. de monachis, §. hic autem vxorem, colu. 4.

229 Item † regularis quo ad mundum pro mor-
tuo habetur, cap. placuit, 16. quæſ. 1. præterquam
quo ad alimenta, vt not. in auth. Idem eſt, C. de
230 bo. quæ liber. intelligendo † tamen ſemper ſi co
pula non ſit ſecuta, ſecundum thema huius con
ſuetudinis per iura prædicta, & text. in leg. Deo
nobis, C. de epiſ. & cler. vide gloſam, ad conſuet.
Neap. in verbo, decedente, in conſue. incip. filio
ducente.

Quæro an habeat locum in deportatione, vel
foriudicato? Reſpond. matrimonium non finiri
231 cũ duret † affectio maritalis, ſed de æquitate mu
lier ſtatim petit a fiſco dotem, l. 1. C. repud. & in
conſtit. Regni. Pœna carere volentes, gloſ. in ver
bo, annua, in fine, in l. 2. ff. ſolut. matrim. nec pe-
tetur actione de dote, ſed cõdictione generali, l.
quemadmodum, §. 1. ff. de iure dot. Nec dabitur
232 tũc annus ad reſtitutionem, † & ſic ceſſat diſpo
ſitio hoc caſu harum conſuetudinum, quæ dant
anni

anni ſpatium ad reſtitutionem dotium in pecu-
nia, vel mobilibus, vt habetur in cap. 9. in conſue
tud. quòd in quolibet caſu.

Quæro inſuper, quid ſi matrimonium nō ſol-
uitur morte, ſed aliquo impedimento, ſiue cau-
ſa, vel rectius loquendo declaratur nullum, & in
ualidū ex cauſis ſuperius narratis, ſcilicet ob cō-
ſanguinitatem, vel alijs, an dos reſtituetur, ac ſi
233 verum præceſſiſſet matrimonium? † dic, quòd
ſic, per tex. in ca. 2. extra de don. inter virum, &
vxorem, vbi eſt caſus, de quo vide Rod. Suarez.
in tit. de las gannancias, in princ. reprobata ibi o-
pinione Præpoſ. Alexandrini, vbi dicit eſſe hanc
communem opinionem, immo veram, per tex.
in l. cum dotem, §. fi. ff. ſolu. matr.

Ante tempus ſponſaliorum, nota tamē, quod
non loquitur de ſponſa hic, nec de ſponſalibus
proprie, ne contradicat principio textus in quo
loquitur de matrimonio contracto, ſed loqui-
tur de ſponſalitijs, & ſolemnibus eccleſiæ, ſicut
dicimus aliquando ſponſam in vulgari, ideſt
vxorem, l. vxores, ff. de his qui not. infa. c. tertio
loco, extra de præſumpt. 27. q. 2. c. quia propter,
234 & c. † genuit. idem ius ſeruatur in ſponſa, & in
vxore, l. non ſine ratione, C. de bon. quæ libe. li-
235 cet de proprietate † verborum contracto matri
monio dicatur vxor, non ſponſa. 27. q. 2. c. ſuffi-
236 ciat. vtrum autem appellatione ſponſæ veniat
vxor, vel e contra, nota. glo. inſt. de nup. §. ſed ſi
vxor, ſed dum agitur de odio appellatione vxo-
ris, non venit ſponſa, ſecus ſi ſimus in materia
fauorabili, vt in d. l. non ſine ratione, C. de bon.
237 quæ liber. † Et ſic ex hac conſuetudine clare li-
quet, quod & ſi ſit contractum matrimonium,
non tamen vxor ſit traducta ad domū viri ſi mo
riatur vxor viro ſuperſtite, vir non lucratur do-
tem, ſed eam reſtituit, cum idem ſit de iure com
muni diſpoſitum ſtante ſtatuto, quod vir lucre-
tur dotem vxore præmortua non traducta, de
qua vide Panor. in rubr. ext. de ſponſ. & in capit.
tertio loco, de præſump. & in cap. ex publico, de
conuer. coniug. in conſ. 1. & 175. Bart. in l. cui fue
rit, ff. de condi. & demonſt. & in l. nihil, ff. rerum
amota. in l. Deo nobis, C. de epiſc. & cler. & in l.
non ſine, C. de bon. quæ liber. ſign. in conſil. 146.
vide glo. in l. 3. ff. de don. inter vir. & vxor.

Et inductione in domum viri.

Et dicitur tunc inducta, vel vt alij dicūt
traducta, quando fuit traducta non obi-
ter, nec per tranſeunam, nec per breue tempus,
238 ſed vt ibi perpetuo habitaret, † & qn̄ ſimul dor-
miunt de nocte ſimul in eo. lecto, vt per Alex. de
Imo. in conſ. 129. Super primo, num. 3. & 9. volu
mine 7. quid autem ſit ſi vxor poſt ſponſalitia, &
239 poſt † inductionem in domum viri moriatur,
dic quòd iſte caſus ponitur in conſuetudine pro
xima ſequenti, in §. ſi autem vxor, vbi dante do-
mino dicetur.

Ipſe vir.

Vir quādoque pro ſexu ad dif-
ferentiam fœmininæ, ca. & vxor,
32. q. 2. quaſi a virtute, cap. ſi quis virorum, 30. di
240 ſtinct. † qui in omnibus præcedere debet mulie-
rem, 32. q. 6. c. fi. & intellige de præcedentia, quæ
conſiſtat in virtute, & caſtitate, non autem in va
nis rebus, vt in d. cap. fin. quot autem modis iſta
241 dictio vir ſumatur, † vide Bart. in l. 1. C. de digni.
lib. 12. in prima oppoſ prolata a lege, vel ſtatuto,
vel conſuetudine, quomodo intelligatur. Barto.
in l. cum quis decedens, §. codicillis, in fine, & in
l. ſi ſeruus, ff. de leg. 2. & quòd non veniant fœmi-
næ per eundem Bart. in l. ſi ſeruus, ff. de lega. 3. &
242 in l. † ſcripturas, C. qui pot. in pign. habe. Hic ta-
243 men † ſumitur pro marito, ſicut in l. 1. §. eſt quæ
ſtio, ff. de do. præle. licet quandoq; ſumatur pro
244 ſponſo, † vt ſupra diximus ex cap. genuit, 26. q. 2.
& cap. 1. extra de donat. inter virum, & vxorem,
licet cum adiuncto aliud ſignificet, vt vir bonus,
245 ideſt † iudex, l. ſed ſi vnius, §. quod autem, & §.
ait prætor. ff. de iniur. & l. continuus, ff. de verbo.
obligat. l. omnis, ff. de procu. & l. vir bonus, ff. iu-
dic. ſol. & glo. in cap. potuit, extra loca. & qui al-
246 teri facit † quod ſibi vult fieri, l. 1. cir. med. ff. de
ſolut. & vir ab vxore vocandus eſt dominus, 1.
247 Petri 3. † non è conuerſo, niſi in vxore Do-
248 ctoris, quæ domina vocari debet; † non autem
ab ipſo marito, Bart. in l. ſi iudex circum vento,
ff. de minori. Ipſe igitur vir tenebitur pecuniam
acceptam reſtituere hæredib. mulieris mortuæ,
vel alijs, qui pro ea dotem dedit, & irrita erit cō-
ſtitutio dodarij per mortem vxoris viro ſuperſti
249 te, † l. etiam, & l. marito, C. de don. inter virum,
& vxorem, & not. in conſtit. Regni, Mulier quæ
dotarium, & per Napod. Sebaſt. in capit. Regni,
250 Mulier dotarium, numero 16. & nota. † illud ver
bum integrè, ideſt ſine diminutione, nam non
detrahet pretium iocaliorum veſtium, & orna-
mentorum, ſed integram quantitatem pecuniæ
251 dotalis reſtituet maritus, & idem † erit ſi dos cō
ſiſtat in reb. ſtabilib. licet hic nō dicatur, nam ſi
de pecunia nil detrahitur, quod videbatur eſſe
detrahendum, multo minus de rebus ſtabilibus
non habebit vir detractionem, nec retētionem
pro expenſis ornamentorum, argu. auth. multo
magis, C. de ſacroſan. eccleſ. poſuit enim hic tex
tus caſum magis dubitabilem in dote conſi-
252 ſtente in pecunia. † Sed an maritus habebit anni
ſpatiū ad reſtitut. dotis: dictū eſt ſup. quòd ſic, &
dicitur in conſuetud. 9. infra, incip. in quolibet
253 caſu. † Item quid ſi eſt inops vir, nec valeat inte-
gre reſtituere totam pecuniam dotalem, an te-
neatur inſolidum, vel in quantum facere poteſt?
videtur quod inſolidū propter illud verbum in-
tegre, quod ſignificat ſine aliqua diminutione,
254 & † rem perfectam ſignificet, Specu. in tit. de hæ
255 ret. in fine, † vt ſi quis promittat integros fructus
256 intelligitur ſine detractione ſemētis, † & quarū-
cunque expenſarum, & ſine diminutione, Ruy.
conſ. 65. nu. 6. uol. j. ſicut dicimus, quòd ſtante ſta
tuto, quòd maritus lucretur dotē, quæ tota, vel
eius pars deberet remanere pęnes maritum, vel
eius hæredem, ſi tamen ſit facta promiſſio reſti-
tuendæ dotis integrè, uenit reſtituenda integre,
257 & † ſine aliqua diminutione, ſecundum Bal. in
l. fi. ff. ſolut. matr. & in conſ. 5. circa primum, vo-
lum. 3.

lum.3.& conſ.133.ſuperqueſitis,colum.3.vol.3.
Contrarium tamen eſt verum, vt non teneatur
258 niſi † in quantum facere poſſit,l.maritum,ff.ſo-
lut.matr.nec per hoc corrigitur illa lex, nam il-
lud uerbum integrum reſpexit ad expēſas factas
in ueſtitu,& ornamentis,nō autem ad tex.& iu-
ra communia,ex quibus maritus habet hoc be-
neficium,ne conueniatur,niſi in quantum face-
259 re poteſt, † nec lex corrigitur, niſi expreſſe corri
gatur,§.tribus,in auth.de tri.& ſemi. nec præſu-
mendum ius ciuile,tantis vigilijs excogitatum
260 vnica obiectione tollendum,† ad l.ſi quādo, C.
de inoff.teſt.cum ſimil.

Aſsignatis ſibi,&c. Reſtituet er go maritus
pecuniam dotalem,& aſſignabūtur viro robbæ,
&ornamenta per eum facta,prout inuenientur,
neque enim hoc caſu hæredes mulieris ea lucri-
facient,nam & ſi expreſſe donata fuiſſent a ma-
rito,tamen præmortua,vxore ſuperſtite marito,
261 euacuatur viribus donatio,† vel non cenſentur
donata niſi ex cauſa matrimonij futuri, ſecun-
dum latiſſime ſupra per nos dicta ex Bar.in l.ſi.
§.ſeruus vxoris,ff.ſolut.matrim.& l. mortis cau-
ſa,ff.de don.inter virum,& vxorem, & gl.in l. ſi
vſusfructus,ff.ad l.falcidiam, quibus in locis ap-
paret hæc pretioſa non eſſe donata, vel ſi præſu-
262 muntur† donata reuocari donationem ob mor
tē vxoris donatariæ prædecedentis,vide Pet.Iac.
in tit.de act.rer.amo.& Cap.Thol.quæſt.336.&
ibi Aufrer.& per Afflict.deciſ.325. numero....
ex quibus Doctoribus,& quotis per eos allegatis
colliges marito deberi aſſignari, ne dum hæc or
namenta,& veſtes per eum factas, ſiue de pecu-
nia dotali,ſiue de propria,verum etiam alia do-
nata ſponſæ per conſanguineos, amicos, & ſpō-
ſos,ſecundum Bart.in l.ſed ſi plures,§. in arroga
to, ff.de vulg.& pup.ſubſti.Aret.in §.fuerat,co-
lumna 36.Inſt.de act.Bal.in l.filiusfam.ff.de con
dit.& demonſ.& vide D. Vinc.de Franc.deciſio
ne 503.quamuis hæc conſuetudo non dicat ſup
263 plebitur † per ius commune a quo recipiet inter
pretationem,cap.cum dilectus,extra eodem,l.ſi
264 ſerui veſtri.C.de nox.& relinquetur †regulis ve-
teris iuris,ad l.ſancimus,C.de teſtam. l. præcipi-
265 mus,C.de appell.cum ſimilibus.† Prout iſta di-
ctio denotat tempus,& qualitatem, Barto. in l.
edita,C. de eden. & ſic aſſignabuntur veſtes fa-
ctæ quaſi minoris pretij.

ADDITIONES

A. ADde ibi, in facie eccleſiæ, ideſt ſeruata for-
ma, de qua in c.cum inhibit.de cland.deſp.
vt declarat Inno.& Hoſt.in c.ex tenore, qui filij
ſint legi.vbi Abb.alioquin non diceretur verum
ac legitimum matrimonium, vt ibi, ſed clande-
ſtinum,quod quid ſit,& eius pęna, & an habeat
locum in ſponſalibus,vide Anchara.in conſ.17.
Fely.in rubr.de ſpon.& an habeat locum in mi-
norę.Io. Lup.in ll.Thor.l.49.& quæ ſit pęna con
trahentium clandeſtinum matrimonium,& in
tereſſentium, vide clem.ne in agro,§.quia vero.
de ſta.regula.cum autem lex prohibeat clande-
ſtinitatem matrimonij, ſi forte ſponſus peteret
coram iudice,vel in Sacro Conſilio,quod ſpon-
ſa poneretur in loco tuto ad explorandum vo-
luntatem,non eſt audiendus, ne commodum
reportet ex eo in quo venit puniendus,vt per Io.
Lup.in l.49.num.11.ad ll.Thori.

¶ Adde quid ſit inductio in domum ſiue tra
ductio de qua hic dicitur,quid operetur, & eius
effectus hic,vide per Ioan. Lup. in rub. extra de
don.int.vir.& vxor.vide infra in ſubſequ. addi-
tione.

¶ Adde,quid ſi contractis ſponſalibus inter-
uenit oſculum, deinde alter eorum, vel ambo
tranſiuerunt ad ſponſalia de præſenti, quid erit
de his robbis,& ornamentis, & iocalibus? vide
Lup.in l.Thor.51.nu.6.

¶ Adde quod requirit hæc cōſuetudo,quod
mulier ducatur ad domum viri ad finem lucrā-
di dodarium ſi remanſerit cognita,l.mulierem,
l.pen.ff.de don.int.vir.& vx.quamuis alias du-
cta dicatur ea, quæ ſimpliciter eſt deſponſata
per verba de præſenti.capit. debitum.de bigam.
cum tex.ille loquatur generaliter,ſiue ſit tradu-
cta ad domum viri,ſiue non: verbum enim du-
cere nil aliud ſignificat, quam matrimonium
contrahere, vt in rub.de eo.qui dux.eam quam
poll.per adulte.& in c.de illis, in verb. ducturos.
extra de ſponſa,non ergo militabit hoc lucrum
dodarij in deſponſata etiam per verba de præ-
ſenti,vt per Rolan.Valle.in tra. de lucr.do.quæ-
ſtio.109.num.4.

¶ Adde ſupradictis, quod ſponſalia contra-
cta per minores,habiles tamen ad copulam,per
eam tranſeunt in matrimonium de præſenti,&
perficiuntur,c.de illis.vbi glo.& Abb.in vlt.no-
tab.extra de cond. apposi.& in cap. per tuas,vbi
Abb.in tertio notab.eo.titu. etiam ſi ſponſi ſint
minoris ætatis,habiles tamen ad copulam,ſpon
ſalia tamen de futuro non tranſeunt in matri-
monium per copulam, quando ſponſa nondū,
viri potens,fuit de facto ſtuprata, vt per Abb. in
c.continebatur,& c.a nobis,extra de deſp.impu.
uide Lup.in rubr.extra de don.inter uir.& uxor.
§.4. virginis autem ſtupratæ dos ſecundum fa-
cultatem,& dignitatem ſtuprantis, non autem
puellę conſtituenda,ut per Caſſan. in conſ. 40.
Octau.Chacheran.in deciſio.21.num.20.

¶ Adde quid ſi matrimonium, non morte
ſoluatur, ſed poſtquam per uerba de præſenti
contraxerunt,interuenit oſculum, poſtmodum
uero detectum eſt impedimentum conſangui-
nitatis,uel affinitatis inter eos, unde iudicio ec-
cleſiæ fuerunt ſeparati, an ſponſa ratione oſculi
lucrifaciet robas, & ornamenta, ſeu iocalia de
quibus hic dicitur?& quamuis conſuetudo hæc
de morte tantum loquatur, tamen idem dic ſi
aliter diſſoluatur ex identitate rationis. argu. l.
cum

cum patet, §. dulciſſimis, ff. de leg. 2. lex enim iſta reſpexit ad caſum frequentiorem, vt per Io. Lup. ad ll. Thori. l. 52. num. 4.

Et intellige ſanè, ſi oſculum fuit datum poſt ſponſalia, tunc mulier lucrifacit iſthęc iocalia, ſecus ſi ante, tunc enim illicitum eſt oſculum, ut per Bald. in l. ſi ſponſo. C. de dona. ante nupt. ut per Lup. in d. l. 52. num. 8. ubi idem eſſe dicit, ſi fuerit cognita ante ſponſalia, ut nec lucretur iocalia, ſicut nec lucratur dodarium, ut hic dicitur, cum præmaturè uirginitatem ſuam amiſit, ſibi imputet: an autem donata inter eos, uel per amicos, conſanguineos, & clientes uiri: dictum eſt ſupra. Quid autem in ſponſo cui ſponſa donauit, quod raro accidit, ut dicit tex. in d. l. ſi a ſponſo? dic, ut per Io. Lup. in d. l. 52. num. 13. ad ll. Thor. & in repet. rubr. extra de don. inter uir. & uxor. colum. 6. Et quid ſi ſponſus mittat munera ſponſæ, quæ non recepit morte præuenta, vel quia nuncius noluit, vel non potuit ei tradere, an efficiantur ipſius ſponſæ, vel eius hæredũ? Diſtingue, quod ſi nuncius erat ſponſæ, valuit donatio matrimonio etiam conſumato tempore traditionis, quemadmodum ſi ipſi ſponſæ donaret, vt per gloſ. Bart. in l. ſi ſponſus, ff. de do. inter vir. & vxor. ſecus ſi nuncius erat ſponſi, nam conſideratur tempus traditionis, quo caſu ſi erat carnaliter cognita, non valuit donatio, quia reputatur vxor, vt per Io. Lup. in d. l. 2. Thori. numero, 14.

¶ Adde, ibi in textu. (cum dotibus in pecunia) quod de dotibus maritus tenetur facere inſtrumentum dotale. Iaſ. in l. ex ea parte, num. 1. ff. de verb. oblig. ad inſtar venditoris qui cogitur conficere cautelas de venditione l. ſicut datam. C. de liber cau. & l. plures apochiſ. C. de fid. inſtru. glo. in verb. ſuſpectum, in l. 2. in princip. ff. ſol. matr. vbi Bar. & alij, glo. & Bart. in l. ne caſu, C. de diſcuſ. libro 10. Barto. in l. 3. ff. de condi. ob cau. & in l. ſi finita, §. elegantur, ff. de dam. infec. quemadmodum confitens ſe vaſſallum, vel emphitcutam tenetur conficere inſtrumentum recognitionis. Bald. in d. l. ſicut datam, & in caſibus prædictis ſi non vult facere inſtrumentum, tenetur ad intereſſe. Iaſ. in d. l. ſi ex ea parte, num. 11. limita niſi per inſtrumentum ius debitoris efficeretur deterius ſtante ſtatuto, & ritu magnę curiæ Vicariæ per quæ inſtrumenta habent executionem realem, & perſonalem paratam. Angel. in l. in omnibus, in fin. ff. de iud. licet quis teneatur facere inſtrumentum ſecundum conſuetudinem patriæ. Bald. in l. fi. C de fideiu. Bart. in l. ſi prius, §. Plautius, ff. de aqu. pluuia. arce. vide Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi numos. ff. ſi cert. peta. & in l. ſi donatione, C. de colla. & an inſtrumentum dotale debeat eſſe penes mulierem, Bald. in conſ. 322. parte 2. & vbi non appareret inſtrumentum dotale, probatur per duos teſtes, Bal. conſ. 461. num. 2. parte 4. & ibi an admittantur teſtes coniuncti. & vtrum confeſſio dotis receptę per maritum facta probet, & valeat. Bald. conſ. 352. volu. 3.

An mulier dotem pro muliere promittens iuuetur Velleiano, vide Bern. Alfa. in ſuis collecta. 287.

ADDITIONES.

¶ Adde, an auus præſumatur dotare neptem contemplatione filij, & an illud quod pro dote dedit, imputetur in legitima. Ber. Alfa. collect. 283. & an teneatur dotare neptem, Io. Lup. in cap. per veſtras, carta 313. per tres columnas. extra de dona. inter vir. & vxor. & an pater naturalis teneatur dotare filiam, vide congeſta per Alfan. collect. 282. & quod poſſit pater cogi ad dotandam filiam, in collectan. 593. ad l. qui liberos, ff. de ritu. nupti.

¶ Adde an ſponſus, non dum maritus, ſi ſubſtinet onera maritalia, poſſit petere dotem, Bal. in conſ. 135. num. 5. volu. 2.

¶ Adde, circa num. 160. quod conſtitutum operatur in inſtrumento pluſquam præcarium, cum per conſtitutum tranſeat in conſtitutariũ ciuilis poſſeſſio, & naturalis, vt plenè, per Alex. in l. quod meo. & l. interdum, ff. de acqui. poſſ. Bald. in conſ. 494. in 4. volu. Iaſ. in l. quoties, C. de rei. vend. Afflict. deciſ. 139. nume. 9. magna fuit dubitatio. vide te ibi addentes.

¶ Add. ad tex. ibi integraliter, & ad dicta nu. 254. quod iſtud verbum intelligitur, id eſt ſine diminutione, l. 1. §. cum dicitur, ff. ſi cui pluſ. quã per l. Falc. Alex. conſil. 141. in fi. volum. 2. & vide quid importet per Afflict. in deci. 258. nu. 3.

¶ Adde ad Rubr. C. ne fideiuſ. doti. den. ſunt qui arbitrentur ſolam fuiſſe remiſſam iſtis coniugibus fideiuſſorum dandorum neceſſitatem, datos tamẽ fideiuſſores tenere, inter quos Franc. Connanus. Comment. iur. ciui. lib. 8. capit. 9. de iure doti. vbi videas, quamuis communiter doctorum ſchola aliter ſentiat.

¶ Adde in princ. tex. qui dicantur apti ad matrimonium, & ad generandum potentes, vel impotentes, & id quomodo cognoſcatur? & qua ætate ſenex quis cenſeatur, Iac. Menoch. in tra. de arb. iud. quæſt. lib. 2. centur. 1. caſu. 58. 59.

¶ Adde, circa nume. 222. quod ex dictione quondam mors probatur. Rimi. Iun. conſ. 107. num. 18. volu. 1. & conſ. 167. num. 11. conſ. 171. num. 11. volu. 2. itidem ex verbis his appoſitis in inſtrumento, ſcilicet hæres Iacobi, probatur, Iacobum eſſe mortuum. Alex. conſ. 60. num. 2. volu. 7. quæ putarem non ſic indiſtinctè procedere, vt omnimodam faciat probationem, ſed qualemqualem, imo præſumptionem, niſi alię concurrant coniecturę. Cum etiam dictio illa quondam verificetur etiam in viuo. Roman. & Alex. in l. 2. §. hoc autem, ff. de ope. no. nunc. Barba. in clem. Ne Romani, §. dudum. de iure iurã.

facit,

facit, quod hæc dictio importat plura tempora, Caſſan.conſ.52.num.15.

¶ In textu, & ſic fideiuſſoria cautio, &c. adde an certificatores qui aſſerunt, & deponunt fideiuſſores idoneos, teneantur? vide Rebuff. tomo 1. ad conſt. regias tract. de ſent. execut. art. 1. in gloſ. caution. & tomo, 3. titu. de ſequeſtr. art. 4. gloſ. 3. nume. 6. verſi. & an certificatores, &c.

¶ Adde, in tex. in principio, ibi ſi matrimonium, &c. quod grauis eſt, coniugij ſarcina. 32. q.7. cap. omnes cautiones, vnde Terent. in Adelphi. quod fortunatum iſti putant, vxorem nunquam habui, & ſicut nauigans multis ſe exponit periculis, ſic qui vxorem ducit, 17. q. 2. ca. nos nouimus, vnde conſueuit à prudentibus dici, Fortunę bonum vxorem non capere, & Philoſophus dicit, vxor eſt, aut perpetuale refugium, aut perenne tormentum, Curioſus qui de hoc quęrit inſtrui citra experientiam, videat aureolam Theofraſti, de nuptijs, & Hieron. in epiſto. contra Iouianum, & Policra. lib. 8. c. 11. Sed contra nuptijs nihil vtilius eſt hominibus tanquam ſolis facere hominibus, in authē. de reſt. & ea, quæ parit. §. hoc nos. vide S. Thom. 2. 2. q. 152. art. 2. & arg. 4. Luc. de Pen. in l. in Sacris, C. lib. 12. de proxi Sacr. Scrin. num. 7. & in l. 2. num. 29. C. lib. 10. quan. & quib. quart. pars. Qualiter autem matrimonium probetur, vide late per Bald. conſ. 195. in hac cauſa, vol. 3. & quam diuerſi mores apud gentes in contrahendis matrimonijs fuerint, vide apud Alex. ab Alex. lib. 1. geniali. dier. c. 24. & an ſapienti conducat vxorem ducere, lib. 4. c. 8.

¶ Adde, quod ſi maritus mutauerit conditionem ſuam in deterius, poterit fideiuſſor alterutrum petere, vel quod eximatur à fideiuſſione, l. ſi pro ea. C. mā. & ff. co. l. Lutius, vel quod eximatur indemnis. l. ſi creditores, ff. de priu. cred. l. in omnibus, ff. de iud. & ad hoc compelli per ſequeſtrū, vel per miſſionem in poſſeſſionem. Inno. in c. ex literis, extra de dolo. & contu. per quæ ita conſuluit Bal. conſil. 215. iſta de iure, volum. 4.

¶ Adde, in num. 126. multa de proxeneticis, & oſculo interueniente in ſponſalibus, eius effectu, quæ conferunt ad rem, atque ſubnecti poſſunt, per Pet. Greg. Tholoſan. in Syntagm. vniuer. iur. parte 2. lib. 8. cap. 8.

¶ Adde, in tex. in princ. an matrimonium probetur per duos teſtes, quando non ſunt omni exceptione maiores, & patiuntur defectus, & quando dicatur matrimonium clandeſtinum, & an pro matrimonio ſit præſumendum, vide Grat. conſ. 2. vol. 1.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium legitime contractum cum conſignatione dotium, & conſtitutione dodary vxore in domum viri mortua introducta, ſi ſoluatur morte vxoris cum ſuſceptione prolis, quamuis ſtatim ſit mortuus, dum tamen in ſuo ortu viuus naſcatur, maritus lucratur omnes dotes.*

2 *Item remanent eidem marito robbæ, & ornamenta defunctæ vxoris.*

3 *Maritus tenetur honorifice ſepellire vxorem, & vxor poteſt legare pro anima ſua decimam partem dotis in pecunia conſiſtentis.*

4 *Item in hoc legato decima expenſæ funeris, quas maritus facere tenetur, non computantur.*

5 *Vxor ſi moriatur prole non ſuſcepta dotes reſtituentur hæredi mulieris, vel danti pro ea, vna cum alijs rebus mulieris, ſicut inueniuntur, vel earum pretium.*

6 *Maritus retinebit vnum lectum cum minori cultro vxore mortua, vt ſupra non ſuſcepta prole, & deducit expenſas de dote, quas fecit in funeranda vxore.*

7 *Conſuetudo iſta eſt correctoria iuris communis in hoc, ſcilicet, quia maritus prole ſuſcepta lucratur dotes in pecunia, & ſic mulier priuatur dote.*

8 *Dos de iure communi ſoluto matrimonio redit ad dotantem mulierem vel hæredes mulieris, & donatio propter nuptias ad virum, num. 9.*

10 *Mulier de iure communi filijs exiſtentibus habet vſumfructū in donatione propter nuptias, qui vſusfructus ea mortua redit ad filios.*

11 *Maritus de iure communi eſt vſufructuarius dotiū maternarum, ideſt ſuæ quondam vxoris.*

12 *Maritus tenetur ſeruare filijs lucra, vnde bona proceſſerunt.*

13 *Dos quamuis ſit reſtituenda vxori, vel eius hæredi, hoc tamen niſi pactum, vel conſuetudo lucrandi dotem intercedat, & num. 14.*

15 *Conſuetudo iuris communis correctoria, ſtricte interpretanda, & proprie intelligendæ.*

16 *Conſuetudo interpretanda iuxta ſenſum non verba.*

17 *Conſuetudo correctoria tollens mulieri facultatem teſtandi de dote.*

18 *Conſuetudo extra caſum in quo loquitur non extenditur.*

19 *Dos proprium eſt mulieris patrimonium.*

20 *Pactum de lucranda dote viua vxore non valet.*

21 *Conſuetudo dicitur pactum ciuium.*

22 *Pactū de lucranda dote intelligitur vxore mortua.*

23 *Ratio deciſionis huius conſuetudinis.*
Et quæ ſit, diſcutitur, num. 24.

25 *Marito defertur lucrum dotis propter onera matrimonialia.*

26 *Onera matrimonij plura ſunt ad quæ ſi aduerterent cupidi iuuenes, raro, aut nunquam vxorem ducerent.*

27 *Conſuetudo deferens lucrū dotis marito, valida eſt.*

28 *Ius ciuile contrario iure ſtatutario tolli poteſt.*

29 *Matrimonium quomodo, & qualiter legitime contrahatur.*

30 *Dos promiſſa non conſtituta, an habeat vim verę dotis ad finem lucrandi.*

31 *Dodarium qualiter conſtituatur remiſſiue.*

32 *Inducta, deducta, introducta vxor, quando dicatur.*

33 *Concubitus vel inductio non facit matrimonium.*

34 *Maritus non lucratur dotem, ſi in domum non ducatur*

tur ſponſa.

35 *Conſuetudo iſta non dat lucrum dotis marito, niſi dos promiſſa conſtituatur, aſſignetur, vt uxor ſit in domum viri inducta.*

36 *Maritus non lucratur dotem ſi cum vxore coire non potuit.*

37 *Mors eſt animæ à corpore ſeparatio.*

38 *Maritus lucratur dotem vxore mortua morte naturali.*

39 *Monaſterium ingreſſa pro mortua habetur.*

40 *Deportatio eſt mors ciuilis.*

41 *Deportatio aufert ciuitatem, ſecũdum aliquos etiam libertatem.*

42 *Maritus lucratur dotem propter ſuſceptionem prolis.*

43 *Conſuetudo quòd vxor habet medietatem bonorum mariti, & écontra valet.*

44 *Fatum mors dicitur.*

45 *Fatales dies qui?*

46 *Fatum eſt, quod per diuinæ voluntatis ſeriem accidere ſolet.*

47 *Maritus ita lucratur dotem ſi filius viuus naſcatur.*

48 *Naturaliter dicitur naſci, qui viuus naſcitur, quãuis vocem non emiſerit.*

49 *De iure canonico ille dicitur naturaliter natus, qui naſcitur viuus, & baptizatur.*

50 *Abortiuus dicitur, qui mortuus naſcitur.*

51 *Viuus natus quamuis ſtatim decedat, non dicetur abortiuus.*

52 *Viuus naſci dicitur etiam ſi naſcatur cum aliqua coactione obſtetricis.*

53 *Vel cæſo matris vtero.*

54 *Natus dicitur qui totus, non pro parte naſcitur.*

55 *Natus pro parte non dicitur natus, nec rumpit teſtamentum.*

56 *Viuum non naſci, vel viuere non poſſe, paria ſunt.*

57 *Natus viuus etiam ſi momento viuat, rumpit teſtamentum eſto, quòd illico deceſſerit, & vocem non emiſerit.*

58 *Natus abortiuus non rumpit teſtamentum, etiam quòd exceſſiſſet tempus quo fœtus eſt animatus.*

59 *Eadem ratione ſi natus non valeat viuere.*

60 *Natus ſi non poteſt viuere, de eo iudicatur, vt de abortiuo.*

61 *Nec facit deficere fideicommiſſum.*

62 *Baptiſmus an teneat de eo, qui in vtero matris exiſtens medius capite, & collo reliquis partibus extra poſitis, ita vt ſit rebaptizandus?*

63 *Anima eſt in toto corpore, & in qualibet ipſius parte.*

64 *Baptizandus eſt, ſi manus, vel pes tãtum appareat, quãuis poſtea natus ſit ad cautelam baptizãdus.*

65 *Baptiſmus à laico conferri poteſt in caſu neceſſitatis cum deficit ſacerdos.*

66 *Immo a muliere eadem cauſa, & neceſſitate ſubſiſtente.*

67 *Partus natus non aptus ad viuendum, & qui pro nõ nato habetur, an tranſmittat hæreditatem.*

68 *Conſuetudo iſta requirit, vt naſcatur fœtus, & viuus naſcatur, alioquin ad lucrum dotis marito nõ proficeret.*

69 *Viuus naſci dicitur, qui vocem emiſit, vel alias diſcernitur viuus habens formam humanam.*

70 *Natus non dicitur qui natus ſtatim eſt mortus.*

71 *Conſuetudo dat lucrum dotis marito prole ſuſcepta, etiã mortua, etiam, quod mater deceſſerit ante, vel poſt partum.*

72 *Et ſi filius præmoriatur matri, maritus lucrifacit dotem.*

73 *Dare, & tradere differunt, aliud enim eſt dare, aliud tradere.*

74 *Dare eſt dominium transferre, & accipientis facere.*

75 *Tradere eſt, poſſeſſionem transferre.*

76 *Promittens tradere aliquid in genere, tenetur ad dominij translationem.*

77 *Venditio cum promiſſione dandi, non eſt vera venditio, ſed potius contractus innominatus.*

78 *Licet vendens aliquid in genere, vel quantitate teneatur ad translationem dominij, & cur diuerſum? vide, num. 79.*

80 *Promiſſio tamen ſimplex an intelligatur de traditione, an vero de dominij translatione?*

81 *Traditio pluribus modis fit, videlicet.*

82 *Per traditionem clauium.*

83 *Per traditionem inſtrumentorum.*

84 *Per precarium, item.*

85 *Per conſtitutum.*

86 *Precarium, & conſtitutum ſunt actus ficti, per eos tamen tranſit in conſtitutarium poſſeſſio vera.*

87 *Etiam, quod lex, vel conſuetudo requireret actualem traditionem.*

88 *Nec tamen ſufficit ſi in inſtrumento aſſeratur rem eſſe traditam.*

89 *Præſertim ſi in cõtractu ſuſpicio eſſet fraudis, tunc vera requiretur traditio.*

90 *Maritus lucratur dotes in caſu iſtius conſuetudinis ſiue conſiſtant in pecunia, ſiue in mobilibus.*

91 *Siue conſiſtant in ſpecie, ſiue in quantitate.*

92 *Maritus ſecundum has conſuetudines, non lucratur dotes inſtabilibus.*

93 *Dos ſiue in pecunia, ſiue inſtabilibus conſiſtens de iure communi redit ad dotantem.*

94 *Lex vna diſtinguitur per aliam.*

95 *Dictio, omnes, eſt dictio vniuerſalis affirmatiua.*

96 *Maritus lucrum dotis per eum non petitæ traſmittit ad hæredes.*

97 *Lucrum dotis dicitur de patrimonio mariti, non vxoris.*

98 *Lucrum dotis fit ſi fuerit promiſſa, & aſſignata.*

99 *Conſuetudo an habeat locum ſi dos fuit conſtituta tantum?*

100 *Maritus lucratur dotem vxore etiam præmortua condito teſtamento alio inſtituto hærede.*

101 *Vxor non poteſt de dote diſponere, nec maritum grauare.*

102 *Maritus non venit ad lucrum dotis ex iudicio teſtatoris, ſed ex prouiſione huius conſuetudinis.*

103 *Dos cenſetur, vt æs alienum, non hæreditarium mulieris.*

104 *Lucrum dotis defertur marito propter onera, quæ ratio ita militat ex teſtamento quam ab inteſtato.*

105 *Maritus lucratur dotes ſiue proles deceſſerit ſiue ſuperuiuat.*

ſuperuiuat.

106 *Maritus lucratur ne dum dotes, verum etiam iocalia, & ornamenta.*

107 *Iocalia, & ornamenta ſunt appendices dotis.*

108 *Illud quod dicitur de dote, habet locum etiam in ſupplemento dotis.*

109 *Iocalia, & ornamenta cenſentur eſſe pars dotis.*

110 *Maritus lucratur cum dote, etiam bona corredalia.*

111 *Maritus non lucratur bona vxoris paraphernalia, & extra dotem.*

112 *Mulier à marito, non poteſt impetrare remiſſionem huius lucri.*

113 *Nec valebit donatio vxori facta, quæ diuerterat, vt redeat.*

114 *Maritalis concordia non debet eſſe venalis.*

115 *Maritus lucratur dotem etiam ſi ſimpliciter dotem reſtituere promiſerit nec per hoc cenſetur remiſſum lucrum.*

116 *Maritus lucratur ne dum dotem, verum etiam augmentum dotis matrimonio conſtante factum.*

117 *Dos, & augmentum dotis eſt vna eademque res, quæ non debet diuerſo iure cenſeri.*

118 *Maritus lucratur dotem, etiam ſi fuerit promiſſum in omnem caſum reſtitutionis.*

119 *Contractus debet interpetrari ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

120 *Atque etiam ſecundum diſpoſitionem ſtatuti.*

121 *Limita niſi pater ſtipulatus eſſet integram dotem reſtitui ſibi.*

122 *Conſuetudo iſta ligat etiam Principem, & regem degentem in ciuitate conſuetudinaria.*

123 *Inclitę filiæ Regis, vel ſorores dotatę ſubduntur conſuetudini.*

124 *Conſuetudo iſta dans lucrum dotis militat æquè in vidua, ac virgine.*

Cum nulla ratio diuerſitatis inter vtrumque caſum aſſignari poſſit.

125 *Minor ſi dat in dotem mobilia pretioſa, quæ ſine decreto alienari non poſſunt, an maritus dotem lucriſaciet?*

126 *Conſtitutio dotis ſiue in ſtabilibus, ſiue in mobilibus pretioſis minoris requirit cauſæ cognitionem.*

127 *Minor habet reſtitutionem aduerſus conſtitutionem dotis immoderatæ.*

128 *Minor non habet reſtitutionem aduerſus conſuetudinem, quæ dat lucrum dotis.*

129 *Minori competit reſtitutio aduerſus effectum ſtatuti, non autem contra ſtatutum.*

130 *Diſpoſitio ſtatuti redducitur ad intellectum pacti.*

131 *Inſinuatio, an requiratur in dote excedente ſummã aureorum quingentorum.*

132 *Lucrum dotis non deſertur marito ob mortem vxoris.*

133 *Dotis datio non eſt ſimplex donatio, ſed ob cauſam.*

134 *Subſtitutio expreſſa potentior eſt, quam tacitum lucrum proueniens ex conſuetudine.*

135 *Expreſſa ſubſtitutio num operetur excluſionem mariti a lucro infra legitimam?*

136 *Maritus lucriſaciet dotes excluſo ſubſtituto.*

137 *Subſtitutio facta filiæ per patrem in dote intelligi debet in caſu quo operari poteſt.*

138 *Pater ſubſtituere in dote poteſt vltra legitimã, in caſibus in quibus dos reuerteretur ad grauãtem, vel eius hæredem.*

139 *Non autem ſi ad filiam dos iure conſolidationis reuerteretur, tunc non reciperet grauamen, niſi tãtundem filiæ relinqueretur.*

140 *Maritus ſi dederit licentiam vxori de teſtando pro parte, vel in totum de dote, nunquid dictam licentiam poſſit ante mortem vxoris reuocare.*

141 *Pater poteſt conſenſum datum filio donandi reuocare?*

142 *Licentia iſta, an requirat ſcripturam?*

143 *Licentia iſta, an requirat ordinariam probationem, an vero ſeptem teſtes quot in teſtamento.*

144 *In duorum, vel trium ore ſtat omne verbum.*

145 *Contractus fieri poteſt in teſtamento.*

146 *Contractus probatur per duos teſtes.*

147 *Nominatio facienda per executores teſtamenti probatur per duos teſtes.*

148 *In commiſſione requiruntur duo teſtes.*

149 *Vtrum maritus per expreſſum pactum poſſit paciſci de parte dotis.*

150 *Lucrum dotis eſt inductum in fauorem mariti.*

151 *Maritus ſi promittit reſtituere totam, & integram dotem, videtur renunciare huic lucro conſuetudinario.*

152 *Pactum contra ſtatutum eſt nullum, & quando id procedat.*

153 *Vtrum lucrum dotis militet in matrimonio putatiuo?*

154 *Lucra conſtante matrimonio quæſita ex forma ſtatuti diuiduntur etiam ſi matrimonium ſit putatiuum.*

155 *Priuilegia dotis extenduntur ad matrimonium putatiuum.*

156 *Et habebit dos tacitam hypothecam.*

157 *Ampliatur etiam in omnibus priuilegijs dotis.*

158 *Dos putatiua eadem habet, quæ dos vera priuilegia.*

159 *Actio in dote putatiua, eſt priuilegiata ſicut in vera dote.*

160 *Inſtrumentum dotale ex forma ſtatuti habens executionem paratam, militat etiam in dote putatiua.*

161 *Dotis materia eſt fauorabilis, & extendenda.*

162 *Fundus dotalis alienari non poteſt in dote putatiua æquè ac ſi vera.*

163 *Titulus dotis eſt oneroſus, etiam in matrimonio putatiuo.*

164 *Donatio inter coniuges non valet, etiam in matrimonio putatiuo.*

165 *Dilatio anni ad reſtitutionem dotis non habet locum in matrimonio putatiuo.*

166 *Nec maritus putatiuus habet beneficium ne teneatur in quantum facere poteſt ſicut verus.*

167 *Nec lucratur maritus putatiuus fructus dotis.*

168 *Nec inter coniuges putatiuos habebit locum ſucceſſio, quæ in vero matrimonio.*

169 *Donatio inter coniuges putatiuos morte non confirmatur.*

170 *Pactum, & conſuetudo a pari procedunt.*

171 *Sta-*

171 *Statutum non extendit vires ſuas ad matrimonium putatiuum, quod habet perpetuam cauſam prohibitionis.*

172 *Conſuetudo iſta num militet muliere ingreſſa in monaſterium?*

173 *Conſuetudinis verba requirunt mortem naturalem, non ciuilem.*

174 *Conſuetudinis verba ſunt intelligenda in caſu vero & proprio.*

175 *Lucrum dotis, an habeat locum data licentia per Sum. Pontificem alteri nubendi.*

176 *Matrimonium inter tutorem, & pupillam de iure ciuili eſt interdictum, ſecus de iure canonico, numero 178.*

177 *Dos data tutori per pupillam non valet, neque tenet.*

179 *Ius canonicum permittit matrimonium inter tutorem, & pupillam.*

180 *Dos non eſt ſequela neceſſaria matrimonij.*

181 *Marito, & vxore inſimul repentino incendio, naufragio, vel caſu decedentibus, vtrum habet locū conſuetudo de lucro dotis?*

182 *Conſuetudo de lucranda dote, vtrum maritus exterus lucretur ſtante ſtatuto in ciuitate, quòd exteri non acquirant bona.*

183 *Conſuetudo de lucranda dote vtrum habeat locum in feudis, & rebus feudalibus?*

184 *Feudalia non veniunt in generali diſpoſitione.*

185 *Feudum ſi ſit tranſitorium ad hæredes quoſcumque, tranſit ad maritum lucrantem dotem.*

186 *Item tranſit ad maritum, quando feudum eſſet datum in dotem de conſenſu domini.*

187 *Feudum, an poſſit ſine aſſenſu domini dari in dotem in Regno Neapolitáno.*

188 *Mulier etiam obtenta diſpēſatione a principe teſtandi de dote, non poteſt teſtari in præiudicium mariti, qui lucratus eſt dotem ex conſuetudine.*

189 *Princeps ignarus conſuetudinis loci non videtur voluiſſe præiudicium inferre marito ſubſtinenti onera matrimonij.*

190 *Matrimonium valet ne cum vetula ſeptuagenaria.*

191 *Vtrum matrimonio contracto cum muliere ſeptuagenaria habeat locum cōſuetudo de lucro dotis? concluditur quòd non, nam ex ea proles non ſuſcipitur, & ſic conſuetudo locum non habet, poteſt dari caſus quando habuiſſet amaſiam cum qua ſuſcepiſſet liberos, deinde contraxit matrimonium cum ea, filij antea nati legitimantur, ita vt omnis tollatur macula, c. tanta, extra qui filij ſint legit. & ſic vigebit conſuetudo.*

192 *Mulier extera ſi contrahat in ciuitate conſuetudinaria, ignara conſuetudinis loci viri, vtrum maritus lucretur dotem?*

193 *Dos lucrifacta per maritum ex conſuetudine iſta remanet viro ex cauſa oneroſa, non autem lucratiua. in recompenſam onerum matr.*

194 *Maritus lucratus dotem ex conſuetudine non tenetur ad onera hæreditaria vxoris.*

195 *Cauſa lucratiua quæ dicatur, quæuè oneroſa?*

196 *Gabella non debetur per maritum ex hoc lucro dotis ſtante ſtatuto de ea ſoluenda in cauſis lucratiuis.*

197 *Matrimonium ſi contrahatur inter perſonas diuerſi fori, nullo alio dicto, quod ſtatutum attendatur inter diuerſa.*

198 *Statutum loci viri attenditur, non autem cōtractus, niſi vxor ducat virum ad eius forum.*

199 *Statutum loci vxoris attenditur ſi id agatur.*

200 *Forum viri attenditur, non autem contractus fauore dotis, recipit tamen hoc multas limitationes. remiſſiue.*

201 *Maritus expellens mulierem è domo ſine cauſa priuatur lucro dotis conſuetudinario.*

202 *Item ſi ægrotanti medicinas, & alia neceſſaria non præſtitiſſet.*

203 *Item ſi medicum vbi copia medicorum eſt non adhibuiſſet.*

204 *Vel ſi per conuicinas vrbes non perquiſiuit.*

205 *Vel ſi vxorem necauit, vel venenum propinauit.*

206 *Vel ſi imperitum medicum adhibuit.*

207 *Vtrum autem ſi maritus occidit vxorē iure permittente ex cauſa adulterij, dotem lucretur? & numero 209.*

208 *Lucrum dotis marito delatum non eſt ſimpliciter lucrum, ſed onus.*

210 *Maritus non lucratur dotem ſi vxorem tempore peſtis reliquiſſet abſque neceſſarijs alimentis.*

211 *Limita ſi ſanam reliquerit, ſecus ſi epidimiæ ſit morbo infectam, vt nulla ſit ſpes ſalutis.*

212 *Maritus non lucratur dotem ſi cum vxore non habitauit, nec onera maritalia ſubſtinuit.*

213 *Vxor non lucratur dodarium, ſi a marito diuertit, et ſecum ſua culpa non commorata eſt.*

214 *Maritus non lucratur dotem ſi de vxore ſit male meritus.*

215 *Conſuetudo de lucrando dotem habet locum in marito, non autem in ſponſo.*

216 *Statum loquens de vxore non extenditur ad ſponſam.*

217 *Sponſa proprie dicitur de futuro promiſſa.*

218 *Conſuetudo vt maritus lucretur dotem, non habet locum ſi duxerit viduam habentem filios ex priori matrimonio.*

219 *L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. non cenſetur ſublata per conſuetudinem, per quam diſponitur, vt maritus prole ſuſcepta lucretur dotem.*

220 *Conſuetudo deferens lucrum dotis marito, non habet locum in præiudicium filiorum ex primo matrimonio.*

221 *Maritus ſecundus non lucratur dotem in præiudicium filiorum primi viri.*

222 *Mulier ſecundo nubens non poteſt dotis nomine conferre ſecundo viro, pluſquam vni ex filijs primi viri.*

223 *Cautela pro ſecundo viro contrahente cum vidua, vt habeat conſenſum filiorum ex primo marito, ita enim lucrabitur dotes, quia conſuetudinibus non fit iniuria, & num. 224.*

225 *Dos data per mulierem ſecundo nubentem de facto reuocabitur a filijs primi matrimonij dempta virili.*

226 *Maritus, an lucretur dotem datam de bonis alienari prohibitis, num. 28.*

227 *Maritus euicta dote poterit agere ſuper reliquis bonis.*

228 *Dos ſi tempore ſoluti matrimonij reuerſa ſit ad hæredem grauatum, num maritus eam lucretur.*
229 *Diſpoſitio quęlibet eſt intelligenda, ne contineat iniquitatem.*
230 *Mulier dans dotem de bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſi eas recuperauerit mortuo viro, non amplius tenetur fideicommiſſario.*
231 *Teſtator cenſetur voluiſſe bona ſubiecta fideicommiſſo reſtitui detractis detrahendis.*
232 *Etiam ſi talia bona reſtituenda veniant piis locis.*
233 *Pater ſi dat dotem filię ſpurię, de tali dote diſponere non poteſt nec ad hæredes tranſmittit.*
234 *Maritus lucratur dotem eius vxoris ſpuriæ licet vxor de tali dote diſponere non potuiſſet.*
235 *Mulier de bonis ſubiectis fideicommiſſo, & quæ poſt eius mortem alteri veniunt reſtituenda, diſponere non poteſt.*
236 *Legitima filia ſi ſufficit ad dotem, bona data in dotem vltra legitimam veniunt reſtituenda fideicommiſſario.*
237 *Maritus vtrum lucretur dotes in pignore tantum conſtitutas?*
238 *Conſuetudini renunciatum an videatur, ſi maritus pepigerit de lucrando medietatem dotis?*
239 *Prouiſio generalis ceſſat, cum adeſt ſpecialis.*
240 *Cum tamen ex certa ſcientia, & cum renunciatione huius conſuetudinis.*
241 *Quilibet poteſt renũciare fauori pro ſe intraducto.*
242 *Prohibitus acquirere, non cenſetur ex cauſa dotis.*
243 *Cauſa dotis non includitur in generali diſpoſitione.*
244 *Maritus impubes non lucratur dotes, cum matrimonium inter impuberes non conſiſtat.*
245 *Maritus an lucrifaciat dotes, ſi conſiſtant in iuribus, & nominibus debitorum? & quid ſi det ſe & ſua, & quid ſi nulla fiat mentio dotis, & quid ſi incerta ſit dos? remiſſiue.*
246 *Dos de iure communi acquiritur marito ob adulterium vxoris.*
247 *Dos marito non quęritur ob adulterium in præiudicium filij, vel filiorum prioris matrimonij.*
248 *Maritus lucratus dotem poteſt ſe defendere aduerſus fiſcum, & habebit retentionem pro dote.*
249 *Niſi delictum fuiſſet commiſſum per vxorem ante dotis conſtitutionem.*
250 *Vxor ſi incidit in hæreſim poſt contractum matrimonium, delictum eius non debet nocere marito.*
251 *Argumentum de pacto ad conſuetudinem valere affirmatiue.*
252 *Conſuetudo diuerſa ſi eſt in foro mariti, & vxoris, vtrum attendatur forus vxoris, vbi eſt contractum matrimonium, ſi promittitur dotis reſtitutio tam in loco mariti, quam vxoris, & in quacunque parte terrarum, ſeu vbique locorum?*
253 *Mulier minor dans dotem ſtringitur conſuetudine, & maritus dotem lucratur.*
254 *Mulier minor pecuniam, & res mobiles atque alia quæ ſeruãdo ſeruari nõ poſſunt, põt dare in dotẽ.*
255 *Mulier minor in dote danda mobilium, & rerum, quæ ſeruando ſaruari non poſſunt, habetur pro maiore.*
256 *Mulier minor non poteſt dare in dotem bona immobilia ſine authoritate curatoris, & decreto iudicis.*
257 *Nec expreſſe ea bona obligare cum hypotheca.*
258 *Mulier minor poteſt moderate ſe dotare, abſque curatore, & iudicis decreto.*
259 *Minor poteſt ſe obligare pro dote conſtituenda, & ex tali conſtitutione orietur tacita hypotheca.*
260 *Princeps, & Rex ligatur conſuetudine.*
261 *Maritus ducendo vxorem tacite videtur cum dote omnium bonorum nullo alio expreſſo.*
262 *Matrimonium poteſt eſſe ſine dote quamuis mulier ſit diues, & habeat bona.*
263 *Mulier habens bona paraphernalia, non videtur ea in dotem dare.*
264 *Etiam quod maritus ea bona tenuiſſet patiente vxore, & fructus percepiſſet.*
265 *Niſi mulier in contractu matrimonij exprimeret dare bona ſua.*
266 *Idem ſi diceret marito, committo me, & mea tibi.*
267 *Maritus ducens viduam in dubio cenſetur accipere in dotem meam, quam primo viro dederat.*
268 *Mulier facto diuortio ſi redit ad virum, an cenſeatur cum eadem priori dote.*
269 *Conſuetudo iſta militat etiam in dote præſumpta.*
270 *Matrimonium nullum, ſi ex diſpenſatione Pontificia reconualidetur, cenſetur cum eadem dote.*
271 *Dos eadem cenſetur conſtituta ſecundo viro, ſi tamen liberi non ſuperſunt ex priori marito.*
272 *Ad prudentiam mulieris pertinet non dare in dotem cuncta, quæ habet.*
273 *Mulier nubens ſi proceſſit ad traditionem, cenſetur omnia bona ſua dediſſe in dotem.*
274 *Licet per hanc traditionem nomina debitorum non veniant.*
275 *Princeps ſalarium conſtituens aſſeſſori ſecundum quod pręceſſor ſuus, & ſecundum conſuetum, cenſetur ſecundum proximum præcedens.*
276 *Pater naturalis tenetur dotare filiam vſque ad cõcurrentem quantitatem alimentorum.*
277 *Et talis dos ſoluto matrimonio venit reſtituendæ dotanti, vel eius hæredibus.*
278 *Et maritus lucriſaciet iſtam dotem, & de ratione.*
279 *Faciens actum cenſetur ſe aſtringere actui, ſeu legi de actu illo loquenti.*
280 *Maritus lucrifaciens dotem ſi tranſit ad ſecundas nuptias, num perdat hoc lucrum?*
281 *Lucrum dotis ex pacto ſicut reſeruatur filijs ex priori matrimonio patre tranſeunte ad ſecundas nuptias, ita, & conſuetudinarium.*
282 *Lucrum dotis debetur quo ad vſumfructum tantum patre tranſeunte ad ſecundas nuptias.*
283 *Lucrum dotis marito quęſitum, num veniat communicandum ſocijs omnium bonorum?*
284 *Lucrum dotis, an veniat communicandum cum fratribus mariti?*
285 *Lucrum dotis mariti cenſetur aduentitium.*
286 *Pater eſt legitimus adminiſtrator in hoc lucro antenuptiali.*
287 *Et habet pleniſſimam poteſtatem.*
288 *Et maiorem quam habeat vſufructuarius.*
289 *Pater non tenetur ſatiſdare de vtendo fruendo hoc lucro filij.*
290 *Pater in lucro dotis, non tenetur filijs ex primo matrimonio rationem reddere.*
291 *Lex magnam habet confidentiam de patre in filios.*

292 Pater habet vſumfructum in his bonis ex primo matrimonio lucriſactis atque etiam in alijs bonis maternis filiorum.

293 Nec pater de his inuentarium conficere tenetur.

294 Licet honeſtius fiet ſi id conficiat.

295 Inuentarium facere de bonis filiorum, non eſt onus patris, ſed probatio.

296 Idque reſpicit reſtitutionem faciendam poſt mortẽ patris.

297 Pater ſi dolum committat in adminiſtratione bonorum maternorum filij, eius bona obligantur, & tenetur reddere rationem.

298 Pater ſi diſſipet bona filiorum, ſuccurritur eis, vt priuetur adminiſtratione.

299 Culpa, & negligentia patris remouet patrem ab adminiſtratione bonorum filij.

300 Culpa tamen ſit talis, vt liberis non ſit conſultum.

301 Idque procedit ne dum in bonis mobilibus, verum etiam ſtabilibus.

302 Melius eſt à principio occurrere, quam poſt vulneratam cauſam remedium quærere.

303 Bona patris ſunt obligata pro adminiſtratione bonorum filij, id tamen quo ad res ipſas.

304 Patris ſunt fructus bonorum maternorum, & aduenticiorum filij.

305 Pater etiam remouetur ab adminiſtratione bonorũ filij, etiam ſi fuerit valde tenax, vt deficiat in neceſſarijs.

306 Pater bona filiorum in quib. habet vſumfructum, alienare non poteſt.

307 Nec hypotheca ſubmittere, nec ſeruitutem imponere.

308 Alienationis verbum, ſeu alienatum largo modo comprahendit omnem alienationem.

309 Pater bona filiorum poteſt alienare ex cauſa neceſſaria æris alieni.

310 Pater ſi alienet bona filiorum ex iuſta cauſa, non requiritur decretum iudicis.

311 Niſi pater alienaret, vt tutor filiorum, tunc enim requiritur decretum iudicis, & quomodo id procedat?

312 Pater de bonis filij aduentitijs nec compromittere, nec tranſigere poteſt.

313 Pater non prohibetur exercere iura, & actiones in bonis filij aduentitijs, vt pater, & legitimus adminiſtrator.

314 Imo quandoque nomine proprio agere poteſt.

315 Pater nobilis donare non prohibetur bona filij, licet cum aliquo moderamine.

316 Licet ea alteri procuratori ſcilicet, vel adminiſtratori non ſint permiſſa.

317 Pater lucratus dotes tranſiens ad ſecunda vota, perdit proprietatem filijs exiſtentibus ex primo matrimonio, adminiſtratione, & vſufructu apud patrem remanentibus.

318 Lucrum quæſitum filio notario, vel actuario cenſetur quaſi caſtrenſe.

319 Conſuetudo iſta dat lucrum dotis ſi fuerit conſtituta dos, & tradita.

320 Dos vtrum dicatur tradita ſi do tibi filiam, vel ſororem meam in vxorem, & tu ſororem, vel filiã tuam mihi, vel filio meo ita, vt nullam dotẽ des.

321 In re eſſe dicitur, id quod eſt in veritate.

322 Maritus lucrifacit vltra dotes robbas, & ornamenta mulieris prædefunctæ.

323 Sed, an pretioſas, & non quotidianas.

324 Maritus lucrifacit robbas, & ornamenta quamuis pretioſa vxoris prædefunctæ.

325 Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.

326 Onus probandi prolem fuiſſe ſuſceptam nec ne, cui incumbat?

327 Negatiua propoſitio eſt, de iure improbabilis.

328 Hæres præſumitur deceſſiſſe ſine liberis.

329 Modus probãdi negatiuam, & quomodo probetur remiſſiue.

330 Teſtis caueat tãquam ab igne deponere in negatiua non coarctata loco, & tempore.

331 Teſtis deponens ſuper negatiua ſuſpectus eſt.

332 Maritus lucratus dotem tenetur vxorem honorifice ſepelliri facere.

333 Maritus de iure communi non tenetur de proprio vxorem ſepellire, ſed de dote, & patrimonio mulieris.

334 Maritus mortua vxore amplius onera ſubſtinere non debet.

335 Maritus vxori infirme tenetur ſubuenire de alimẽtis medicis, & omnibus neceſſarijs.

336 Vxor non tenetur ſepellire de proprio virum.

337 Maritus ob id tenetur vxorem ſepellire, quia lucratus eſt dotem.

338 Mulieres quaſi de patrimonijs ſuis, ita de dotibus funerari æquiſſimum eſt.

339 Maritus prole non ſuſcepta cum dotem non lucretur, tenetur de dote ſepellire vxorem, & in reſtitutione id deducet.

340 Maritus qui vxorem ſine dote duxit, non tenetur vxorem ſepellire de proprio, ſed pater vxoris, & quid ſi non ſit pater?

341 Maritus ſi pater vxoris, vel hæredes non ſint ſoluẽdo tenetur vxorem ſepellire de proprio in quantum facere poteſt.

342 Maritus qui lucratus eſt dotem, & vxor habet alia bona, nunquid ſit funerãda tam ex dote, quam ex cæteris bonis.

343 Expenſæ funeris in vxorem per maritum erogatæ, ſunt deducendæ de dote, etiam, quod mulier alia bona haberet.

344 Intellectus ad l. Celſus, ff. de relig. & ſumpt. funer.

345 Intellectus in l. ſic pro rata, ff. de reli. & ſump. fune.

346 Maritus de dote tantum expenſas erogare dicitur in funus vxoris.

347 Maritus ſi ratam dotis ex pacto lucratur, pro rata tantum expenſas funeris vxoris facere tenetur.

348 Verbum honorifice in textu poſitum quid importet.

349 Modus honeſtus eſt ſeruandus, nec immoderatus in funere.

350 Maritus vxorem ſepulturæ tradens caueat ne pretioſas veſtes, & ornamenta in ſepultura condat, cum hæres mulieris ea repetere poſſit.

351 Ornamenta, & pretioſas veſtes cum cadauere ſepellire ſimpliciores homines faciunt.

352 Hæredes vxoris repetunt ea, quæ vxor detulit in domum viri.

353 Mortui ducendi ad ſepulturam non ſunt induendi veſtibus communibus.

354 Conſuetudo prohibens mulieri diſpoſitionem dotis:

niſi de certa quantitate, num ſit fauorabilis, vel odioſa?

355 *Fauorabilis dicitur conſuetudo dum permittit diſpoſitionem de certa quantitate.*

356 *Conſuetudo quatenus reſtringit poteſtatem mulieris de diſponendo de dote, eſt odioſa.*

357 *Aes alienum, an prius ſit deducendum de dote, vt eo deducto diſponat mulier de decima?*

358 *Maritus ſi ex conſuetudine lucratur quartam, mulier deducto ære alieno, & alijs oneribus diſponet de decima.*

359 *Mulier, an poſſit diſponere vltra decimam ad pias cauſas?*

360 *Mulier diſponendo ad pias cauſas, non tollit conſuetudinem.*

361 *Mulier, an inter viuos poſſit diſponere de iſta decima?*

362 *Mulier infirma ea infirmitate ex qua moritur, donat inter viuos, num debeat iudicari, vt diſpoſitio inter viuos, & num. 363.*

364 *Mulier prohibita diſponere de dote, num de alijs bonis extra dotem poſſit?*

365 *Conſuetudo iſta prohibet diſpoſitionem dotis niſi de decima, non autem de alijs bonis extra dotem.*

366 *Mulier ſecundum hanc conſuetudinem, an diſponet de corredo?*

367 *Conſuetudo odioſa eſt reſtringenda, non amplianda.*

368 *Conſuetudo iſta, quæ dicit mulierem poſſe relinquere decimam partem dotis; loquitur in dote conſiſtente in pecunia, vel mobilibus tantum; ſecus in ſtabilibus.*

369 *Bona ſtabilia ſi dentur in dotem, maritus non lucratur dotem, & ſeruatur diſpoſitio iuris communis, nam mulier poterit de ea diſponere.*

370 *Mulier, quæ poteſt relinquere pro anima, an poſſit eſſe per modum vniuerſalis inſtitutionis hæredis?*

371 *Verbum, lego, trahitur etiam ad inſtitutionem.*

372 *Et trahitur ad donationem cauſa mortis.*

373 *Quid autem ſi in vita pro anima donaret?*

374 *Mulier, an de hac decima poſſit diſponere per modum quantitatis, non quota?*

375 *Mulier ſi relinquat vltra decimam corruat in totũ nec ne.*

376 *Animæ fauore, quod non valet, vt agitur, valet tamen, vt valere poteſt.*

377 *Prohibitus teſtari, an poſſit pro anima relinquere?*

378 *Diſponendi facultas per pactum, adimi non poteſt.*

379 *De pacto ad conſuetudinem valet argumentum.*

380 *Conſuetudo habet vim pacti publici.*

381 *Mulier contrahendo ſecundum conſuetudinem quaſi contrahit cum eius viro.*

382 *Argumentum de pacto ad conſuetudinem valet affirmatiue, non negatiue.*

383 *Anima cunctis rebus eſt præferenda.*

384 *Pium dicitur legatum, quod pro exoneratione conſcientiæ legatur.*

385 *Pium dicitur legatum, quod conſanguineo pauperi legatur.*

386 *Item ſi legetur pro redemptione captiuorum, vel eccleſiæ, vel hoſpitali.*

387 *Idem ſi ad refectionem pontium, & murorum ciuitatis.*

388 *Idem ſi relictum perſonis miſerabilibus.*

389 *Idem ſi pro virginibus maritandis.*

390 *Legatum ſi fiat diuiti quem credebat pauperem debet ei auferri, & in alios pios vſus conuerti.*

391 *Legatum pium debetur etiam nõ adita hæreditate.*

392 *Legatum pium nutu debetur, etiam non condito teſtamento nec facta hæredis inſtitutione.*

393 *Relictum omne pro anima debetur à quocunque ſucceſſore.*

394 *Teſtamentum ad pias cauſas valet etiã coram duobus teſtibus etiam non rogatis.*

395 *Legatum pro anima in fraudem præſumptam, ſi fiat amico, vel coniunctæ perſonæ.*

396 *Mulier ſub patria poteſtate, an poſſit teſtari, vel legare?*

397 *Mulier, an teſtari poſſit patre permittente, & conſentiente.*

398 *Mulier poteſt donare cauſa mortis patre permittente.*

399 *Mulier filiafam. rerum ſuarum adminiſtrationem non habet.*

400 *Mulier nupta adhuc eſt in patria poteſtate, nec ob matrimonium ſoluitur ab ea.*

401 *Mulier non habet priuilegium teſtandi de dote.*

402 *Mulier de dote teſtari non poteſt, etiam patre conſentiente.*

403 *Nec quidem ſi adhuc tantum actum emãcipetur.*

404 *Filiusfamilias in vndecim caſibus tantum teſtari poteſt.*

405 *Filiusfamilias per ſtatutum habilitari poteſt ad teſtandum.*

406 *Filiusfam. habilitatus ad teſtandum, an conſequitur ad donandum cauſa mortis?*

407 *Licentia per patrem filio conceſſa donandi cauſa mortis, an poſſit reuocari?*

408 *Frater ſi nuptui tradidit ſororem, quæ promiſit reſtitutionem dotis fratri dotanti, num poſſit mulier diſponere de decima dotis.*

409 *Frater tenetur dotare ſororem de bonis paternis, ſecundum Conſtitutionem regni.*

410 *Frater ſi de proprio dotauerit ſororem, cum pacto expreſſo, quod dos redeat ad dotantem, nec mulier de dote quicquam poteſt diſponere, nec maritus dotem lucratur.*

411 *Extraneus dotans cenſetur donare, niſi in continenti fiat pactum de reſtituendo.*

412 *Mulier prohibita vltra decimam relinquere directo, nunquid poſſit per fideicommiſſum.*

413 *Quod vna via prohibetur, non cenſetur alia permiſſum.*

414 *Titulus legati includit inſtitutionem, legatum, & fideicommiſſum.*

415 *Diſpoſitio de decima dotis, num in dote profectitia, vel aduentitia indifferenter militet.*

416 *Conſuetudo generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*

417 *Animæ ad ſalutem non debent retardari ob moram hæredis.*

418 *Legata pia, vt ſoluantur a quolibet, inſtari poſſe.*

419 Le-

419 *Legatum pro anima, etiam in teſtamento cancellatum debetur.*
420 *Legatum pium cum onere, in aliam translatum eccleſiam, num cenſeatur cum eodem onere.*
421 *Gabella non ſoluitur de legato pio per ſtatutum debita.*
422 *Legatum pium non requirit inſinuationem.*
423 *Legatum pium non fit Iudæo.*
424 *Mulier ex hac conſuetudine habet arbitrium independens relinquendi decimam dotis.*
425 *Statutum auferens liberam facultatem diſponendi, vt non valet.*
426 *Inuitus dicitur non ſi ſolum contradicat, verum etiã ſi conceſſiſſe non probetur.*
427 *Legatum per vxorem viro factum, num cenſeatur factum animo compenſandi cum dotibus.*
428 *Lucrum dotis originem habet a cauſa uoluntaria, ſcilicet a matrimonio.*
429 *Legatum dicitur cauſa lucratiua.*
430 *Titulus dotis eſt lucratiuus.*
431 *Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt ſimul concurrere.*
432 *Lucrum dotis prouenit in recompenſam onerum matrimonij.*
433 *Compenſatio non inducitur per legatum cum lucro debito habente cauſam a contractu.*
434 *Lucrum dotis eſt debitum neceſſarium, tanquam introductum a conſuetudine.*
435 *Pactum, & conſuetudo æquiparantur.*
436 *Legatum factum per vxorem marito, cenſetur factum animo compenſandi cum lucro dotis.*
437 *Maritus legans vxori cenſetur legaſſe animo compenſandi, & ſoluendi debitum.*
438 *Mulier legans rem in ſpecie marito, non cenſetur animo compenſandi.*
439 *Compenſandi animus, quando cenſeatur? remiſſiue.*
440 *Decima dotis eſt immunis ab expenſis funeris vxoris.*
441 *Impenſa funeris deducitur, vt æs alienum.*
442 *Statutum odioſum reſtringitur, vt minus lædat ius commune.*
443 *Mulier de iure communi diſponit de tota dote.*
444 *Omnis receſſus a iure communi eſt odioſus.*
445 *Maritus inſtitutus hæres ab vxore, ſi eam ſepellit, num videatur eius hæreditatem adiuiſſe?*
446 *Maritus tamen ſepelliens vxorem proteſtetur, ne uideatur hæreditatem adiuiſſe.*
447 *Maritus lucrans dotem, non tenetur ad alia onera hæreditatis, niſi ad eam ſepelliendum.*
448 *Funus vnde dicatur.*
449 *Funeralia dicuntur ea, quæ cum corpore ducuntur ad eccleſiam.*
450 *Corpus eſt prius deferendum ad parochialem eccleſiam.*
451 *Mortui fideles, an ſint lugendi?*
452 *Luctus quantum temporis duret?*
453 *Vxor vbi ſit ſepellienda?*
454 *Vxor aſſecuta domicilium viri, in ſepulchro viri eſt tumulanda.*
455 *Vxor cum viro eſt vna caro.*
456 *Vxor etiam reuerſa ad patrem poſt mortem viri, ſepellietur in ſepulcro viri.*
457 *Vxor etiam ſi alio transferat domicilium, adhuc retinebit domicilium viri præmortui.*
458 *Honor quæſitus vxori ex qualitatibus viri, non extinguitur morte viri.*
459 *Regina retinebit nomen a viro adeptum, etiam mortuo viro.*
460 *Vxore mortua prole non ſuſcepta, maritus dotes nõ lucratur, ſed illas reſtituet, deductis expenſis per eum factis in funere vxoris, & retento ſibi lecto cum minori culcitra.*
461 *Mulier an poſſit diſponere de integris dotibus in caſu quo maritus dotes non lucrifaciet? quòd ſic.*
462 *Etiam quòd ex pacto patris dotes reſtitui fuerit ſtipulatus.*
463 *Filius in legitima grauari non poteſt.*
464 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*
465 *Et an poſſit diſponere de dote recepta a fratre cum pacto de reſtituendo eidem fratri? vide remiſſiuè.*
466 *Fratres an habeãt actionem ad repetendam dotem ex ſtipulatione ſororis?*
467 *Alter alteri regulariter ſtipulari non poteſt.*
468 *Notarius tanquam publica perſona alteri ſtipulari poteſt.*
469 *Dos data ab auo, mortua nepte cui reſtitui debeat auo, an vero filio, patri mulieris?*
470 *Dos data ab auo, mortua nepte redit ad auum viuentem.*
471 *Auus dotando neptem, an, & quando præſumatur dotaſſe contemplatione filij, vel neptis?*
472 *Auus tenetur dotare neptem, quando filius eſt inops.*
473 *Maritus qui non lucratur dotem cautam tãtum, ſed ei non ſolutam, num dotem poſſit petere, vt vtatur commodo medij temporis.*
474 *Dilatio anni ad reſtitutionem dotis datur humanitis, quam obligationis cauſa.*
475 *Marito qui dotem non lucratur, dotem petenti, obſtat regula, dolo facis, &c.*
476 *Secus ſi dotem eſt lucratus.*
477 *Marito dabitur condictio dotis, etiam quòd dotem non ſit lucratus, aduerſus Alberici ſententiam.*
478 *Fideicommiſſarius non eſt legitimus contradictor ad impediendum hæredem ſcriptum, ne immittatur in poſſeſſionem.*
479 *Legatarius, & fideicommiſſarius debent capere de manu hæredis legatum.*
480 *Dos promiſſa viro ad certum tempus, quo etiam ſuperuenit diſſolutio matrimonij, per virum vtrũ peti poſſit.*
481 *Dos cauta, & pro ea præſtatio annua, habetur pro ſoluta.*
482 *Maritus cui dos non fuit ſoluta, & dotem petens a promiſſore dotis, excuſandus eſt ab onere funerandi.*
483 *Maritus ita arctatur ad ſepelliẽdum vxorem ſi dos ſit ei ſoluta, vel ſit penes eum.*
484 *Conſuetudo loci viri, an vxoris attendatur? remiſſiuè.*
485 *Maritus vxore mortua tenetur reſtituere dotem filijs vxoris ex primo marito.*
486 *Maritus prole ſuſcepta, atque etiam exiſtentibus fi-*

lijs

liȷs vxoris ex primo marito, vtrum tota dos, vel pars ſit reſtituenda, & quid lucretur maritus?
487 Mulier habens filios, & ad ſecunda vota migrans, tenetur tantum dare filiȷs ex primo matrimonio, quantum confert ſecundo viro.
488 Conſuetudo diſponens, quòd vir lucretur dotem, videtur remouere omnem legem, per quam remouetur lucrum dotis.
489 L. hac edictali, C. de ſecun. nupt. non eſt ſublata, per iſtam conſuetudinem.
490 L. hac edictali, C. de ſecund. nupt. an & quando poſſit derogari?
491 Præſumitur quis prolem non ſuſcepiſſe.
492 Prolem eſſe ſuſceptam allegasti incumbit probatio.
493 Lectus quid ſit, & eius appellatione, quid veniat?
494 Lectos argenteos poſterior ætas recepit.
495 Lectus conſideratur, ſecundum nobilitatem, & diuitias coniugum.
496 Lecto legato viduæ non debetur de ſerico.
497 Cultra ſeu culcitra ſerici non ſpectabit marito.
498 Viro mortuo debetur vxori viduæ lectus conducens vidualis.
499 Item veſtes lugubres, & magnatibus pãni lugubres proſternendis cameris.
500 Niſi aliter ſe haberet conſuetudo loci.
501 Quid ſignificent illa verba conſuetudinis (cum minori cultro?)
502 Intellectus ad conſuetudinem.
503 Maritus lucratus lectum ſecundo nubens teneatur, nec ne reſtituere lectum filiȷs prioris matrimoniȷ?
504 Maritus tanto minus reſtituit, quanto de dote expendit in funus.
505 Expenſarum retentio non obȷcitur dotes repetenti.
506 Niſi expenſa ſit facta in ſepellienda vxore.
507 Iniuria quodammodo afficitur maritus ſi eius vxor inſepulta remaneret.
508 Expenſa funeris ab hæreditate deducitur.
509 Expenſa funeris priuilegiata eſt inter actiones perſonales.
510 Expenſa funeris, an præferenda creditoribus hypothecam expreſſam anteriorem habentibus?
511 Intellectus glo. & Doct. in l. ſecunda, ff. de priuileg. credi.
512 Intellectus ad tit. ff. de priuileg. cred.
513 Maritus num retinere poſſit expenſas in infirmitate vxoris?
514 Expenſæ funeris, quæ ſint, & in quibus conſiſtant?
515 Expenſa magnæ Hebræorum circa funera.
516 Expenſæ funerum cui ſpectent ad ſucceſſorem in beneficio, an vero ad hæredem in patrimonialibus?
517 Maritus curabit funera vxoris.
518 Maritus ſi totam dotem reſtituit, an expenſas in funere repetat?
519 Exequiæ pompaticæ plus ſunt ſolatia viuorum, quã ſuffragia mortuorum.
520 Apud Deum non perit, quod pro mortuis in exequiȷs diligentia hominum perſoluit.
521 Suffragia mortuorum pro nullo ſunt omittenda, & cur?
522 Quarta parochialis, vtrum debeatur de his mortuorȷs?
523 Quarta epiſcopalis, quæ ſit?
524 Quarta parochialis, quanta ſit, ſtatur conſuetudini.
525 Conſuetudo, an valeat, quòd curati certum quid capiant pro mortuorȷs?
526 Conſuetudo, an valeat, vt curati percipiãt pro oblationibus, & candelis?
527 Cerei debent remanere fratribus ſepelientibus.
528 Sepultura an poſſit legari.
529 Vendito fundo in quo eſt cappella, videtur vendita cappella.
530 Maritus quid, & quantum debeat expendere in ſepellienda vxore?
531 Sepelliri quis debet in ſepultura patris etiam, quod non ſit illius hæres.
532 Scriptura in monumento poſita cuique nullum ius tribuit.
533 Teſtator vni tantum ex pluribus hæredibus poterit applicare iura ſepulchri.
534 Electio ſepulturę probatur etiam per teſtes ſingulares.
535 Singularitas teſtium non nocet cum locus, & tempus non ſunt de ſubſtantia probationis.
536 Singularitas non nocet cum aliquid in genere probatur.
537 Singularitas non nocet cum agitur de probanda iuriſdictione per multos actus iuriſdictionales.
538 Singularitas non nocet cum agitur de re religioſa.
539 Singularitas non nocet cum agitur de præſtatione decimę, & in aliȷs caſibus remiſſiue.
540 Rei appellatio eſt generaliſſima.
541 Mulier habere poteſt bona triplicis generis.
542 Fructus bonorum dotalium ſpectant viro.
543 Paraphernalia bona mulieris, quæ ſint.
544 Paraphernalia bona, & eius adminiſtratio viro quando concedatur.
545 Maritus admittitur ad agendum pro vxore etiam ſine ſatisdatione pro bonis paraphernalibus.
546 Bona paraphernalia præſumuntur quæſita ex bonis patris mulieris.
547 Bona extra dotem, quæ non ſunt dotalia, nec paraphernalia, quæ ſint?
548 Fructus bonorum extra dotem, an reſtituendi per maritum, & quando?
549 Iactare ſuum nemo præſumitur.
550 Auariſſimum genus mulierum.
551 Mulieres debent viuere de bonis maritorum non è contra.
552 Mulier debet viro reuerentiam.
553 Præſumitur mulieris diſſenſus, non conſenſus.
554 Quæſita per vxorem conſtante matrimonio præſumuntur ex bonis viri, ſi aliud non apparet.
555 Niſi mulier eſſet induſtria, obſtetrix, chirurga.
556 Mulier alias quicquid acquirit patri, num vna cum acquirat?
557 Vxor tenetur operari viro.
558 Corredum, & res corredales quid?
559 Corredalia bona qualiter præſumuntur conſumpta?
560 Corredalia bona cõſiſtentia in auro, & perlis atque etiam æſtimata qualiter reſtituantur?

561 Cor-

559 Corredalia bona qualiter præſumuntur cõſumpta?
560 Corredalia bona conſiſtentia in auro, & perlis atque etiam æſtimata qualiter reſtituantur?
561 Corredalia bona æſtimata pereunt periculo viri.
562 Corredalia bona æſtimata, non diminuunt dotem.
563 Corredalia bona ſi ſunt conſumpta, & nil reperitur, nil reſtituitur.
564 Corredalia bona vendita, vel pignorata per virum reſtituuntur.
565 Maritus recipiens bona corredalia æſtimata centum, & confitens accepiſſe centum, tenetur integre reſtituere, non autem pro vt inueniuntur.
566 Æſtimatio tamen eorum attendetur tempore matrimonij.
567 Deterioratio corredi æſtimati cedit damno mariti.
568 Animalia ſi dentur in dotem, inſpicitur valor tempore mortis, non traditionis.
569 Veſtes corredales exiſtentes penes ſartorem, vel artificem, an reſtituendæ.
570 Paraphernalia vſu communi attrita reſtituuntur pro vt inueniuntur.
571 Paraphernalia bona, & corredalia differunt.
572 Valor bonorum corredalium attenditur tempore diſſoluti matrimonij.
573 Id tamen non procedit in auro, & perlis.
574 Res conſiſtentes in pondere numero, & menſura, data in dotem, cenſentur datæ æſtimatæ etiam ſi non ſint æſtimatę.
575 Pretium dicitur proprie, quod conſiſtit in pecunia numerata.
576 Pretium dicitur ex vera æſtimatione, non ex ſingulari affectione.
577 Pretium variatur ſecundum regiones.
578 Pretium conſideratur ex reddítu.
579 Pretium conſideratur ex æſtimatione expertorũ.
580 Præſumitur emptio vbi ſit mentio de pretio.
581 Pretium probatur ex qualitate rerum, &
582 Vtrum vetera, vel noua, et huiuſmodi, et per quas ſpecies probationum.
583 Pretium iuſtum, quod ſit.
584 Pretium proprie dicitur in contractu emptionis.
585 Emere quis non compellitur certo pretio regulariter.
586 Vendere, an, & quando quis cogatur?
587 Ex quantitate pretij arguitur quid, & quantum venerit in emptione.
588 Pretium iuſtum, an vero id quod ab alijs reperitur, debeatur nec ne?
589 Pretium, an ſuccedat loco rerum corredi?
590 Pretium, an, & quando ſuccedas loco rei?
591 Pretium in particularibus non ſuccedit loco rei.
592 Pretium an ſuccedat loco rei obligatę?
593 Pretium feudi non eſt feudale.
594 Recurritur ad æſtimationem, quando id quod præſtari debet, eſſe deſiit per mortem, vel per conſumptionem, & in alijs caſibus, num. 595.
596 Pretium ſuccedit loco rei, in ſubſidium quando res præſtari non poteſt.
597 Pretium ex re antiqua pertinente ad agnatos ex ſtatuto, an ſuccedat loco rei?
598 Pretium rei feudalis ſuccedit loco rei in caſu notabili, cum limitatione, vt ibi, & num. 599.
600 Vel, dictio quid ſignificet, & quot modis ſumatur.
601 Maritus num electionem habeat retinendi res, & ſoluere pretium?
602 Electio, eſt debitoris in alternatiuis.
603 Mulier, vel hæres eius pro conſecutione bonorum corredalium num habeat priuilegium ſicut in dote?
604 Mulier in caſu huius cõſuetudinis, quo vir lucratus eſt dotem, num habeat remedium aſſecurationis viro vergente ad inopiam?
605 Marito qui lucratus eſt dotem, nullum ſit præiudicium per vxoris aſſecurationem.
606 Aſſecuratio quid ſit?
607 Maritus dote lucrifacta, non priuatur per aſſecurationem vxoris.
608 Mulieri repetenti dotem ob vergẽtiam viri ad inopiam, creditores non offerunt pecuniam.
609 Niſi petatur ſuper pecunia, tunc militat ius offerendi, tamen conuertitur pecunia in tutam emptionem.
610 Aſſecuratio dotium vtrum facienda per appretiũ?
611 Mulieri aſſecuratę eſt interdicta alienatio.
612 Aſſecuratio non eſt vera reſtitutio.
613 Reſtitutio dotium vera dicitur, quando ſit ſoluto matrimonio.
614 Dos reſtituta deſinit eſſe dos.
615 Fundus dotalis dicitur, etiam ſoluto matrimonio, ante tamen reſtitutionem.
616 Vxor à marito vergente ad inopiam, an à promiſſore dotis eam repetere poſſit in caſu vergentiæ viri ad inopiam.
617 Aſſecuratio dotis num militet in matrimonio putatiuo.
618 Aſſecuratio an militet viro culpa eius ad inopiam vergente.
619 Facultates viri ad reſtitutionem dotis non ſufficere, qualiter probetur?
620 Mulier, an aſſecuranda ſi maritus eſt bannitus, vel forindicatus.
621 Et quid ſi eſt excommunicatus?
622 Aſſecurationis iudicio cępto ſi vir moriatur, nouatur actio, non tamen inſtantia.
623 Mulier petens aſſecurationem impedit executionem ſententiæ, latæ ad inſtantiã aliorum viri creditorum.
624 Aſſecuratio, an procedat ſi mulier contraxit cum viro inope.
625 Et quid ſi non vir, ſed ſocer vergat ad inopiam?
626 Aſſecuratio, an euitetur per oblatam cautionem?
627 Remedium l. ſi conſtante, ff. ſol. ma. an concurrat cum prouiſione c. per veſtras, extr. de do. int. vir. & vxor.
628 Aſſecuratio an militet ſine inſtrumento dotali, ſed ex ſola viri confeſſione facta conſtante matrimonio, vbi etiam,
629 An maritus talem confeſſionem reuocare poſſit.
630 Maritus non liberatur ab hypotheca ob aſſecurationem vxoris.
631 Aſſecurationis actio, an alteri cedi poſſit?
632 Probanda quæ ſint in iudicio aſſecurationis?
633 Inopia viri quomodo probetur?
634 Mulier obtinuit aſſecurationem ſuper re, quæ fortuito caſu perijt, vel deterioratur, cuius erit periculum, viri, an vxoris.

SI

SI Matrimonio, &c.

In ſuperiori conſuetudine dictũ eſt, quando matrimonium cõtractum dirimitur, nondum traducta vxore in domum viri; in hac vero dicitur, quando matrimonium ſoluitur vxore inducta, & cognita. Textus in duas partes ſecatur, ĩ prima enim parte loquitur, cũ ſoluitur matrimonium morte vxoris filio ſuſcepto: in ſecunda vero parte, quando ſoluitur matrimonium morte vxoris prole nõ ſuſcepta. Secunda incip. ibi, Si autem vxor.

CAP. III.

SI matrimonio legitime contracto, dotibus aſſignatis, dodario conſtituto, & vxore in domum viri deducta, matrimonium morte vxoris ſoluatur, filio ſuſcepto ex ea: & ſi tamen filius in fata deceſſerit, dum tamen in ſuo ortu viuus naſcatur, maritus omnes dotes ſibi datas, & traditas lucrifaciat, & robbæ, & ornamenta defunctæ vxoris ſibi remaneãt, & vir faciat vxorem honorifice ſepellire. Et vxor poſſit inuito viro, vel patre viri legare decimam partem dotis aſſignatæ in pecunia pro anima ſua, nõ computatis in ea expenſis factis in funere, quas maritus facere tenetur: Si autem vxor inducta in domum viri præmoriatur viro, filio non ſuſcepto ex ea, dotes reſtituantur, retento tamẽ lecto vno cum minori cultro, deductis expenſis in funere vxoris à marito factis, & res ſicut inueniuntur, reſtituantur vel earum pretium.

Primo nota ex iſta conſuetudine, quod
1 ſi matrimonium † ſit
legitime contractum
cum aſſignatione dotium, & cõſtitutione
dodarij, & vxore inducta in domum viri, cõtingerit ſolui matrimonium morte vxoris filio ſuſcepto ex ea, & ſi ſtatim ſit mortuus, dum tamen in ſuo ortu viuus ſit natus, maritus lucratur omnes dotes ſibi datas, & traditas, atque remanent ſibi robbæ & ornamenta defunctæ vxoris, cum one-
2 re † tamen eam ſepeliendi honorifice: verum vxor poſſit legare decimam dotis in
3 pecunia † conſiſtentis pro eius anima, ĩ qua
4 non computantur † expenſę factæ in funere vxoris, & hoc dicit in prima parte, vſque ad verſi. Si autem vxor.

Secundo nota, quòd retento eodem themate, ſi vxor moriatur prole non ſuſcepta, dotes reſtituuntur hęredi mulieris, vel danti pro ea, vna cum alijs rebus mulieris ſicut inueniun-
5 tur, † vel earum pretium, retento per maritum uno tantum lecto † cum minori cultro,
6 & deductis expenſis in funere vxoris per ipſum maritum factis. hoc dicit vſque ad finem.

Tertio nota, quòd hęc conſuetudo eſt correctoria iuris cõmunis, † in hoc, ꝙ maritus prole
7 ſuſcepta lucratur dotes in pecunia conſiſtentes, & vxor priuatur dote, vt hic, & de hac conſuetudine meminit glo. in conſtit. Regni, Mulier quæ dotarium, vbi vide, cũ alioquin de iure commu-
8 ni ſecus † ſit, ſi quidem dos ſoluto matrimonio, reddit ad mulierem, ſeu eius hæredes, ſicut do-
9 natio. † propter nuptias ad maritum, vt in ca. fi. §. fi. extra de don. gl. in auth. dos data, C. de don. ante nupt. glo. in §. penultimo, inſtitut. de donatio. vbi Ioan. de Platea, Aretin. atque Moderniores.
10 Adeo, † vt extantib. filijs mulier habet vsũfructum in donatione propter nuptias, & ea mortua redit ad filios, Arc. in §. j. Inſt. ad Tert.
11 Cremen. Sing. † vltimo, & maritus vſufructuarius dotium materuarum idest ſuę quõdã vxoris, l. cum oportet, C. de bon. q̃ liber. l. 1. & 2. C. de bon. mater. & tenenĩ lucra ſeruare filijs
12 eius matrimonij, † vnde bona lucrata proceſſerunt, l. fœminæ, C. de ſecund. nupt. Bellon. conſi. decimoſeptimo, & ſic quamuis de iure
13 reſtitutio dotis † ſit facienda vxori, vel eius hæredi, vt not. in l. dos
14 a patre, † C. ſolu. matr. hoc tamẽ procedit, niſi pactum, vel cõſuetudo intercedat de lucranda dote, vt hæc conſuetudo diſponit, facit text. in l. ſi pater, in princ. ff. de pact. dota. & l. ſi inter virum, ff. de iure dot. & l. ſi inter ſocerum, ff. de pact. & cum ſit corre-
15 ctoria, † ſtricte eſt interpretanda, & proprie intelligenda; ac interpretanda, non inſiſten-
16 do in verbis, † ſed in ſenſu, vt per Bald. in l. 2. C. de dot. promi. & per Ang. in conſ. 158. columna prima, qui in proprijs terminis dicit, quòd ſit correc-
17 ctoria iuris cõmunis, & † cum tollat vxori facultatem diſponendi de dote, ac rebus dotalib. ſtrictè, & proprie ſit intelligenda, Pariſ. conſ. 127. columna tertia, in princ. volum. primo, & in conſi-
18 lio 34. columna 2. volumine 3. † & extra alium caſum extendi non debet, & tritiſſimũ eſt hoc dictum, & commune, vt inquit Soci. iun. conſ. 27. col. pen. vol. 1.

Quæro nunc pro ratione dubitandi, quomodo deferatur lucrũ dotis marito prole ſuſcepta,
19 ſi † dos eſt proprium patrimonium mulieris, l.
20 3. §. ſed utrum, ff. de mino. & † pactum de lucrando dotem uiua uxore non ualeat, neque teneat,
21 idque † etiam, nec cõſuetudine introduci, quæ eſt

eſt pactum ciuium, l. prima, C. de decur. libro 10. cum huiuſmodi pactum eſt nullum, & non eſt ſeruandum, immo intelligitur mortua vxore ha-
22 bere locum, † non autem ſuperuiuente, l. ſecun-
23 da, ff. de pact. dota. † Pro vera tamen ratione decidendi eſt docẽdum, ꝙ quamuis multæ, & quidem non refellendæ aſſignari poſſent rationes, ex quibus ſtatuentes detulerũt lucrum dotis marito prole ſuſcepta, prima in ſolatium dilectiſſimę coniugis mortuę, ſecundum Bald. Nouell. in tract. dot. in ſexta parte, ſpecial. 37. columna fi. & per Dec. conſi. 67. columna ſecunda. Secunda
24 ratio † finalis, & immediata fuit fœdus matrimonij, ſecundum Bald. in auth. ex teſtamento, C. de ſecund. nupt. & per Bal. Nouel. in loco proxime
25 allegato. Tamen † vera decidẽdi ratio fuit huius lucri delatio ad maritum, eaque moti ſunt ſtatuẽtes propter onera matrimonij maxima, quæ marito deferuntur, ad quæ ſi iuuenes cupidi laicalis ſtatus aduerterent, raro, aut nunquam vxo
26 res † ducerent, vt inquit Io. Pet. de Fertar. in for. lib. quo vxor agit ad dotem, in ver. vxor quondã Thadæi, Imol. in l. ſi cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolut. matr. & Panorm. conſi. 79. volumine 2. Merito igitur ad id reſpexit hæc conſuetudo, ac prouidit, vt maritus lucretur dotes mortua vxore in eius domũ inducta, filio ſuſcepto ex ea ſuperſtite, ſiue ſtatim poſt partum mortuo, & quidem valde honeſta eſt huiuſmodi diſpoſitio propter onera prædicta, ſecundum Alexand. conſ. 57. colum. penul. volum. 1. gl. in l. ſi donaturus, §. ti. ff. de condi. ob cauſam, vbi Alexan. dicit eius gloſ. opinionem eſſe communem, & ibidem Iaſ. dicit omnes Doctores cum opin. illius glo. pertranſire, cum qua ſentiunt plerique ex citatis per Rol. a Valle in tract. de luc. dot. quæſtione 4. a nu. 10.* De cuius conſuetudinis robo-
27 re ac validitate non eſt † ambigendum authoritate Bar. & aliorum in l. hac edictali, C. de ſecun. nupt. & in l. exigere dotem, ff. de iud. & per Bald. in conſ. 467. volum. 4. & in conſil. 496. volum. 5. Fulgoſ. conſ. 203. Cremenſ. Sing. 154. ad quod facit Abb. in cap. fin. §. ſanè, vltimo nota. de donat. inter virum, & vxorem, vbi ratione comprobat has noſtras conſuetudines de lucranda dote, & donatione propter nuptias valere, licet iure cõmuni dos ad dotantem redire debeat, l. dos a patre, C. ſolut. matr. l. ab hoſtibus, in princ. ff. ſolut. matr. & per Alexand. conſ. 150. colum. 1. volu. 2. vel ad hæredes mulieris, c. fi. §. ſanè, & ibi Abb.
28 de don. inter virum, & vxorem, † cum contrario iure ciuili ſtatutario, vel conſuetudinario tolli poſſit, vt ibi per eum. Sequitur textus eiuſque expoſitio.

29 Si matrimonio legitimè cõtracto, † quod quid ſit, & qualiter legitime contrahatur, & dirimatur, dixi ſupra proxima immediata conſuetudine præcedenti, in princ. hic non repeto.

Dotibus aſſignatis. Ideſt traditis, ſecũdum Din. & Alb. de Rola. in l. prima, §. eligitur, ff. de vent. in poſſ. mit. quandoque ſumitur pro eligere, diſcernere, vel demonſtrare, l. penul. ff. de adopt. & l. aſſignare, ff. de verb. & rer. ſigni. & aliter ſumitur in l. 1. §. aſſignare, & l. aſſignare, ff. de. aſſign. liber. & Inſt. eo. titu. vel dic aſſignatis re ipſa poſt promiſſionem factam in capitulis matrimonialibus conſtitutis per inſtrumentum dotale, ſeu introductum, quod alij vocant, quod vulgo dicitur aſſignationis, arg. l. cum delanionis, §. 1. ff. de fun. inſtr. & l. anniculus, cum ſimili, ff. de verb. & rer. ſign. militat igitur hæc conſuetudo dotibus aſſignatis. Sed quid ſi dos fuit pro-
30 miſſa conſtitui, † non tamen conſtituta, an habeat vim ſiue effectum, ac ſi vere fuiſſet conſtituta? in hoc dubio multi doctores ad inuicem digladiati, in varias ſententias iuerunt. Hyppo. de Marſili. multa ad vtranque partem allegauit in eius ſingula. 469. & eum videtur ſecutus Vincentius Maxilla ſuper conſuetud. Barenſi. f. 70. qui inclinare videtur in partem negatiuam, ſed contrarium videtur fuiſſe deciſum per Sacrum Regium conſilium Neapolitanũ, per Afflict. deciſ. 61. idem per Boer. deciſ. 183. numero 13. 1. par. et tandem aſſerit ſic etiam fuiſſe iudicatum per Senatũ Pariſienſe, Tiraq. in tra. de vtroque retractu titu. 2. fol. 306. a num. 41. vſque 60. facto per eum exactiſſimo examine, & hoc ad euitandum circuitum, & ſic etiam pro parte affirmatiua fuiſſe deciſum, refert Tho. Gramma. deciſ. 103 num. 18. ſed quid ſit dicendum, ſecundum hãc noſtram conſuetudinem, dicemus infra ſuo loco in propria quæſtione, vbi reſpõdeo motiuo, quod fieri poſſet de hoc textu. ibi, dotes datas, & traditas.

Dodario conſtituto. Quid ſit do-
31 darium, & quo modo, † & qualiter cõſtituatur, dictum eſt ſupra proxima præcedenti conſuetudine, & in præambulis poſt Andr. in c. 1. §. donare, quali. olim feu. pote. alien. & poſt gl. in conſt. regni. Mulier, quæ dotarium, & per Napod. Sebaſtia. & moder. in c. reg. mulier dotarium.

Et vxore in domum viri
32 **deducta.** Deducta, † vel inducta, ſeu traducta in domum viri, quando dicatur vxor, dictum eſt ſupra proxima præcedenti conſuetudine, & de effectu traductionis, vide ibi: hoc autem de traductione in domum viri dictum eſt, ad euitandum contingens dubium quod poterat ſubeſſe, nam ſtante hac conſuetudine, & eius diſpoſitione, contrahebatur matrimonium, aſſignabantur dotes, conſtituebatur dodarium, vxor vero non erat inducta in domũ viri, poterat eſſe dubium, quid de vxore mortua in matrimonio, quod ſolo conſenſu perficitur, non dum traducta nec cognita? aliqui doctores tenebant, quod maritus lucraretur dotẽ, per ea, quæ notat Cyn. in l. cum inter. quæſt. vltima, C. de don. ant. nupt. & in l. pen. de don. int.
33 vir. & vxor. nuptiarum † enim conſenſus, non concubitus, vel ductio in domum, facit matrimonium, ſed conſenſus in matrimonium, l. nuptias, ff. de reg. iur. l. cum hic ſtatus, §. ſi mulier, ff. de don. inter vir. & vxor. §. nuptias. in Auth.

de

de nupt. & extra de ſponſ. c. cum locum. 27. q. 2.
cap. ſufficiat. Alijs vero in contrariam ſententiã
euntibus, quod maritus non lucraretur dotem,
34 quoniam datio, † vel promiſſio videretur facta
ſub conditione, ſi ipſa virgo ducatur in domum
viri, pro vt ſolitum eſt fieri ab omnibus, arg. l. ſti
pulationem, ff. de iure dot. & l. nõ enim, & l. pro-
mittendo, in prin. ff. eo. vnde cum defeciſſet nec
impleta eſſet conditio, ceſſare debet ipſius do-
tis lucrum, & acquiſitio. in qua opinione fuit Io.
Pet. de Ferra. in forma lib. quo vxor. agit. ad dot.
in gloſ. vxor quondam Thadei. verſi. vnde pro
eius declaratione, qui dixit, quod in hanc par-
tem inclinat conſuetudo communis, vt ad lu-
crum dotis requiratur ne dum contractus ma-
trimonij, verum etiam traductio in domum vi-
ri. Ad tollendum igitur hunc conflictum opi-
nionum, merito noſtri ciues bene conſtituerũt,
& adijcerunt verba prædicta, & vxore in domũ
35 viri deducta, † vt non aliter maritus lucretur
dotes, niſi contracto matrimonio, dotibus aſſi-
gnatis, & vxore in domum viri traducta, & ſub-
dit dictus Practicus Papienſ. in loco ſupra alle-
gato, ſic ſeruari de conſuetudine in ciuitate Pa-
piç, vbi ſimile viget ſtatutum, cum quo concor-
dat Rube. conſ. 19. imo ſi traducta cum ea vir
36 coire non potuit, dotem † non lucretur, vt per
Iaſon. in conſ. 58. vol. 1.

Matrimoniũ morte vxo-
37 **ris ſoluatur.** Morte † vxoris naturali,
quæ eſt ſeparatio animç a
corpore, c. cum in quadam, extra de cele. miſſ.
c. reſuſcitatus, de pœn. diſt. 1. Quid autem ſi ciui-
liter moriatur, quia contracto matrimonio, &
inducta ante carnalem copulam ingreſſa eſt,
38 monaſterium, † & ſic mortua eſt mundo, & ſic
ciuiliter, vtrum hęc conſuetudo locum habeat?
multi doctores ſenſerunt, maritum, etiam hoc
caſu, dotes lucrari, vt in l. Deo nobis, C. de epi. &
cler. Bart. Bald. Paul. & Ange. poſt glo. ibi, ac ſi
vere mortua fuiſſet, vt per Caſſ. in conſuetud.
Burgun. rub. 4. §. 6. apres la treſpas num. 8. Con-
trarium tamen tenendum eſt, vt maritus non
39 lucretur dotes, niſi vxore mortua, † morte natu-
rali, cum verba conſuetudinis ſint proprie intel
ligenda, non autem in caſu ficto, vt poſt multa
hincinde allegata concludit Phan. in trac. de lu-
cr. dotis in rubrica, in gloſ. per mortem.

¶ Et ſucceſſiue quæritur, an ſi mulier depor-
tetur ob facinus, & delictũ, maritus lucriſaciat
dotes? quod videbatur, cum morti æquipararetur
40 deportatio, † & mors dicatur ciuilis, l. ſtatius flo-
rus, §. Cornelio Fęlici. ff. de iure fiſci. l. amiſſione,
§. qui deficiunt, ff. de cap. di. cum amittat ciuita-
41 tem, † & ſecundum aliquos libertatem, vt habe-
tur per noſtrates, in Conſt. regni, ſoriudicatorũ
bona. & ibi Andr. Iſer. & Afflict. Concluditur ta
men contrarium, quod imo maritus non lucri-
faciat dotes, niſi cum deportatione bona mulie
ris publicarentur. Ferron. in conſuetud. Burdeg.
titu. 4. §. 6. col. fi. conferunt dicta per Bart. in l. ſi
conſtante, in princ. ff. ſolu. matrim. Io. Andr. in
add. Spec. de don. inter vir. & vxor. §. fi. & quæ la
te congeſſit Alex. Imol. in paraphr. ad Bart. in d.
l. ſi conſtante.

Filio ex ea ſuſcepto, & ſi tamen fi-
lius in fata deceſſerit, dum tamen
in ſuo ortu viuus naſcatur.

42 Et ſic nota, † quod maritus ex hac conſuetu-
dine, lucratur dotes, propter liberos, & eorum
ſuſceptionem, etiam ſi nati, eo viuo moriantur,
quod voluit Bald. in l. ſiquis hæredem, C. de inſt.
43 & ſub. & valet † etiam cõſuetudo, quod maritus
habeat medietatem de bonis vxoris, ſicut è con
uerſo vxor medietatem de bonis viri, vt eſt tex.
in c. Raynutius, extra de Teſtam.

In fata deceſſerit. Ideſt extin-
guatur. not. in
l. 2. ff. ſi muli. ventr. nomi. vel perierit, l. ſiquis le-
gauerit, ff. de leg. primo, ſicut dicitur in fata ſub
ductus, ideſt mortuus, l. 1. C. de agen. in reb. lib.
44 12. & l. ex morte, C. de pact. conu. fatum † enim
mors dicitur l. properandum, §. hoc autem, C.
de iud. Hinc fatale apud Papinianum in l. 3. ff.
de fun. inſtr. capitur id, quod per fatum, hoc eſt
45 mortem, eſſe deſijt † hinc fatales dies dicimus,
quod cauſæ fatum, hoc eſt terminum imponãt,
Azo. in ſum. C. de appell. & gloſ. interlinearis in
46 d. l. 3. ff. de fun. inſtr. licet quandoque † fatum ſi-
gnificet, quod per diuinę voluntatis ſeriem acci
dere ſolet, vt Andr. Alciat. interpretatus eſt in l.
quæret aliquis, ff de verb. & rer. ſig. ſuper verbis
illis (neque id, quod fataliter acceſſit matri dã-
num iniungere debet) aliquando tamen pro ca
ſu calamitatis ſumitur, vt in l. infans. ff. ad l. Cor-
nel. de Sicar.

Dum tamen in ſuo ortu
47 **viuus naſcatur.** Et ſic viuus † eſſe de-
bet, dum naſcitur, vt
215 feratur mortua ſponſa, † cum hæc conſuetudo
loquatur de vxore, & cum ſit ſtricti iuris, non ex
tenditur ad ſponſam, Bald. in l. quod ſine, C. de
bon. quæ liber. Roland. a Valle in tract. lucr. dot.
quæſt. 12. & rurſus, quæſt. 106. ſtatutum ergo lo-
quẽs de vxore, non extenditur ad ſponſam, quæ
216 propriè dicitur de futuro promiſſa, † vt ex prædi
217 ctis in proxima præcedenti conſuetudine, † &
innuitur hic in textu, dum dicitur, inducta in do
mum conſumato matrimonio prole ſuſcepta,
vide Bald. conſ. 184. ſi qua inquit, volum. 3.

218 Limitatur † etiam iſta conſuetudo, vt maritus
nõ lucretur dotem, ſi duxerit viduã, ex qua ſunt
filij prioris matrimonij, cum hæc conſuetudo
non habet locum in præiudicium filiorum pri-
mi viri, obſtante diſpoſitione tex. in l. hac ædicta
li. C. de ſecund. nupt. per quam diſponitur, quòd
mater tranſiens ad ſecundas nuptias, non po-
teſt dare ſecundo viro integram dotem, ſed
tantum virilem: ad quod bene aduertẽdum eſt
ab his, qui cum viduis habentib. filios ex primo
marito, matrimonium contrahunt: non enim
219 l. hac ædictali, C. † de ſecund. nupt. cenſetur ſubla
ta, nec ei derogatum per hanc conſuetudinem,
vt per Bal. in cap. primo, verſic. quæro dicit ſtatu
tum, an matrim. ſucceſſ. vxori.

220 Nec † etiam habet locum iſta conſuetudo in
præiudicium filiorum primi viri, qui non ſub-
ſunt huic conſuetudini, quia ſunt exteri, vt per
Paul. de Caſt. conſil. 387. incip. præſuppoſito, &
per Alber. Brun. in tract. ſtatu. exclud. fœmin. ar-
tic. quinto, quæſt. 10. quod eſt menti tenendum,
& valde notandum, cum maritus ſecundus nõ
221 lucretur † in præiudicium filiorũ primi viri, qui
bus reſeruantur lucra prioris matrimonij, & in
ſecundum maritum nõ poterit cõferri pluſquã
222 vni ex † liberis prioris matrimonij, dicta l. hac
ædictali, & l. generaliter, C. de ſecun. nuptijs, Fer
ro. in conſuetud. Burdeg. titu. 4. §. 6. circa princ.
223 quod bene nota. † Cautela datur ſecundo viro
volenti ducere viduam, vt habeat conſenſum fi
liorum primi matrimonij eius priuignorum, ſci
licet, qui conſentiant matrimonio: tunc enim
conſenſus præiudium afferret eis, & ſecundus
224 maritus lucrabitur dotes, † quia conſentientib.
non fit iniuria, & proinde præiudicium paratur,
vt per Soc. in regula 272. & diximus, & infra con
ſuetudine octaua, dum tractauimus de pœnis
nubentium, in verbo, ad ſecũdas nuptias migra-
re voluerit, & ibi vide: alioquin dicto aſſenſu nõ
præſtito, mulier ad ſecunda vota tranſiens, & fi-
lios habens ex priori viro, non poteſt dare mari
rito ſecundo, integram dotem cum effectu, ſed
tantum virilem, vt in dicta l. hac ædictali, & dos
225 data de facto † reuocabitur a filijs primi matri-
monij dempta virili, vide Valle. q. 28.

226 Quæritur † quid ſi mulier dotetur de bonis
alienari prohibitis, nũquid maritus ea lucretur?
videtur quòd non, quoniam licet poſſit talia bo
na ſubiecta fideicommiſſo dare in dotem in ſub
ſidium alijs bonis nõ exiſtentibus, auth. res quę.
C. com. de leg. tñ non per hoc debet permitti
alienatio, & lucrum in perſonam mariti, nec in
227 hoc læditur maritus, † qui poterit, tanq̃ euicta
dote agere ſuper reliquis bonis liberis vxoris, vt
determinat Bal. in conſ. 518. quidam habẽs duas
filias, lib. 4. quem ſequitur Aimo. conſ. 19. & cõ
ſilio 186. circa finem, & Alexand. conſ. 176. volu
mi. 7. etiam ampliando, vt procedat ſi dos tem-
228 pore ſoluti † matrimonij reuerſa eſſet ad graua-
tũ, vt concludit Phanut. in tract. de lucr. do. glo.
decima, numero 62. vbi poſt Hug. Accurſ. Petr.
Cyn. Bart. Bald. Raph. Fulgoſ. Corn. Curt. Iaſ. &
alios per eum relatos teſtatur hanc eſſe commu
nem opin.

Contrariam tamen ſententiam tenuit Bald.
in Auth. res quę, C. commu. de leg. vt maritus lu
cretur dotem, etiam de rebus fideicommiſſo, at
que alienari prohibitis, per multa, quæ ipſe al-
legat.

Quæ opinio comprobari poteſt infraſcriptis
rationibus, & primo, quia ſi voluiſſet teſtator,
quòd de reſtitutione fideicommiſſi non detra-
heretur lucrum iſtud conſuetudinarium, poſſet
facile maritus decipi contrahens cum muliere
grauata, exiſtimãs, quandoque dotem ſibi lucro
futuram ignorando fideicommiſſum, quod ſi
ſciuiſſet non ad eum modum cõtraxiſſet, & qui
dem iniquum videretur, quòd maritus frauda-
retur lucro ſtatuti ex illo fideicommiſſo, & teſta
tor ſubſtituendo filiabus nõ cenſetur ſenſiſſe, ꝙ
lucrum hoc detrahi non poſſet, cum quælibet di
229 ſpoſitio debeat intelligi, † ne contineat iniquita
tem, Oldr. conſ. 66. an ex delicto, Philip. Dec. cõ-
ſil. 286. colu. 2. Soc. ſi is eſt in conſ. 302. colum. 4.
libro 2.

Secundo, quia cum mulier præter teſtatoris
230 voluntatem conſtituit ſibi dotes de bonis fidei-
commiſſo ſubiectis, ſi eas dotes recuperauerit
mortuo viro, non amplius tenetur fideicommiſ
ſario, ſecundum glo. in dicta authen. res quæ, C.
commun. de leg. a fortiori ſolutis dotibus ex vo
lũtate teſtatoris, poterit retinere maritus lucrũ
dotis a conſuetudine, & ſtatuto permiſſum, quia
231 teſtator cenſetur voluiſſe, † quòd illę reſtitueren
tur fideicommiſſario detractis detrahendis.

Tertio, iſtam quæſtionem in terminis deci-
dit Bald. in conſ. 79. caſus talis eſt, libro primo, &
in conſ. 326. factum ſic proponitur, lib. quarto,
& in conſ. 77. filiæ, & in conſ. 103. in dicto teſta-
mẽto, in fine, & in conſ. 327. factum ſic proponi
tur, libro quarto, vbi ampliat etiam ſi talia bona
232 reſtitui debeãt ex fideicommiſſo † pijs locis, idẽ
videtur velle Alc. conſ. 176. colum. 3. libro ſepti
mo. Idem etiam Bald. Nouel. in tract. dot. in ſex-
ta parte, priuil. 16. columna 2. verſi. ſed quid ſi ſta
233 tutum, vbi uoluit, † quòd ſi pater det dotem filię
ſpuriæ, ꝙ de tali dote de iure, nec poteſt diſpo-
nere, nec ad hæredes tranſmittit, cum ſuccedat
loco

loco alimentorum, ſecundum Bal. in l. eam quã. C. de fideicom, & in conſ. 91. verſi; quòd electio, ad finem, libro primo, Calcan. conſil. 59. in fine, conſ. 60. & conſ. 62. colum. quinta, in med. Phi. Dec. conſ. 311. columna fina. Nic. de Vbald. in tra
234 cta. de ſucceſſ. ab inteſt. colum. ſexta, † & tamẽ maritus poterit lucrari dotem vi huius conſue-
235 tudinis, vel ſtatuti, ex quo † apparet maritũ poſſa lucrari dotem ex his bonis fideicommiſſo ſubiectis, & in vxorem transferri prohibitis, de quibus vxor diſponere non poteſt, & quæ poſt eius mortem veniunt alteri reſtituenda.

Eandem opinionem tenuit Io. Camp. in trac. doti. in 5. part. quæſt. 18. vbi poſt multa per eum
236 allegata ſenſit, † quòd ſi legitima filiæ ſufficiebat ad dotem, quatenus bona data in dotem excedunt legitimam, illa reſtituuntur fideicommiſſario, nec maritus vltra legitimam de his aliquid lucratur. Hanc etiam quæſtionem tangit Corn. conſil. 3. lib... vbi concludit, quòd ſi de bonis fideicommiſſo ſubiectis dos moderata, & congrua conſtituta ſit, poſſit maritus lucrari dotem ex forma ſtatuti, tamen quòd capiet lucrum ſuper legitima filiæ, & ſic ſi dos conſtituta excedit legitimam, quatenus excedit, debet reſtitui fideicõmiſſario ſeruato lucro dotis ipſi marito capiendo ſuper portione legitimę, licet in computãdo lucro habeatur ratio ad totam dotem, licet legitimam non excedat, quicquid circa hanc quæſtionem, aliter ſentit Paul. de Caſt. conſil. 59. pro pleniori reſponſione, ad fin. lib. 1. & in conſil. 43. ſubſtitutio prædicta, col. fin. lib. 2. & per hæc, & multa ſic concludit Aimo. conſil. 186. nec obſtat ſiquis reſtetur de contraria opinione communi cum enumeratis doctoribus, hæc plurium habet auctoritatem, & magnam ſapit æquitatem, & eam ſequendam eſſe puto, cum ipſa mulier lucretur dodarium viro præmortuo ſecundum has conſuetudines, vt in c. ſequenti, ita pari formiter maritus lucretur dotes in his bonis fideicommiſſ. ſubiectis propter æqualitatem ſeruandam.

Vnum tamen non omittam dum hic dicatur, quòd maritus lucratur omnes dotes datas, & traditas: pone, quod maritus dotes non habuit, ſed pro eis pignora accepit, vel dos in teſtamento fuit aſſignata, an lucretur dotem prædictam? in quo concluſiue dic, quòd adhuc eam lucrifacit, vt per Iaſ. in rubrica, ff. ſoluto matrim. num. 15. verſicul. ibi adde, quòd Raphael Fulgoſius, col. 4. paria enim ſunt dotem eſſe aſſignatã,
237 & in pignore conſtitutam, † ad l. fin. C. ad l. Falc. & reg. qui actionem, cum ſimili. ff. de reg. iur.

Quæro nunquid ſi eſt inter partes conuentũ, quòd maritus lucretur dimidiam dotis, vtrum videatur renunciatum diſpoſitioni huius con-
238 ſuetudinis dãtis lucrum integræ dotis? † videtur, quòd ſic, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, l. fi. C. de pact. cõu. tam ſuper
239 dote, † &c. & ceſſat prouiſio generalis vbi adeſt ſpecialis, l. doli clauſula, ff. de verb. oblig. contrariam partem tenuit Alber. de Roſa. in ſecunda part. ſtatu. & dicit ſic de facto fuiſſe determinatum, quod ego intelligerem, quando ſimpliciter paciſcerentur: ſed ſi ex certa ſcientia, & cum
240 renunciatione huius conſuetudinis, † nõ video, cur prima opinio non ſit ſubſtinenda, vt præiudiciũ marito inferatur ex pacto expræſſo, quod derogat iuri. l. 1. §. ſi conueniat, ff. depo. cum quilibet poſſit renunciare fauori pro ſe introdu-
241 cto. l. ſiquis in conſcribendo, † C. de pact. vide Campe. in tra. dot. in 5. parte, quæſt. 12.

Et not. quod licet maritus ſit aduena, vel exterus, cui forſan per ſtatutum, vel teſtatoris diſpoſitionem ſit prohibitum acquirere in ciuita-
242 te, † non tamen cenſetur prohibitus acquirere ex cauſa dotis, vt conſuluit Nic. de Alexandro, qui fuit gener Bartoli, quem refert Curt. in conſil. 26. col. 7. & Opizo in l. filiusfa. §. diui. col. 59. nume. 93. ff. de leg. 1. & ſic maritus exterus lucrabitur dotes non obſtante ſtatuto. Butr. conſ. 35. viſa informatione, cum in generali diſpoſi-
243 tione non includatur cauſa dotis. † Iaſ. in l. prima, ff. ſolu. matr. Afflict. deciſ. 3. & cum iſte caſus de facto accidiſſet, ita vidit ſeruari Catell. Cotta in ſuis memorali. in verb. Forenſis prohibitus.

¶ Limitatur etiam, vt maritus impubes nõ
244 lucrifaciat dotes, † cum matrimoniũ inter impuberes eſſe non poſſit, c. 1. de deſp. impuber. in ſexto, & late dictum eſt ſupra in prima conſuetudine: merito non lucratur, non conſiſtente matrimonio, quod hæc conſuetudo requirit, vt per Roma. conſ. 44. vbi etiam decidit, an mari-
245 tus lucrifaciat dotem, † cum vxor non dat mobilia, vel pecunia in dotem, vel ſi dat iura, & nomina debitorum, & quid ſi det ſe, & ſua, & quid ſi nulla ſit mentio de rebus, & quid ſi dos fuerit incerta, vbi etiam quid ſi extent filij ex priore matrimonio? quod late docet Ludo. in præallegato conſ. 44.

Et quia ex hac conſuetudine maritus lucratur dotem muliere defuncta prole ſuſcepta, quã
246 uis ſtatim mortua, † atque etiam ob adulteriũ commiſſum per vxorem dos acquiritur marito de iure communi, circumſcripta hac conſuetudine, per not. in c. plerunque, extra de don. inter vir. & vxor. Tamen hoc non procedit nec habet
247 locum in præiudicium filij, † vel filiorum primi matrimonij, quibus dos reuertetur, non obſtante conſuetudine, quod eſt notandum, & pro ſingulari tradit Cremen. ſing. 86. ſtatuto cauetur. faciunt quæ ſupra diximus hac lege, circa intellectum l. hac ędictali, & ſupra dictum eſt.

Similis eſt quæſtio licet diuerſa, ſi mulier conſtante matrimonio fuerit condemnata de hæretica prauitate, vel de aliquo ex delictis contentis in l. quinque legibus, ff. de bon. dam. ex quibus delictis veniunt publicanda bona, concurrit fiſcus pro publicatione bonorum, & ſic dotis, concurrit maritus qui lucratus eſt dotem vigore huius cõſuetudinis, quis præferatur? dic quod Bart. in d. l. quinque legibus, dicit, quod ſtante huiuſmodi conſuetudine de lucranda dote, vel pacto, ſi factus eſt caſus lucrifactionis, maritus
248 poteſt ſe defendere cõtra fiſcum, † & habebit re

tentionem pro dote: ſi autem fiſcus occupauerit dotes, maritus habebit 'actionem ad recuperandas dotes per eum lucrifactas, & cognito ſummariè, quòd ſit creditor, fiſcus tenetur ei ſoluere lucrum dotis, ſequitur Alber. Brun. in tract. ſtat. exclud. fœm. in 3. parte, quæſt. 5. vbi etiam ſubdit quòd ſi ante dotis conſtitutionem, & ante ma-
249 trimonium, † fuerit commiſſum aliquod ex delictis prędictis, tunc ceſſat lucrum conſuetudinarium, & ſi commiſerit hæreſim, adminiſtratio eſt interdicta, atque poteſtas alienandi, l. manicheos, C. de hæret. l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.
250 Sed ſi † incidit in hæreſim poſt contractũ matrimonium, tunc ſecus, quia delictum vxoris non debet nocere marito, l. poſt contractum, ff. de donat. l. ſi quis poſthac, C. de bon. proſcript. quod etiam tenet S. Blaſ. in tract. de priuil. dot. in prin. priuile. nonageſimotertio. Aduertendo tamen, quòd Doctores loquuntur promiſcue in hac materia, quandoq; in pacto de lucrando, & arguunt idem a fortiori in ſtatuto, & conſuetudi-
251 ne, † cum affirmatiue de vno ad aliud ſit validũ argument. l. non impoſſibile, ff. de pact. ſaltem affirmatiue, & hanc partem firmat Ancha. in capit. decreuit, de hæret. in ſexto, Campeg. in tract. dot. quæſt. 80. in octauo priuil. Afflict. in capitulo primo, in verbo, condemnatorum, num. 46. quę ſint regalia.

Et quia ſupra dictum eſt, quòd in dubio attenditur conſuetudo loci viri non autem loci vxoris, vbi eſt cõtractum matrimonium, & diuerſa ſunt loca, & diuerſi mores, ſeu conſuetudo diuerſa circa lucrum dotis quo caſu, quando aliud non eſt dictum, attenditur locus, & conſuetudo mariti, l. exigere dotem, ff. de iudic. Quid enim ſi notarius, qui cantat, ſicut pſitacus, & pica, & aliquando neſcit, quid dicat, ſtipulatur dotem reſti-
252 tui, tam in loco mariti, quam vxoris, & in quolibet foro, † & in quacunque parte terrarum, vtrũ attendatur forum vxoris? in quo concluſiue dic, quòd adhuc non obſtante huiuſmodi ſtipulatione, & clauſula in inſtrumento dotali adiecta, remanet viridis, & in ſuo robore diſpoſitio dictæ l. exigere dotem, & maximè, cũ huiuſmodi clauſulæ apponantur a notarijs ex quodam ſtilo, vt in ſimili dicit Bart. in l. prima, ff. de iure codi. dũ loquitur de clauſula codicillari, & ita tenet Iaſ. & inter cæteras limitationes, & declarationes per multa comprobat in l. cunctos populos, C. ſum. Trin. & fide Cat. & valde commendat Cattel. Cotta in ſuis memoral. in verbo, ſtatuto præallegato.

Addunt autem aliqui, vt minor dans dotem
253 obſtringatur hac cõſuetudine, † & maritus lucretur dotem, nec iuuetur beneficio ætatis, vt tetigimus ſupra in præludijs, & quòd vir lucrifaciat hoc caſu, decidit Io. Faber. in ſuo breuiario, in l. prima, C. ſi aduerſ. dotem, & hoc ſine dubio procedit in caſu conſuetudinis noſtræ, cum mulier bene poſſit pecuniam, & res mobiles, & alia, quę
254 ſeruando ſeruari † non poſſunt, dare in dotem,
255 quia in his habetur mulier tanquam maior, † & ca ſine decreto alienare poteſt, vt per gl. & Doct. in l. prima, §. fuit quæſitum, ff. ad Trebel. & Tiraquel. de retract. conſang. carta 105. num. 115. & poterit conſtituere dotem, & eueniẽte caſu mortis mulieris maritus conſequi lucrum iſtud conſuetudinarium. Ad quod facit, nam licet mulier
256 minor † non poſſit dare in dotem bona immobilia, ſine decreto iudicis, & auctoritate curatoris, vt l. lex, quæ tutores, C. de admi. tuto nec expreſſe obligare dicta bona cum hypotheca, mi-
257 nus † etiam tacitè, tamen reſpectu mobilium, & aliarum rerum, quæ alienari non ſunt prohibitæ per minorem, poterit puella minor ſe dotare
258 moderatè. † abſq. curatore, & decreto, l. prima, C. ſi aduer. dotẽ, vbi gl. & poterit ſe obligare pro dote conſtituenda, & in conſequentiam in tali
259 obligatione, † & dotatione orietur tacita hypotheca, iux. l. primã, §. vt plenius, C. de re. vxo. act. & per Neguſ. in tract. pign. in ſecunda parte, quarto membro, num. 74.

Quærit Rol. à Valle, an ſtatutum conditum à ciuitate, diſponens de lucro dotis, habeat locũ in dotibus datis per Principem eius filiabus? & poſt multa hincinde allegata concludit ad partem negatiuam, quod non. Tu dic contrarium
260 quod Rex, † & Princeps ligetur conſuetudine, vt tetigimus ſupra in præludijs, & per Andr. de Iſer. in rubrica, de conſuet. rect. feu. quem ſequitur Ant. Capy. in rep. c. imperialem, de proh. feu. alie. per Frider. &c.

Sed pone quod maritus duxit vxorem nulla dotis facta mentione, & mulier habebat quædã bona, an cenſeatur dediſſe in dotem omnia eius bona? pro parte affirmatiua videbatur dicendum, quod mulier cenſeretur omnia eius bona dediſſe in dotem, l. dotem, l. Diuus, la prima, ff. de iure dot. l. cum maritus, §. Titius, ff. de pact. do-
261 ta. l. in his, † §. ſi vxor. ff. ſol. matr. vbi quod maritus ducendo vxorem, tacite videtur cum dote omnium bonorum nullo alio expræſſo, & iſtud viſum fuit Ariſtoteli philoſophorum Principi in Topicis, relato per gloſ. in l. mulier bona, in princ. ff. de iure dot. & idem Barto. in l. ſi conſtãte, in 4. quæſt. 3. quæſt. principal. ff. ſol. matr. ſi tamẽ facultates, & dignitas mariti hoc mereatur, idem tenuit Bald. in l. fi. C. de ſen. quæ ſin. cert. quan. profer. vbi quod hoc dictum habet æquitatem, ſi vir erat dignus tanta dote, & proinde lucrabitur dotem ex hac conſuetudine, vt dixit Abb. in conſ. 46. in 2. dubio. vol. primo.

Contraria tamen opinio eſt verior, quod mulier non cenſetur omnia eius bona dediſſe in dotem; primo, cum nulla lege hoc caueatur, vt dixit glo. in d. l. mulier, ff. de iure dot. & contra Ariſtotelem eſt textus, in l. fi. C. de diuort. cum ma-
262 trimonium poſſit eſſe ſine dote, † quamuis mulier ſit diues, & habeat bona, idem tenuit Bart. in eius diſputatione, incip. mulier habens, & po-
263 teſt habere bona parapliernalia, † quæ non videntur in dotem data, l. fi. C. de pact. conuen. etiam quod maritus dicta bona tenuiſſet patiente vxo-
264 re, & fructus percepiſſet, † quia adhuc non intelligerentur data in dotem, iux. not. in l. 2. C. de acqui. poſſ. Alc. conſ. 122. col. 2. vol. 7. Soc. conſ. 81.

col.

col.fina. vol.3. Corn.conſ.127.col.2.vol.4.Pariſ.
conſ.62.col.5.vol.4.& alij relati per Rol.a Valle.
in eius tract.de lucr.dot.quæſt.71.num.7.& quæ-
ſtio.74. & iura in contrariũ adducta procedunt,
quando mulier cõſtituerat dotem primo viro,
& tranſeundo poſtea ad ſecundas nuptias abſq;
liberis,cenſetur eandem dotem dare,vt per Bar.
in dicta eius diſputatione, & firmat Roland.in
prædicta quæſtione,vbi reſpondet contrarijs vn
de ſtante iſta opinione pro vera, vt non cenſea-
tur mulier conſtituiſſe dotem de omnibus eius
bonis,etiam quòd maritus eſſet dignus tanta do
te,non haberet locum hæc conſuetudo,quæ dat
lucrum dotis marito in caſu hac conſuetudine
expreſſo,vt per Bart.in dicta diſput.incip.mulier
habens amplum patrimonium,& per Bald.in l.
nullus,C.de iur.dot. & quòd erit matrimonium
ſine dote,Rom.conſ.44.columna ſecunda, Cu-
man.conſ.56.Socin.Nepos,conſ.8.colum.6. vo-
lumine 2.quod notandum eſt pro ducentibus v-
xores diuites nulla conſtitura dote.Limitatur ta-
men hæc concluſio,niſi mulier in contractu ma
265 trimonij exprimeret dare bona ſua,†tunc enim
hæc traditio cenſeretur tranſlatiua dominij,quæ
præſumitur ex titulo dotis,vt per Bal.in l.fi.C.de
ſent.quæ ſin.cer.quant. Alexan.conſ.144. colum
na ſecunda,volumine 5.Bald.in d.l.nulla, C. de
266 iure dot. † Idem eſſet ſi mulier diceret marito,
committo me, & mea tibi, vt videatur omnia
bona dediſſe in dotem,ſi tamen maritus eſſet di
gnus tanta dote,vt per Bald.in d.l.nulla,C.de iu-
re dot.& nulla appareret alia aſſignatio, ita ſal-
uando dictum Ariſt. his enim caſibus cenſetur
conſtituta dos in omnibus bonis, & maritus lu-
crabitur dotem conſuetudinariam,vt per Doct.
in locis prællegatis. Limita, & tertio, quando
267 maritus†duceret viduam,quoniam cenſetur ac
cipere in dotem eam, quã primo dederat viro,
pe. tex.in l. dotem, la prima, ff. de iure do. Cin.
Auth.ſed quamuis,in 3.quæſt.C. de rei vxo.act.
& Bar.in dicta diſputa.mulier habens, & quam-
uis illa l.dotem,cum ſimil. loquantur, quando
268 mulier facto diuortio redit ad virum,† nã cenſe-
tur cum eadẽ dote, tamen Cin. & Bart. firmant
indiſtincte hanc concluſionem,vt cenſeatur de
diſſe eandem dotem ſecundo viro, & dictum eſ
ſe recedere ab hac opinione,aſſerit Rolan.a Val
le,quæſt.75.numero 7.in fine,vide Boer. deciſio
ne 157. & ſic in hac dote præſumpta militabit
269 hæc† conſuetudo,& lucrum dotis,vt in termi-
nis decidit Bart.in dicta eius diſpur. quando nul
li extarent liberi ex primo marito,& expreſſe in-
ferens ad hanc conſuetud. Bald. idem tenet in l.
cum citra,poſt gl.ibi,C.de iure dot.& iſta eſt cõ
munis,& irrefragabilis opinio,vt teſtatur Rolã.
in dicta quæſt.75.numero 20.& vide Aim.de an
tiqu.tempor.fol.136.numero 43. & Vtſil. in ad-
dit.ad deciſ.Afflic.61.numero 6.& in deciſ.44.&
Iaſ.conſ.58.volum.1.Idem dicas quando matri
monium cum dote certa contractum,ſit decla-
ratum nullum,vel non tenuit,ſi poſtea ex diſpẽ-
ſatione Pontificia reconualideretur,abſq; mentio
270 ne doris,vt eadem cenſeatur data, † & conſtitu-
ta dos, Bald.in authẽt.ex complexu,C.de inceſt.
nupt.per tex.in l.ſi ſerua, in princ. ff. de iure dot.
& per Bart.in ſæpius allegata diſputa.mulier ha-
bens,columna 6. vbi quod cenſeatur reperita ea
dem dos in ſecundo matrimonio,ſi nulli extant
liberi ex priori marito, ſecus ſi extant,quia tunc
271 ſecundus vir non lucrabitur vltra † quam habe
ret vnus ex filijs primi matrimonij, qui minus
haberet,vt tenuit Paul.de Caſt.conſ.283.colum
na ſecunda,in fine,Ruin. conſ. 224. columna 3.
volumine primo,quod menti tenendum eſſe aſ
ſerit Roland.a Valle.in tract.de lucr. dot. quæſt.
77.in fine,modernis temporibus, quando ma-
trimonia contrahuntur inualida cum dotibus
inter affines,quæ deinde ex diſpenſatione apo-
ſtolica conualidantur,vt ibi per eum.

272 Ad † prudentiam tamen mulieris pertinet,nõ
dare cuncta quæ habet bona in dotem viro ſuo,
vt dicit tex.in l.ſi ex cauſa,§.doris,ff.de min. & ſi
aliter facit,dicitur circumuenta,l.prima,C.ſi ad
uer.dot.Luc.de Pen.in l.4.C. de his, qui num.li-
273 ber. ſe excu.†Si tamen mulier proceſſit ad tra-
ditionem, cenſetur omnia bona ſua dediſſe in
dotem,Guid.Pap.quæſt.499 nume.2. ſic intelli-
gendo tex.in l.mulier bona,ff.de iure dot.nec ve
nirent nomina debitorum, per huiuſmodi tra-
274 ditionem, † cum nomina non tradantur,ſed ce
dantur,vt ibi per eum.

Infertur tamen ex præcedentibus, & alia quæ-
ſtio,quid ſi mulier dedit primo viro minorem
dotem,ſecundo viro maiorem, deinde nupſit
tertio viro, quænam dos cenſeatur conſtituta,
nullo alio expreſſo? Reſpon. quod hanc quæſtio
nem dirimit Baldus in l.binos,circa finem,C.de
de aduo.diuer.iudic. vbi conſtituendo ſalarium
Princeps aſſeſſori, ſecundum quòd habuit præ-
ceſſor ſuus,& ſecundum conſuetum ſalarium ſi
275 fuerit varium retroactis temporibus,†debet ha
beri ratio de proximo præcedenti, & hoc argu-
mento maritus lucrabitur dotẽ vltimam maio-
rem,quod ſemper eſt intelligẽdum in dubio,nul
la facta mentione,vel expreſſa quantitate doris,
ſecundum Bald.in loco prædicto,Pariſ.conſ.54.
columna 1.volum.3.refert Bal.Nouel. ſic de fa-
cto habuiſſe,& per ſententiam obtinuiſſe.

Sed quid ſi pater naturalis nuptui tradat filiã
276 ſpuriam † cum dote ad quam pater tenetur, vſ-
que ad concurrentem quantitatem alimento-
rum,& non alius,vt per Bar.in l fin.ff.de his,qui
bus vt indi.& per Caccialup.in l. ſi qua illuſtris,
C.ad orfici.Dec.conſ.611.colum. prima, an ma-
ritus lucrifaciat dotem in terminis huius conſue
tudinis? Videbatur quòd nõ, quoniam talis dos
venit ſoluto matrimonio reſtituẽda patri doran
ti,vel eius hæredib. vt eſt de mente Bal. in l.cam
quam,C.de fideicom.columna 10.& in conſilio
356.volumine primo. Tu autem dic contrariũ,
vt maritus lucrifaciat dotem,& eſt ratio,nam cũ
277 pater teneatur dotare huiuſmodi filiã,† ergo cen
ſetur aſtrictus ad conſtituẽdum dotem,ſm natu
rã doriũ,& ſm ſubiectam materiam, vt maritus
278 lucrum facere poſſit †ſm conſuetudinem de do
tibus loquentem,l.ſi ſtipulatus,cum ſimili.in gl.
addu-

adductis,ff.de vſur.& l.filiusfamil.ff.de donat.&
faciens actum videtur ſe aſtringere legi de illo
279 actu loquenti, ita pulchre per multa ſimilia cõ-
cludit Rol. a Valle.q.94.vbi vide.

Quæritur† inſuper, nũquid maritus,qui ſecun
dũ hanc conſuetudinem lucrifecit dotes in pecu
280 nia,†vel in mobilib.cõſiſtentes,ſi tranſit ad ſecũ
das nuptias, perdat huiuſmodi lucrũ?& videbatũ
quod non perderet,cum conſuetudo nil de hoc
diſponat,nec nos dicere debemus, l. ſi ſeruum,
§.prætor ait.verſi.non dixit prætor,ff.de acq.hæ-
re.Maxime cum maritus habeat ex prouidentia
legis,non autem ab vxore, arg.l. fina.C.de bon.
mat.per quem tex.ita dixit Bal.& Corn ibi.Con
trariam ſententiam amplectaris,& ratio eſt,nam
281 quemadmodum † lucrum dotis ex pacto ex-
preſſo per tranſitum ad ſecunda vota reſerua-
tur filijs primi matrimonij. Auth. vxore mor-
tua,C.de ſecund.nupt.& Auth. neque vir quod
ex dote,C.illo titu.Bart.& doct.in l.fęminæ,§.il-
lud.C.eo.titu.ergo, & lucrum conſuetudinariũ
quod habet tacitum pactum ciuium,vt per Bar.
& alios, in l.hæredes mei,§.cum ita,ff ad trebel-
li.& Bald.qui decidit hanc quæſtionem,in Aut.
ex teſtamento,C.de ſecun.nupt.vbi quod huiuſ-
282 modi lucrum non debetur viro, † qui tranſit
ad ſecunda vota, niſi quo ad vſumſructum, &
ita tenuit Rol.a Valle.in tra.prædicto,quæſt.86.
poſt Boer.Bal.Rom.Paul Saly.Alex. Iaſ. Crem.
Butr.Soci.Dec.Ripam.Nico. Arelat.& alios per
eum citatos,tenentes maritum trãſeuntem ad
ſecundas nuptias perdere proprietatem dotis
lucrifactæ,retinere tamen vſumfructum, & ita
firmiter tenendum in iudicando aſſerit prædi-
cta Doctor à Valle, qui profecto hanc materiã
dilucidauit ad eumque recurrendum.

Nunquid autem aliud lucrum dotium mari-
283 to quæſitum ex hoc ſtatuto,† ſeu conſuetudine
veniat communicãdum ſocijs omnium bono-
rum eiuſdem mariti? dicas quod ſic, vt eſt tex-
tus,in l.3.§.1.ff. pro ſoci. & ad idem eſt textus in
l.ſi fratres,§.ſi inter fratres, iuncta glo.in verb.ſti
pendia,& in verb. ſalaria, ff.eo. & conſuluit Bal.
& alij per Rol. Valle. quæſt. centeſima vndeci-
ma ſui tractatus de lucro dotium. An autem ve-
niat communicandum cum fratribus mariti?
284 in hoc articulo varie locuti ſunt doctores, † vt
per Alex.in l.ſi cum dotem, §. tranſgrediamur,
num.12.ff.ſolu.matr.& per Roma.conſ.406.qui
refert quinque diuerſas opiniones, & quippe la-
tis confuſe loqũntur. Tu autem dic,quod ſi ver-
ba cõſuetudinis diriguntur ad filium eundem-
que maritum,quia dicit conſuetudo, maritus lu
cretur dotem, & tunc intrepide non tenetur
communicare dotes quæſitas fratribus,& eſt ra-
285 tio,† quia lucrum eſt aduentitium, & proinde
fratribus non communicandum, maxime cum
perueniat ex cauſa oneroſa matrimonij, per ea
quæ diximus ſupra eadem l.in ratione deciden-
di. Aut conſuetudo loquitur in eo qui recipit
dotes,vt is lucretur,& tunc viuo patre non lucre
tur,& venit communicanda,ſecus ſi caſus ſucce
dat eo mortuo,quia tunc mortuo patre non cõ-
municabitur,vt per Bar.ita diſtinguentem, in l.
dotem, ff de caſtr.pec.quod videtur valde equũ,
vt non communicetur per maritum ſubſtinen-
tem tot,& tanta onera matrimonij,ob quæ hęc
conſuetudo tribuit lucrũ marito, quæ conſuetu
do profecto multum fuit,& eſt honeſta,& valde
conueniens,ut inquit textus in c. Raynutius,ex-
tra de teſtamen. quem ad hoc allegat,& pro ſin-
gulari tradit Cremenſ.ſing.154.ſtatuto caueur.

Sed quid ſi maritus,qui ex hac conſuetudine
lucratus eſt dotes in pecunia, & in mobilibus cõ
ſiſtentes,prole ſuſcepta,& ſuperſtite,tranſit ad ſe
cunda vota, tenetur que iſtud lucrum reſeruare
filijs primi matrimonij,quibus debetur proprie-
tas,amiſſa per patrem ob tranſitum ad ſecunda
vota, pater autem remanet ſolum vſufructua-
rius,prout ſuperius tetigimus,& infra in conſue
tudine, c.8 & vide Ripam,l.fœminæ, num.68.
C.de ſecund.nup.& Picum in l.Titia cum teſta-
mẽto,§.Titia cum nuberet,ff.de leg.2.vbi quòd
286 in lucro nuptiali pater hoc caſu † remanet legiti
mus adminiſtrator: modo quæro,quam habeat
exinde pater poteſtatem? Reſp.dico omnia poſ-
ſe gerere,ac ſi perfecte dominus eſſet, vt eſt text.
287 apertus in l.cum oportet,† §.non antẽ, C.de bo.
quæ liber.ibi,pleniſſimam poteſtatem, quæ po-
teſtas nulli tam ampla datur vſufructuario, quæ
288 differentia †conſtituitur in l.fi.§.ſin autem,C.de
bon.quæ liber.ibi, & alijs omnibus quæ ab vſu-
fructuarijs extraneis exigi ſolent. Cum alij vſu-
fructuarij habeant ſolam cuſtodiam,ut per Arr.
Pinel.in l.1.par.1.a nu.17.C.de bonis matern.Ex
hac itaque prærogatiua uſufructus paterni non
tenetur pater ſatisdare de utendo, fruendo reb.
289 in quib.† habet vſumfructũ,prout cæteri uſufru
ctuarij tenentur, ad l.1. ff. uſufruct. quemadm.
290 cau.†nec de reſtituendo,nec rationem reddere,
nec alijs ſubiacere, de quib. in d.l. cum oportet,
§.non autem,idque ex maxima confidentia,quã
291 hẽt lex de patre erga filios, ut multis argumẽtis
comprobat And.Tiraq.in l.ſi unquã, in prin. ex
nu.25.C.de reuo.do.& ne dum in dictis lucris,ue
rum etiam in alijs bonis maternis,quę filijs quę-
292 runtur hodie,†imo etiam iure ueteri digeſtorũ,
ſecũdum And. Alc. in tres poſteriores C. lib.l.1.
C.de dec.ex Iulij Capitolini in uerbis in vita An
tonini,qui a diuis fratribus, id lege declaratum,
tradit,cuius reſcripti meminit Caius Iuriſconſ.
in l. ſacratiſſimi,C.ad S.C. Tertul. quamuis alij
aliter communiter affirment,ex eodem Alciat.
lib.paradox.4.cap.3.Itidem nec tenetur pater in
293 uentarium † de his conficere ſecundum cõiter
ſcribentes,ut id in ſpecie not.Bal.& Corn. in d.l.
cum oportet,§.non autem,per illũ tex.ibi in uer.
ratiocinia,qui dicunt ad confectionem inuenta
rij urgeri eos tantum,qui tenentur rationes red
dere,& ita uidiſſe ſeruari teſtatur Practicus Al-
ber.de Roſa.in l.1.num.11.C.de bon.matern.&
Cyn.in d.l.cum oportet,4.q.in fi.prout ſic fuiſſe
deciſum refert Nic.Boer.deciſ.61.numero quin
to,licet de prædictis dubitaſſet Spe.in tit.de inſt.
edi.§.uiſo,nu.14.Cuma conſ.89. numero 3. ubi
294 ſubdit,†honeſtius facturum parentem, ſi inuen-

tarinm conficiat,licet aliqui uelint patrem ad id
inuentarium conficiendum cogi poſſe a liberis,
cum diuerſa ſit ratio,reddendæ rationis, cautio
nis,aliorumque narratorum a quib. excuſatur,
ut in dicto §. ſinautem æs alienam, ut cõſiderat
Atri.Pinel.in d.l.prima,nume.23. cum hoc non
295 ſit onus,ſed probatio ueritatis,† ne tempore ali
quo bona occultentur maxime mobilia, ut per
Alex.conſ.58. numero 8.lib....quia reſpicit reſti-
tutionem faciendam poſt mortem patris, ne ab
296 aliquo fiat fraus,†idq; multis comprobat Pinel.
vbi ſup.Niſi tamẽ pater doloſe adminiſtret,tunc
297 enim † eius bona obligantur,& ipſe tenetur red
dere rationem,ſecundum Bald.& alios in d.l.cũ
oportet,§.fin.per tex. ibi, & uoluit gl. in d.§.non
autem,& ibi Pet.Phil.Corne. nume.3. hanc eſſe
communem aſſerit,idem Soc.tradit conſ.33.nu
mero15.& ſeq.lib.1.& Alex.in l.imperator, ff.ad
Trebel.quaſi doloſa adminiſtratio,non culpabi
lis, ſic reſtringatur,tradit Neguſ.in trac.de pign.
298 4.membro,2.parte,nu.13.& 16.Imò † etiam ceſ
ſante dolo ſi pater diſſipet,uel aliter noceat libe
ris,ſuccurritur eis,ut pater adminiſtratione pri-
uetur,ex traditis per Ale.in d.l.imperator,num.
6.& Arelaten.in l.generaliter,ex num.155. C. de
ſecun.nup.Doctor Palatios ruuios,in cap.per ue
ſtras,§.17.num.13.extra de don.inter uir.& uxo.
& in hoc ſufficit culpa,& negligentia tantum pa
299 tris † ad remouẽdum ab adminiſtratione,ſecun
dum magis communẽ opinionem, Bar. & alio-
rum,& maxime Ale.in d.l.Imperator,colum.2.
ff.ad S C.Trebel.& idem Paul.& Arelaten.in d.
l.generaliter,C.de ſecun.nupt.& Pinel. in d.l. 1.
parte1.num.34. Verum non ſufficit ad eum re-
mouendum ab adminiſtratione iſtorum bono-
rum ſit ſoluẽdo,& bona ſint mobilia,ſed requi-
ritur culpa talis,ut liberis non ſit conſultum, ut
300 per † Bar.& Imol.in d.l.Imperator, quod etiam
ampliant,ne dum in mobilibus,uerumetiam in
301 ſtabilibus † ſi notabilis culpa patris uerſetur in
ea alienando,uel abſque cauſa diſtrahendo, uel
ea non colendo,etiam ex his remoueatur admi
niſtratio, cum melius ſit ante tẽpus occurrere,
302 quã † poſt vulneratam cauſam remediũ cõque
rere,ut inquit Imperator,l.fi.C.in qui. cau.reſti.
in integ.non eſt neceſſ.quod quidem ęquius pu
tat Boer.d.deciſ.61.num.15.& late Arr.Pinel.in
d.l.1.parte prima,num.35. Illud tamen quod ſu
pra dictum eſt,quòd pro doloſa adminiſtratio-
ne,eſt reddenda ratio,ſeu computus, & bona pa
tris ſint obligata,intelligũt Doctores quo ad res
303 ipſas † filij,non autem quo ad fructus, hi enim
omnino ad patrem ſpectãt,qui potuit de illis ad
304 libitum diſponere, † ut colligitur ex d.l.fin.§.ſin
autem æs alienum,uerſ.quòd ſi pater, & ibi Sal.
in fi.uerbis,quæ quidem cauſa remouendi patrẽ
305 ab adminiſtratione procedit, † ne dũ ſi diſſipet,
uerum etiam ſi tam tenax ſit, vt deficiat in ne-
ceſſarijs, ut probatur authoritate eorum, quos
multos citat idem Arri.in d.l.1.par. 1.nume. 37.
ad fi.uide Alſan. colli.419.

Limitatur tamen in his patria poteſtas,vt hęc
306 bona † alienare non poſſit,in quib.habet vſum-
fructum,in qua uenit domínij tranſlatio,ad l.fi.
C.de reb. alie. non ali. uetum etiam hypothecæ
307 ſubmittere,† uel ſeruitutem imponere, ut d.l.fi.
Iaſ.in §.item ſiquis in fraudem,num.23. Inſt. de
act.& ſic intelligũt Doct. in propoſita materia,
tex.in l.fi.§.ipſum autem,ibi pignori & hypothe
cæ,ut intelligatur de omni alienatione, etiã lar-
308 go modo † ad l.alienatum,ff.de uer.& rer. ſign.
ſentit Alber.in d.l.fi.& ibi etiam Bald.& Salic.in
auth.ius porrectum,num.1.uerſ.eſt autem,C.de
ſacroſ.eccl.Berons in rub.de re.eccl.alie. ad fi. &
in c.nulli,eo.tit.Crot.in l.filiusfamil.§.diui, ff.de
leg.1.num.122.Soc.cõſ.75.nu.2.lib.1.& uideatur
Arrius in d.l.1.par. 3.nu.19. ubi optime reſpõdet
ad textum in d.l.1.C.de fun.dot.& ad l.alienatũ,
ff.de uerb.& rer.ſig.

Sublimitatur † tamen, ut bene poſſit pater
309 alienare † huiuſmodi bona filiorum,ex cauſa tñ
neceſſaria ęris alieni quod filius ſoluere tenetur,
iuxta tex. in l.fin.§.ſinautẽ æs alienum, C.de bo.
quæ liber.nec eſt neceſſarium decretum, quãdo
310 ſic pater alienat ex cauſa neceſſaria,†ſecundum
Azo.quem refert,& ſequitur Bald.in d.§. ſinau-
tem,in fi.& ibi Pau.Fulg.Corne.quæ opinio tan
quam communis ab omnibus eſt recepta, eam-
que comprobant Bal.Paul.Alexã. in l. præſes,C.
de trãſact.& alij a Tiraq.allegati in l.ſi unquam,
in prin.num.28.C.de reuo.don.poſt Rom.Aret.
Dec. Soc. & alios per eum citatos, & Iacobinus
in l.1.C.ſi aduer.uend.Affl.deciſ.393.nu.1.Bene-
dic.in ca.Raynutius,in uer.duas habens,nu.255.
extra de teſta.Pet.Loriotus,de conſang.Axiom.
40.Dida.Couar.lib.j.uar.reſol.c.8.nu.6.Arri. Pi-
nel.in d.l.j.par.3.num.21.C.de bon.mater.ubi aſ-
ſerit pro hac parte uidiſſe iudicari, quamuis alij
ſentiant contrariam partem: uerum loquuntur
de patre tutore,uel curatore filij, qui poteſt eſſe
in caſu quando ſunt filij emãcipati, uel nepotes
ex filio emancipato poſt emancipationem ſuſce
311 pti,† tũc enim pater ſine decreto alienare nõ po
teſt,l.3.C.de præ.min.l.ſi pupillorum,§.ſi pater,
ff.de reb.eorum,ut comprobant Alex.& Iaſ.per
Pinel.relati in d.l.1.par.3.num.22.Itidem nec de
312 his compromittere poſſit pater, † uel tran-
ſigere per regulam textus in capitulo cum tem
pore,extra de arbitr.Iaſ.in l.finali, numero 119.
C.de iure emphy.gloſ.& Doct.in conſtit.Regni.
Conſtitutionem diuę memoriæ,Phil.Dec. con-
ſilio44.per totum,& conſilio465.in fine,& con
ſilio 39.numero4.& copioſe Tiraq.de legi.con
nub.gloſ.5.num.202.cum ſeqq.Ant.Capi. deciſ.
93.Blanc.de compromiſ.quæſtio.3. numero 28.
cum ex his perueniatur ad actum alienationis
prohibitum ad l.Oratio,ff.de ſponſal.cum ſimi
libus.

Quę tamen licet patri ſint,ut ſupra prohibita,
313 non prohibetur exercere iura,& † actiones no-
mine filij,tanquam ipſius pater, ac legitimus ad
miniſtrator,ut per Bal.in l.prima.C.de bo. ma-
tern.ubi etiam alij communiter, & ibi Corne.
numero quarto,licet etiam quãdoque nomine
314 proprio agere poſſit,†ut tradit Arri. in l.prima,
par.2.ibique hoc comprobat,C.de bon.matern.

Atque

315 Atque etiam ſi nobilis ſit perſona, donare per
mittit, cum aliquo tamen moderamine, l. filius,
ff. de dona. verſic. nonnunquam ex cauſa nobili-
tatis, id permitti videtur. gloſ. in l. contra iuris, §.
fin. in verbo, non habere, ff. de pact. pro quo ad-
ducitur pulcher tex in l. cum plures, §. fi. ff. de ad-
min. tutor. ibi, pro facultate patrimonij, pro di-
gnitate natalium conſtituit alimēta ſeruis liber-
tiſque, nonnunquam, & exteris ſi hoc pupillo ex
pediat, præſtabit: ſolemnia munera parentibus
cognatiſque mittet, quem tex. ſatis commendat
Barba. in capitulo primo, Io. Lup. in reper. rubr.
extra de don. inter virum, & vxorem, §. 9. num. 5.
Alex. Iaſ. & moderniores in l. pactum curatoris,
C. de pact. Tiraq. in tract. nobi. cap. 37. licet ea pro
curatori, vel adminiſtratori, non ita ſint permiſ-
316 ſa, † vt in d. l. contra iuris, §. fi. Concludе igitur pa
trem lucratum dotes, quo ad vſumfructum, &
317 proprietatem, ſi tranſit ad ſecunda vota, † amit
tere proprietatem exiſtētibus filijs ex priori ma
trimonio, huiuſmodi poteſtate, vſufructu rema
318 nentibus, vt ſupra diximus. † Lucrum quod fa-
cit filiusfamilias notarius, vel actorū magiſter
cenſetur ex quaſi caſtrenſi peculio, vt de eo poſ-
ſit etiam teſtari, vide Capp. Tholoſ. quæſt. 10. &
ibi Steph. Aufrer. quod nota. addit. Carau. ſuper
ritu mag. Curiæ Vicariæ, nu. 201.

Datas & traditas. Et ſic nota, ꝙ hic dicitur, ꝙ
non ſufficit promiſſio dotis, niſi fuerit data, &
tradita, cum conſuetudo dans lucrum dotis, ha-
319 beat locum in dote non promiſſa, † verum data,
& tradita, vt per Bart. in l. iubemus, §. ſane, C. de
ſacroſanct. eccleſ. & pro ſingulari tradit Matthe.
ſing. 74. Vtrum autem dos dicatur tradita, ſi do
tibi filiam, vel ſororem meam in vxorem, & tu
320 ſororem, † vel filiam tuā mihi, vel filio meo, ita
vt nullam dotem des, vide Iſer. & Afflict. in con
ſti. Regni, vt de ſucceſſionibus, & Caſſan. in con
ſuet. Burgund. rubr. 7. §. 12. in ver. conſtitue. licet
prædicti Doctores loquantur quo ad excluden-
dum eas a ſucceſſione parentum, & vide Ioan.
Paul. Balzar. in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feu. col. fi.
ſeu penul. num. 25. verſic. quid ſi do, vbi dicit, ꝙ
321 in re eſſe dicitur, † quod eſt in veritate, l. quod ſi,
iuncta gl. fi. ff. de acq. hær.

Et robbæ, & ornamenta ſibi remaneant. Vxore ergo mortua
prole ſuſcepta, vltra
322 dotes lucri factas remanent † eidem marito rob-
bæ, atque ornamēta vxoris defunctæ: ſed an om
nes veſtes quas fecit vxori, & ornamenta, poſſit
maritus hoc caſu ſibi retinere? dic quod Bartol.
in l. fin. ff. ſolu. mat. dicit quòd pretioſas tantum,
323 non quotidianas, Cappel. Thol. q. 336. † vbi ad-
ditio Aufrer. & idem Caſſan. in conſue. Burgun.
Rubr. quarta, §. 6. col. 4. carta 151. verſ. ad prædi-
ctam materiam, Pet. Iac. Aureliacus in form. lib.
ſeu in tit. rer. amota. Sed cum hæc conſuetudo lo
quatur de robbis, & ornamentis, & ſic generali-
ter, & indefinite, vtiq. apud maritum remanent
324 omnia † ſiue pretioſa, ſiue quotidiana, ſeu ad
vſum quotidianum, vt ſētit Caſſ. in loco præcita
to, verſ. dicit tamen Decisio. Indefinita namque
æquiualet vniuerſali, l. ſi ſeruus, ff. de ſeru. vrb.
325 præd. & † l. ſi pluribus, ff. de leg. ſecundo, etiam in
in ſtatutis, vt per Dida. Couar. libro 1. varia. reſol.
cap. 13. nu. 8. verſic. quarto hinc paret veritas, &
vide Bart. Dec. & Cagn. in l. 1. ff. de re. iur & Din.
in rub. de reg. iur. lib. 6.

Sed antequam ad vlteriora progrediar, quæ-
ro, cui incumbat onus probandi, prolem fuiſſe
ſuſceptam, vel non ſuſceptam? Reſp. & dic, onus
326 eſſe mariti hoc probare, † ſcilicet prolem fuiſſe
ſuſceptam, per reg. ei qui. de reg. iur. in 6. non aūt
mulieris, ſeu eius hæredis, cū etiam hæredes mu
lieris ſatagant negatiuam, quæ de iure eſt impro
327 babilis, l. actor, † C. de prob. c. bonæ, el primo, ex
tra de elec. ſicut dicitur de ſubſtituto, ſi hæres de
ceſſerit ſine filijs, qui habet fundatam intentio-
nem ſuam, vt præſumatur hæres deceſſiſſe ſine
328 liberis, & conditionem extitiſſe, † vt per Alex. in
conſ. 39. viſo themate, volum. primo, quod eſt
repertum, conſ. 29. li. 2. & pro ſing. tradit Anan.
ſing. 354.

329 De † modo tamen probandi negatiuam, &
quomodo probetur, & in quibus caſibus, vide
Caſtell. Cotta eius memor. in ver. negatiua. Ca-
uere tamen debet teſtis tanquam ab igne, ne de
ponat ſuper negatiua non coarctata loco, & tem
330 pore, † nam eo ipſo ꝙ deponit, incidit in falſum,
ita ſing. Ang. in l. pen. § docere, ff. ne quis cum,
qui, & ante eum voluit Bal. in c. 1. §. ſi quis per tri
ginta, ſi de feu. fuer. contro. col. 1. verſ quid è con
tra, Alex. in l. 1. col. 1. & ibi etiam Iaſon. col. 4. ff. ſi
quis ius dicen. nō obtemp. Cor. conſ. 125. col. pen.
vol. 4. Alex. conſ. 65. col. 2. lib. 1. & conſ. 135. co-
lum. 3. in fine, & ſeq. eodem vol. & inducit ſuſpi-
331 ctionem † contra teſtem, vt per Bal. cōſ. 352. ma
teria feudorum, col. 2. vol. 1. Caſtel. Cotta in ſuis
memor. in ver. teſtis cauere.

Et vir faciat vxorē hono-
332 rifice ſepelliri. Maritus † ergo lucra-
tus dotem tenetur vxo
rem honorifice ſepelliri facere, ſm hanc conſue
tudinem, cū alias de iure cōi mortua vxore non
333 teneat maritus vxorē † mortuā ſepellire de pro
prio, ſed de patrimonio mulieris, & de dote. l. ſic
pro rata, ff. de relig. & ſump. fun. nā cum ſit mor
tua, non tenetur amplius vir ſubire onera, licet
ea exiſtēte infirma, teneatur ſubuenire de alimē-
334 tis † medicis, & omnib. neceſſarijs propter debi-
tum onus matrimonij, quod onus ſi nō ſubſtine
ret, non debet, nec ex pacto, nec ex conſuetudi-
335 ne lucrari dotem: † & quod dictū eſt de marito,
idem dr̄ de vxore, quę non tenetur de proprio ſe
pellire, ac iuſta facere defuncto viro, ut late per
336 Bar. † Caſſ. ad conſue. Burg. rub. 4. §. 10. col. 1. ver.
Bal. in l. quod in uxorem, C. de neg. geſt. ſed quia
337 lucratus eſt dotē, iccirco † tenetur pro dote lucri
facta ſepelliri facere uxorem, facit text. in l. cōtra
quoque, ff. de rel. & ſump. fun. ibi, & uirū pro por
tione dotis, quā lucratus eſt. Aequiſſimum. n. ui-
338 ſum eſt ueterib. mulieres, quaſi de patrimonijs

ſuis,ita de dotibus funerari, & eum qui morte
mulieris dotem lucratur in funus conferre debe
re,tex.eſt formalis,in l.in eum,ff.de reli.& ſum-
pt.fun. Immo ſi maritus nõ lucratur dotes illas
quę eſſet reſtiturus patri defunctæ mulieris,vt
dicitur in ſecunda parte huius conſuetudinis in-
fra,in verbo.ſi autem vxor,quando ſcilicet mo-
ritur vxor filio non ſuſcepto, vir tenebitur vxo-
339 rem funerare de pecunia dotali,†& in reſtitutio
ne dotis tanto minus reſtituet, vt ibi dicitur,&
idem de iure communi in hoc,l.ſed ſi nondum,
ff.de relig.& ſumpt funer. quæ procedunt dote
conſtituta,& iam ſoluta viro,ſed ſi nulla dos fuiſ
ſet conſtituta,nec promiſſa,ſed duxiſſet vxorem
340 ſine dote, † tunc maritus non teneretur facere
expenſas funeris in vxorem, ſed pater mulieris;
ſi non ſit pater, hæredes mulieris, niſi pater, vel
hæredes mulieris non ſint ſoluendo, quia tunc
341 maritus tenetur in quantum facere poteſt.† l.ꝙ
ſi nulla,ff.eodem. Sed quid ſi mulier vltra dotes
habet alia bona, nunquid maritus hoc caſu te-
neatur funerare?videtur quòd nõ, quia quoties
remanet dos pęnes virum,& alia bona,vltra do
tes,tunc vxor eſt funeranda,tam ex dote, quam
de cæteris bonis,l.celſus,& l.ſequenti, ff. de reli.
& ſump.fun.

Contrarium tamen mihi videtur, quòd imò
maritus teneatur ſolum ex dotib. lucrifactis ex-
342 pendere in funus vxoris, †quoniã ita maritus lu
crifacit dotes,vt tamen faciat vxorem honorifi
ce ſepelliri,quod patet ex fine huius conſuetudi-
nis,vbi maritus reſtituit dotes deductis expenſis
factis in funere vxoris, & reſtituit omnes alias
343 res vxoris ſolum retento lecto,vnde †clare patet
expenſas eſſe deducendas de dotibus, etiã quòd
alia bona mulier haberet, nec obſtat,text.in di-
cta l.Celſus,non enim ibi dicit patrem, vel hære
344 des mulieris tenere bona extra dotem,†& mari
tum retinere dotem,ſed bene quòd maritus re-
tinebat bona mulieris,& dotem, quo caſu de v-
triſque funeranda eſt vxor, nec etiam obſtat.l.
veluti,ſequens, dum exemplificat, quòd dos e-
rat centum,in hæreditate ducenta, vnam partẽ
vir,duas autem partes hæres,& ſic pro rata con-
ferrent,iuxta l.ſic pro rata, eodem tit. quoniam
345 illa iura procedunt,quando maritus †non lucra
tur dotes,ſed tantum illas retinet ſuo tempore,
poſt annum reſtituendas, tunc conferet pro ra-
ta,ſecus in caſu huius conſuetudinis,quæ dat lu-
crum marito,quia maritus tenetur de dote tan-
346 tum expendere,dicta l.in eum,†& l.contra quo-
que in fine,eodem titu.Boer.in deciſ.244. num.
9.& ſic maritus tenetur de dote per eum lucrifa
cta funeris expenſas vxoris defunctæ erogare,
347 qui totam dotem lucrifecit,ſecundum †hanc cõ
ſuetudinem,& pro rata ſi rata tantum ex pacto
de iure communi lucrifeciſſet,vt dicta l. Celſus,
ff.eodem,& ſic concordat cum iure communi,
quod pro ſingulari tradit Petr. Rauenna Sin-
gul.781.

Et nota illud verbum, honorifice, talis enim
honor debet adhiberi per maritum vxori defun
ctæ,qualis debetur a ſubditis maioribus, illud
348 enim † importat hoc nomen honorificentia,vt
l.2.C.de off.diuer.iud.& l.potioris,C.de off.rect.
349 prouin. Honeſtus † tamen modus eſt adhiben-
dus in funere,nec immoderatus cuique luxus ſe
quendus, l.ex damni,ff.de dam. infect. caueat e-
350 tiam † maritus vxorem defunctam ſepulturæ
tradens,ne pretioſas veſtes,& ornamenta vxoris
cum eius cadauere condat, quia hæres vxoris re
petere poſſet,nam hoc factum improbatur,nec
oportet ornamenta cum corporibus cõdi,quod
351 ſimpliciores homines faciunt,†vt inquit Iuriſcõ
ſultus,in l.at ſi quis,§.funeris,ff.de relig.& ſump.
fune.& rerum quas vxor detulit in domum viri
352 repetitioni locus eſt, † l.ſi ego,§.dotis,ff.de iur.
dot.vt per Lud.Rom.conſil.254 in facto, & Io.
Duran.de art.teſtan.tit.de ſepult. caute. quinta,
admonet prędicta,licet rationale diuinorum of
ficiorum,lib 7.ca.35.de off.mortuorum, colum
na pen.dicat mortuos dum ducuntur ad ſepultu
353 ram non eſſe induendos † veſtibus communi-
bus,debent habere caligas circa tibias, & ſotula-
res in pedibus,vt per hoc ipſos eſſe paratos ad iu
dicium repræſentetur.

Et multa de funeralibus, vide per Rebuff. ad
conſt.Regias in tit.de ſenten.prouiſio.in princ.à
num.40.

Et vxor poſſit inuito viro,vel patre viri legare decimam partem dotis aſſignatæ in pecunia pro anima ſua,nõ computatis in ea expenſis factis in funere, quas maritus facere tenetur.

Nunquid autem hæc conſuetudo, quæ vult, ꝙ
mulier iſta non poſſit diſponere de dote ſua cõ-
ſiſtente in pecunia, niſi de decima, ſit fauorabi-
354 lis,vel odioſa?& † videtur quòd ſit odioſa cũ de
iure communi maritus,niſi ex pacto non lucre-
tur dotes,ſed dos mortua vxore redit ad dotan-
tem,vel ad hæredem mulieris integrè, vt in l. v-
nica,C.de rei vxor.act.l.aſſiduis,qui pot.in pign.
habe.cap.1.& 2.& capitulo nuper, extra de dot.
poſt.di.reſt.è conuerſo,videtur fauorabilis,cum
355 aliqua † parte hæc conſuetudo concedat diſpo-
ſitionem pro certa parte, ideſt decima pro ani-
ma:Solutio,dic quòd quatenus reſtringit pote-
356 ſtatem mulieris,†vt de dote, quæ eſt proprium
mulieris patrimonium.l.3.§.ſed vtrum.ff.de mi-
no.non poſſit diſponere,eſt odioſa, & ſtricte in-
terpretanda, quatenus vero de fauore mulieris
debet large interpretari.c.odia de reg.iur.in 6.vt
per Roman.conſilio 448. incip. videtur primo.
Ex quo infertur ad quæſtionem,nunquid ſi mu
357 lier habet æs alienum,† an ſit deducẽdum,vt eo
deducto diſponat de decima dotis, verbi gratia,
ſi mulier habens filios ex primo matrimonio
tranſit ad ſecunda vota,non poteſt in dotem da
re, niſi pro rata tangente vnum ex dictis filijs,
vt ſi habeat tres filios,nubendo non poteſt in do
tem dare,niſi quartam partem,& ſi ex conſuetu
dine maritus lucratur illam quartam,mulier de
ducto

358 ducto ære alieno,† & omnib. oneribus diſponet
de iſta decima, vt per Roma. in præallega. conſi-
lio 248.
Quid autem ſi hæc mulier velit diſponere ad
pias cauſas, vltra decimam, nunquid poſſit, &
valeat huiuſmodi diſpoſitio? Dic non valere, ni-
359 ſi vſque ad decimam,† vt firmat Soc. conſil. 48.
colum. prima, in prin. verſi. nec obſtare videtur,
360 vbi † dicit, quòd etiam diſponendo ad pias cau-
ſas non poteſt tollere hanc conſuetudinē, & per
Anchar. conſ. vigeſimoquinto, quod valde no-
tandum.
361 Et † an poſſit mulier de hac decima diſpone-
re inter viuos? verbum enim, diſponere, & legare
trahitur ad vltimas voluntates, l. 1. vbi gloſ. ff. de
362 tab. exhib. † & quid ſi infirma ea infirmitate, de
qua moritur, donat inter viuos, debeat iudicari
contractus inter viuos, vel vltima voluntas? de
363 quibus vide Caſſan.† ad conſuetud. Burgun. tit.
quarto, §. tertio, carta 133. col. 1.
Nūquid de alijs bonis extra dotem poſſit mu
lier iſta diſponere? & breuiter dic quod ſic pote-
364 rit ad ſui † libitum diſponere, ſecundum ius cō-
mune, cum hæc conſuetudo ſe reſtringat ad di-
ſpoſitionem de decima parte dotis in pecunia,
365 non autem de alijs † bonis, ſcilicet paraphema-
libus, vel extra dotem, quæ qualia ſint, ſuo loco
dicemus.
Num autem diſponet de corredo? videbatur,
366 quod † non, quia conſuetudo dicit robbæ, & or
namenta viro remanent, ergo de eis diſpone-
re mulier non poteſt. Tu dic, quòd poteſt diſpo-
nere de corredo: nec obſtat quod dixerit robbæ,
& ornamenta remanent viro, nam loquitur de
robbis, & ornamentis per virum vxori factis, &
aſſignatis, nō autem de corredalibus, quas vxor
è domo patris adduxit, nec conſuetudo odioſa
367 eſt amplianda,† ſed potius reſtringenda ad limi
tes ſuos, & ſic ad dotes in pecunia, inter quæ eſt
differentia, l. ſi ego, §. dotis, ff. de iur. dot. & l. ple-
runque, §. res in dotem, ff. eod.
368 Ex † quo infertur, ꝙ de dote in ſtabilibus conſi
ſtente bene poterit diſponere, non enim de his
loquitur hæc conſuetudo, ſed de dotibus in pe-
cunia, in dotibus enim ſtabilibus obſeruantur iu-
ra communia, vt dicitur infra conſuetu. ſi bona
ſtabilia, capitu. 10. & remanent in diſpoſitione
iuris communis, l. commodiſſime, ff. de liber. &
369 poſthu.† l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolu. matrim. cum
ſimil.
Sed cum hic dicatur legare, nunquid ſi titul.
370 vniuerſali † hæredem reliquerit in hac decima
parte dotis, an valeat inſtitutio? dic quòd bene
valet, nā verbum, lego, quod eſt particulare, tra-
hitur ad inſtitutionem hæredis, ſecundum ſubie
371 ctam materiam,† l. verbis legis, ff. de verbor. &
rerum ſignific. Bened. in capitulo Raynutius, in
verbo, reliquit, extra de teſtamen. & ad vltimam
voluntatem, Caſſan. conſilio ſexto, numero de-
cimo.
Et idem dic, ſi donaret cauſa mortis, vide glo.
372 conſuetud.† Neapolit. in ver. diſponere, in tit. de
mulier. haben. fili. quali. de doti. diſpon. Et quid
ſi in vita donaret pro anima? dic habere vim
373 legati, † ſi vſque ad extremum vitæ perſeue-
rauerit, per ea quæ dicuntur in l. fin. C. de pact. &
Caſſan. in conſuetud. Burgun. rubrica quarta, §.
nono, verſiculo primo, quod omnes leges, carta
173. colum. tertia, adde Rebuff. libro ſecundo,
ad conſt. Reg. tit. de don. gl. 1.
Et an huiuſmodi legatum decimę pro anima
374 factum, valeat † ſi non per modum quotæ, ſed
per modum quantitatis ſit factū, videlicet ſi dos
eſt mille, leget pro anima centum? & an ſi vltra
decimam relinquat, corruat legatum, vel reddu
375 catur ad decimam,† cum in maiori ſumma in-
eſt minor, & vtile per inutile non vitietur, l. pri-
ma, §. ſed ſi ſtipulanti, ff. de verborum obliga. de
quo brocardo, vide ibi per ſcriben. & per Dyn. in
capitulo, vtile per inutile, de regul. iur. in ſexto, &
per Afflict. deciſ. 70. & Couar. varia r. reſolut. capi
tulo decimo ſexto, Anan. Singul. 327. & in ad-
ditio.
Certe cum quātitas ſit diuidua, & fauore ani-
mæ tenet legatū in eo, quod valere poteſt, ſi non
376 valet in toto quod teſtatrix valere voluit,† vt per
Doctores in locis prædictis, vide Mattheſ. nota-
bil. 140.
Sed an prohibitus teſtari, vt puta vſurarius, iux-
377 ta ca. quamquam,† de vſur. lib. 6. poſſit codicilla
ri, legare, donare cauſa mortis, vel pro anima?
dic quod nequaquam, vt per Doct. in d. capitu.
quanquam, Bald. in conſ. 162. volu. 1. & in l. 1. C.
de ſacroſan eccleſ. in 3. quæſt. in fine, & addit. ad
Din. in cap. 1. reg. iur. in 6. in verbo, commiſſum.
Sed moueo dubium, cum de decima parte do
tis poſſit mulier diſponere legando pro anima
ſua, non autem vltra decimam, immo vt ſupra
dictum, eſt legatum vltra decimam, etiam per
modum quantitatis, redducitur ad partem ali-
quotam decimæ tantum, nec de alijs partibus
poterit diſponere, ſcilicet de nouem partibus, &
ſic eſt excluſa a poteſtate teſtandi, & legandi, vt
per hanc conſuetudinem: Sed cum conſuetudo
ſit tacitum pactum ciuium, vt per gloſ. rubrica-
riam, C. de decret. decur. libro decimo, cum per
378 pactum† non poſſit adimi facultas diſponendi,
ſic etiam per conſuetudinem cum ab vno ad a-
379 liud ſit validum † argumentum, l. non impoſſi
bile, ff. de pact. Tu dic, quòd licet per pactum pri
uatorum non poſſit adimi facultas diſponendi,
vt l. pactum, quod dotali, C. de pact. & in l. ſtipu-
latio hoc modo, ff. de verborū obligatione. Tū
380 non ſic in conſuetudine, quæ † habet vim pacti
publici, quod eſt lex, Inſtitu. de iur. natur. gent &
ciui. §. lex eſt, & §. conſtat, igitur ſicut lex poteſt
liberum arbitrium coercere, l. ſecunda, ff. de le-
gi. ita conſuetudo, vt arguit in ſimili glo. Neapo-
litana conſuetud. in verbo, tantum, in titulo qua
liter muli. non habens fili. de do. diſpo. poſt. in
conſuetud. prima.
Tum quia contrahendo mulier, ſecundum
381 hanc conſuetudinem, † quaſi contraxit cum e-
ius viro de lucrando dotem, ex quo pacto ius
quæſitum eſt viro, a quo euelli non poteſt, l. ſi.
ff. de rei vendic. & in regu. ius noſtrum, ff. de

382 regulis iuris. Nec † valet argumentum de pa-
cto ad conſuetudinem negatiue, ſed affirma-
tiue tantum, ut per Doctores omnes in dicta l
non impoſſibile, ff. de pactis, & cur de deci-
ma, non autem de ſexta, vel alia quota poſſit di-
ſponere? dic quòd hæc ſunt iuris poſitiui, & ſunt
ad beneplacitum legum latoris, ſicut dicitur de
præſcriptione decennali per Doctores in rubr.
C. de præſcript. long. temp. argumen. l. non om-
nium, ff. de leg. & forſan, quia decimam debe-
mus Domino, capitulo reuertimini, 16. quæſtio-
ne ſeptima, de qua materia vide Afflict. in con-
ſtit. Regni. Quanto, de decimis, & Didac. Couar.
libro primo variar. reſol. capitulo 17. Et nota ibi
pro anima quæ cunctis alijs rebus eſt præferen-
383 da, † l. ſancimus, C. de ſacroſanct. eccleſ. & corpo
ri, capit. ſedulo, 38. diſtinct. Quæ autem ſint illa
legata pro anima, ſeu quæ dicantur legata pia?
dic breuiter, id quod legatur pro exoneratione
384 conſcientiæ † ipſius legantis, vide pro hoc allega
ta per D. de Franchis, deciſio. 237. Similiter lega
tum pium dicitur id, quod eſt pro anima factũ,
glo. in l ſiquis Titio, ff. de leg. ſecundo, & Bald. in
l. prima, colum. 2. C. de ſacroſan. eccleſ. & † ſi le-
385 getur conſanguineo pauperi, gl. in ca. ſecundo,
de ſepultu. & quando dicatur legare pro anima,
vide Caſſan. in conſue. Burgund. tit. 7. §. 2. verſic.
aduerte quando dicatur, carta 231. columna 2.
386 Item † pro redemptione captiuorum, vel ſi le-
gatur eccleſiæ, vel hoſpitali, vel pauperib. in au-
then. de eccleſ. ritu. §. ſi autem, & ibi not. & in §.
387 ſi autem hæres, vbi † etiam gl. item ad reſtitutio
nem pontium, murorum ciuitatis, & itinerum,
l ad inſtructionem, C. de ſacroſanct. eccl. l. nulli,
388 circa finem, † C. de epiſ. & cler. & relictum miſe
rabilibus perſonis, per Spec. in tit. de inſtru edi. §.
nunc aliqua, verſic. ſcias, Innoc. in ca. ſignifican-
tibus, de off. & pot. iud. deleg. Item pro refectio-
ne domus, l ſiquis pro redemptione, §. fina. C. de
do. Pium etiam dicitur legatum, quod relinqui
389 tur virginib. † maritandis, l. cum is, §. fi. ff. de con
di. indebi. & in cauſã dotis, l. ſi is qui, §. ſi mulier,
ff. de cond. ob cauſ. & alijs modis quos enumera-
re laborioſum eſt potius quam ſubtile, vide Ca-
tel. Cotta in memor. in verbo, anima, & Caſſa. in
d. tit. 7. § 2. car. 231. col. 2. & ſi inſtituit, vel legauit
390 diuiti, quem pauperem † etiam credebat, debet
ei auferri, & in alios pios vſus conuerti, Mattheſ.
notab. 181.

391 Multæque † ſunt pij huius pro anima legati,
prærogatiuæ, ſcilicet, quia debetur etiam ante a-
ditam hæreditatem, vt per Innoc. & alios in cap.
Ioannes, & ca. cum tibi, extra de teſtam. Abb. &
Barb. in c. indicante, eodem tit. Cappel. Tholoſ.
quæſt. 89. Lapus alleg. 92. Bart. in l. eam quam, C.
de fideicom, & Aufrer. in addit. ad dictam q. 89.
392 & † debetur etiam nutu factum hoc legatum,
& non condito teſtamento, nec facta inſtitutio-
ne hæredis, Boer. deciſ. 41. circa prin. & dicit Bal.
in l. eam quam, C. de fideic. quòd omne relictũ
393 pro anima † debetur a quocũque ſucceſſore, ad-
hibita tamen ſollemnitate, alias ſecus, vbi etiam
dicit duos tantum teſtes ſufficere de iure cano-
394 nico, cap. relatum, extra de teſtam. & † valet te-
ſtamentum ad pias cauſas conditum duobus te-
ſtibus adhibitis etiam non rogatis, etiam mulie
ribus, Gugl. de Bened. in cap. Raynutius, in verb.
teſtamentum, el primo, nume. 68. extra de teſta-
395 men. & † iſtud ſane intelligas in legato vere fa-
cto pro anima, ſi tamen fieret hoc legatum ami
co, vel coniunctæ perſonæ adiecto pro anima,
vel cauſa pietatis, illud eſſet in fraudem præſum
ptam, vt habetur in l. illud, C. de ſacroſan. eccleſ.
vbi Bald.

Sed quæro nunquid hęc mulier habens patrẽ,
& ſic ſub patria poteſtate exiſtens, poſſit teſtari,
396 vel legare? dic breuiter, † quòd non, cum teſtari
397 non poſſit, etiam patre permittente, † & conſen
tiente, l. qui in poteſtate, C. qui teſt. face. poſſ. nec
398 etiam donare cauſa mortis, † niſi patre conſen-
tiente, l. tam is, §. fi. ff. de don. cau. mort. Loriotus
de tut. Axiom. 70. Curt. iun. conſ. 152. col. 1. & 2.
399 cum rerũ † ſuarum adminiſtrationem non ha-
beat, §. item is, Inſt. quib. non eſt permit. face. teſt.
400 Cum † igitur mulier etiã nupta, ſit in poteſtate
patris, nec ob matrimonium ſoluatur, ac libere-
tur ab ea de dote, teſtari non poteſt, neque habet
priuilegium de dote teſtandi, quemadmodum
401 id † habet filiusfamilias de bonis caſtrenſibus,
402 vel quaſi, † cum id non reperiatur iure cautum,
vt inquit, Bal. in l. 2. colum. pen. C. de hære. act. &
in l. ſenium, C. qui teſt. facer. poſſ. & in l. penul. C.
de falſ. cauſ. adiect. & in auth. ſed ſi quis, C. de ſec.
nupt. columna 8. allegat notata in l. filiæ, ff. ſolut.
matr. nec etiam patre conſentiente valet teſta-
402 mentum de dote, † ſecũdum Bal. in d. l. ſenium,
& Alex. in conſ. 18. col. 1. volum. 2. Bar. conſ. 130.
Iaſ. in d. l. ſenium, & in l. poſt dotem, ff. ſolut. ma-
trimon. Franch. in rub. de teſtamen. in ſexto, Iul.
Clar. libro 5. recept. ſenten. §. teſtamentum, quæ-
ſtione prima, in princ. Bauer. Inſt. de teſtam. §. 1.
Gramma. conſ. ciu. 87. numero quarto, & com-
munem teſtatur Io. dilectus, de arte teſtan. in 1.
titu. Theſau. in deciſ. Pedem. 150. etiam ſi adhũc
actum emancipetur, niſi ad pias cauſas, Guid. de
403 Bened. in capitulo Raynutius, † in ver. matrem
cleram, numero vigeſimoſeptimo, cum ſequen.
extra de teſtamen. vbi tamen ponit vndecim ca
404 ſus † notabiles, quibus permittitur filiofamilias
teſtari, & quòd per ſtatutum poſſit habilitari fi-
405 liusfam. ad teſtandum, & † an tunc cenſeatur ha
406 bilitatus ad donandum cauſa mortis? † & quid
ſi data fuerit licentia per patrem filio donandi
407 cauſa mortis ad pias cauſas, † nũ ea poſſit reuo-
cari? quòd non, vt per Bened. in loco prædicto,
numero 26. prout ſic fuiſſe deciſum in S. Regio
Conſilio Neapolitano audio in quadam cauſa
mulieris Auerſanæ, quæ diſpoſuerat in teſtamẽ
to cum eſſet ſub patria poteſtate, vide Alfan. col
le. 135. & 198.

408 Succeſſiue † quæro quid ſi frater nuptui tradi-
dit ſororem, quæ promiſit dotẽ reſtituere fratri
dotanti in caſu ſoluti matrimonij, nunquid mu
lier poterit diſponere de hac decima dotis, in ca
ſu huius cõſuetudinis? Reſp. q Luc. de Pen. in l. j.
C. de imp. lucra deſcrip. diſtinguit poſt multa ar-
gumen-

gumenta ad partes, vt in dote data à fratre de bo
nis, & hæreditate paterna, mulier poſſit diſpo-
nere, non obſtante pacto reſtitutionis in inſtru-
mento dotali adiecto, cum frater teneatur do-
409 tare † ſororem ſecundum conſtitutionem re-
gni, In aliqnibus. ſecus vero ſi frater, vel quinis
extraneus dotauerit de proprio cũ pacto, quod
dos integre ſibi reſtituatur, tunc enim dos redi-
re debet ad dotantem, nec poteſt mulier de ali-
410 quo diſponere, † nec maritus aliquid lucratur
vigore huius conſuetudinis, niſi aliter in capitu-
lis dotalibus ſit dictum, vel niſi nullum eſſet fa-
ctum pactum, tunc enim cenſetur donaſſe ex-
411 traneus dotans. ad l. fin. † C. de dot. promi. & l.
vnica, §. extraneum, C. de rei. vxor. act.

Sed quia dictum eſt, quod vltra decimam le-
412 gare non poteſt, † nunquid autem poſſit hæc
mulier vltra decimam legare, ſeu diſponere per
413 fideicommiſſum? † dic breuiter, quod non, quo
niam quod vna via prohibetur, non cenſetur a-
414 lia eſſe permiſſum, in reg. † cum quid, de reg.
iur. in ſexto, & qnia titulus legati comprehen-
dit inſtitutionem, legatum, & fideicommiſ-
ſum, vt late per Gloſ. conſuetu. Neapolit. in con-
ſuetu. Si qua moriens. in verb. relinquere, titulo
qualiter muli. habens fili. poſſit de dot. diſpo-
nere.

415 Num autem hæc diſpoſitio de decima dotis
militet indiſtincte in qualibet dote ſiue profecti
tia, ſiue aduentitia? dic quod cum loquatur indi-
416 ſtincte, † & generaliter, generaliter eſt intelligen
da, l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. 1. §. genera-
liter, ff. de leg. præſtan. cum ſimil. niſi aliter per
pactum dotantis expræſſe ſit conuentum, quia
quilibet rei ſuæ poteſt legem apponere quã vel
let. l. in concedendo, ff. de aqua plu. arce. l. in tra-
ditionibus, ff. de pact. l. ob res. ff. de pact. dota. l. 3.
in fin. C. de contr. empt. l. legem. C. de dona. cap.
verum, extra de con. appoſi. cap. nullus, de ſeruis
non ord. cap. requiſiſti. de Teſtam. cap. Eleuthe-
rius. 20. quæſt. 2.

His ceſſantibus adimplenda eſt voluntas mu
lieris pro anima præmiſſum legatum faciens,
quod legatũ ex ſolo iudicis officio exequi, & pe-
417 ti poteſt, † nam ex mora hæredis non debent re-
tardari animę ad ſalutem, quod eſt notandum
contra executores piorum legatorum, Lupus in
repet. rubricæ de don. inter vir. & vxor. §. 65. nu.
418 18. † etiam ad inſtantiam cuiuſcunque inſtari,
quod ſoluatur. Bart. in l. ciuitaribus, ff. de leg. pri-
mo. Hippoli. in l. ſiquis ne quæſt. ff. de quæſt. nu.
419 106. † & ſi huiuſmodi legatum pro anima fa-
ctum, reperiatur cancellatũ in teſtamento, prę-
ſumitur fauore animæ cancellatum ſine inten-
tione teſtatoris, ac debetur, caſus eſt in l proxi-
me, ff. de his, quæ in teſta. delen. vbi Bart. & ſequi
tur Ludo. Roma. in repet. Auth. ſimiliter, col.
17. C. ad l. falci. quod pro ſingulari tradit Corſet
tus in ſing. in verbo. Cancellatio. quòd ſi eccleſię
420 ſit factum cum certo onere, † deinde per Te-
ſtatricem translatum in aliam eccleſiam ſimpli
citer, num videatur trãslatum cum eadem qua-
litate, atque eodem onere, & conditione. Ro-
man. in ſing. 661. quæſtio.

421 Nec de † huiuſmodi legato ſoluitur gabella per
422 ſtatutum debita, † nec requiritur in eo inſinua-
tio, vt dixit Bald. in l. ſi ſeruo. §. extorquere, ff. de
hær. inſt. & de ratione vide Barba. in c. Rainal-
dus in Ioannina. extra de teſtam. Corſet. in ſin-
gul. ſuis in verb. ſtatutum.

423 Ex his inſertur † Iudęo hoc legatum fieri non
poſſe, l. 1. C. de hæret. & qua pęna puniatur etiam
poſt mortem, c. ſiquis epiſcopus, extra de hære-
ticis. Roma. in ſingul. 735.

Et nota, quod dicitur inuito viro, vel patre vi-
424 ri poſſe diſponere, † & legare decimam dotis, vt
liberum in hoc habeat arbitrium legandi deci-
mam, non dependens ab aliena voluntate, alio-
quin prohibitum a iure, cum ſit captatoria vo-
luntas, nec valeret ſtatutum auferens liberam
425 teſtandi facultatem, † vt mulier ſine conſenſu
viri teſtari non poſſet ſecundum Pau. de Caſtr.
in l. ex facto. in princ. in pen. nota. ff. de vulg. &
pupil. ſubſt. vbi Iaſ. in 7. notab. & in l. ſtipulatio
hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. de quo
fuit memor. Catell. Cotta. in ſuis memoral. in
verbo. ſtatutum, quod vxor. Merito igitur hic di
ſpoſitum eſt, quod poſſit mulier inuito viro, vel
patre viri legare decimam partem dotis aſſigna
426 tę in pecunia pro anima ſua. † Et nota quod dici
tur inuitus non ſolum ſi is contradicat, verum
etiam ſi conſenſiſſe non probetur, l. filiusfami-
lias, §. inuitum, ff. de procur. l. inuitus, C. eo. titu.
l. inuitum, ff. de ſeru. vrba. prædi. & habetur per
Bart. in l. 2. §. ſi voluntate, ff. ſol. matr. & in l. quã
dotis. & per Din. in capit. qui tacet. de reg. iur. in
ſexto.

427 Quæro nũc, quid ſi mulier legat marito, † qui
ſecundum hanc conſuetudinem dotes lucriſe-
cit, vtrum legatum cenſeatur factum animo
compenſandi cum dotibus? & videtur quod nõ
compenſetur cum dotibus, imo maritus debeat
conſequi vtrunque ſecundum Federi. de Scalis
quem refert, & ſequitur Bal. in l. vxor. C. de bon.
auth. iud. poſſi. & in auth. Præterea, C. vnde vir,
& vxor. & in l. Titia. §. qui inuita, ff. de legat. 2.
Nic. de Mattar. in d. auth. Præterea. Idem voluit
Raph. Comenſ. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff.
ſolu. matr. Bald. in l. ſi donaturus, §. 1. ff. de cond.
428 ob ca. † & ratio videbatur in promptu, quia tale
lucrum dotis habet originem à cauſa volunta-
ria, ſcilicet à matrimonio, & à contractu dotis,
ergo non eſt iudicandum de eo tanquam de cau
ſa neceſſaria, & ſic debetur vtrunque per tex. in
§. ſi pater. l. ſi cum dotem, vbi hoc datur pro re-
429 gula. ff. ſol. matr. † Secundo quia licet legatum
ſit cauſa lucratiua, l. 1. C. de impo. lucra. deſcript.
430 lib. 10. & titulus dotis ſit ſimiliter lucratiuus, l.
fi. §. ſi à ſocero. ff. quæ in frau. cre. & ſic videantur
431 concurrere duæ cauſæ lucratiuæ, † quæ non poſ-
ſunt ſimul, & ſemel concurrere, l. Meuius, §. duo
bus, ff. de leg. ſecundo; tamen quia lucrum do-
432 tis proueniens ex iſta conſuetudine, defertur in
recompenſam onerum matrimonialium, l. pro
oneribus, C. de iur. dot. & nor. glo. expræſſe in l,
ſi donaturus, §. ſi ſuper. in verb. dumtaxat, ff. de
condict.

condict. ob cauſ. ſcci. eo non obſtat, quod vtrun-
433 que debeatur. † Tertio confirmatur, nam quan-
do lucrum habet cauſam à contractu, non intel
ligitur legatum factum animo compenſandi, vt
eſt caſus in l. Lucius Titius, §. 1. ff. de leg. primo,
Quarto per textum in l. vnica. §. ſciendum, C. de
rei vxor. act. & l. creditori. ff. de leg. 2.

Pro contraria tamen parte adducitur autho-
ritas Franciſci Tigrini. Bart. Riccar. de Sali Bart.
de Salice. Fulgoſ. Pauli. de Caſtr. & Roma. in d.
Auth. præterea, C. vnd. vir, & vxor. vt cenſeatur
factum legatum animo compenſandi cum lu-
cro dotis, & hanc opinionem firmauit Imol. &
Pau. de Caſt. in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſol.
matr. vbi dicunt hanc eſſe communem opinio-
434 nem, † & ratio eſt, quoniã lucrum dotis, quod
fit ex hac cõſuetudine, videtur debitum neceſſa-
rium, tanquam introductum à conſuetudine,
ſicut, & debitum legitimę filij, quod introduci-
tur à lege, ideo ſicut in legitima imputatur lega
tum per patrem factum, l. omnimodo. C. de in-
offi. teſta. ita in hoc lucro. Et ad contraria reſpõ-
deri poteſt, & quoad primũ, in quo dicebatur,
lucrum dotis originem habuiſſe a cauſa volun-
taria ſcilicet, contractu matrimonij. quod bene
conceditur ſecundario, ſed loquendo de lucro
dotis ipſius originaliter, quippe prouenit ex ne-
ceſſitate conſuetudinis, & ex tacito pacto, quod
maritus lucretur dotem, & ſic contraria loquũ-
tur, quando debitum originem ſumpſit ex con-
435 trahentium diſpoſitione. † Et quamuis pactum,
& conſuetudo æquiparentur, cum diſpoſitio
iſtius conſuetudinis & pactum de lucranda do-
te ſoluto matrimonio parificantur, cap. fin. extr.
de dona. inter vir. & vxor. vnde ſi lucrum dotis
debeatur ex pacto expreſſo, non imputatur lega
tum in lucrum, per dictam. l. ſi creditori. Tamẽ
in caſu noſtro attenditur principium, & origo,
& ſic non attenditur, quod lucrum debetur ex
tacito pacto ciuium, ſed id, propter quod lucrũ
dotis principaliter prouenit, ad l. ſi quis id quod,
ff. de dona. ita arguit, & reſpondet. Salicetus, &
Roma. in d. §. ſi pater. l. ſi cum dotem. ff. ſol. ma-
tr. & ſic habes veram, & communem opinio-
436 nem, † quod legatum factum per vxorem ma-
rito, compenſatur cum lucro dotis, & videtur
factum animo compenſandi, & ſoluendi debi-
tum, vt ita dicam, vt concludunt doctores in
locis præallegatis, dum loquũtur in materia hu-
ius conſuetudinis. Hãc opinionem comprobat
Rod. Suarez. in titu. de las arras. dum ponit quæ-
437 ſtionem † conuerſam in marito legante vxori,
quæ lucrum fecit, vide ibi. nume. 35. verſi. ſed
pone quæſtionem valde cotidianam, & Caſſan.
ſuper conſuet. Burg. titu. 4. §. 3. cart. 132. col. 4.
verſi. Aduerte tamen, & Arnal. Ferron. in con-
ſuetud. Burdeg. titu. 4. §. 6. verſi. eiuſdem farinæ
eſt illud cum quæritur, vbi limitat hanc conclu-
438 ſionem, niſi mulier legaret ſpeciem, † tũc enim
non compenſari inquit, inſpectis tamen alijs
coniecturis, vt ibi per eum, & in fin. eiuſdem, §. 6.
439 verſic. † tractaui etiam. An autem, & quando
legatum factum cenſeatur animo compenſan-
di cum debita quantitate per teſtatorem legata-
rio debita, vide latiſſime per docto. in d. §. ſi pa-
ter. Fulg. in conſili. 81. Aimo. conſ. 167. nume. 5.
Corne. conſil. 230. volum. 4. Aim. conſil. 131. Ti-
raquel. in l. ſi vnquã, in ver. liberos ſuſceperit, C.
de reuo. dona. Rol. à Valle. de lucr. dotis, quæſt.
96. Phanut. de lucr. dot. in gloſ. 8. ex nu. 34. Did.
Couar. in c. officij, nume. 2. extra de teſta. Card.
Manti. de coniectur. vlt. volu. lib. 10. titu. 1. quod
pro ſingulari tradit Anan. ſing. 310. vbi additio.
ad quos lectorem remitto: mihi vero ſat erit di-
xiſſe ad dicturum in materia, quatenus interpre
tationem harum conſuetudinum tangit.

Et nota, quod hæc decima dotis, de qua diſpo
440 nit mulier, eſt immunis. † vt ita dicam ab expen-
ſa funeris facta per maritum, quæ expenſa dedu-
cetur ex nouem partibus ſuperexiſtentibus, vt di
cit textus clarus in illis verbis, non computatis
in ea expenſis factis in funere, id eſt quia non cõ-
441 putantur, † & ſic de integra decima diſponet,
quoniam talis impenſa funeris deducitur, vt æs
alienum dotis, l. impenſa. ff. de relig. & ſumpt.
442 fun. & † quia ſtatutum eſt odioſum, reſtringitur,
vt minus lędat ius commune quam poſſit, ius
enim commune dat poteſtatem mulieri diſpo-
nendi de tota dote, & eſt abſolute domina. D. de
443 Pont. conſil. 35. † num. 21. cum ergo recedatur
ab eo, cum omnis receſſus a iure communi ſit
444 odioſus, † cap. 1. extr. de filijs presbi. eſt ergo re-
ſtringendus, vt concludit per has rationes Lu-
do. Roma. conſil. 248. videtur primo.

445 Non eſt dimittenda quæſtio. videlicet quid ſi
vxor inſtituat virum hæredem, maritus ſepellit
vxorem, num per hoc cenſeatur maritus inſti-
tutus hæres ab vxore, eius hæreditatem adiuiſ-
ſe? Dic quod non cenſetur adiuiſſe ex hoc ſolo.
l. at ſi quis §. plerique, ff. de relig. & ſump. fun. vt
ſingulariter decidit Cum. in l. pro hærede, in
princ. & ibi Iaſ. in tertio notab. ff. de acqui. hære.
quod dicit memoria dignum, & ita in facto ob-
ſeruatum fuiſſe aſſerit Catelli. Cotta. in ſuis me-
moria. in verb. ſepelliens mortuum: melius tamẽ
446 faceret, vt proteſtetur non animo adeundi, ſed
pietatis cauſa ita, vt ſumptus repetat., vt etiam
aduertit Iureconſultus in d. l. at ſi quis, §. pleri-
que, ff. de reli. & ſump. fun. quod valde notat, &
pro cautela tradit Io. dilectus in eius tractatu de
art. teſtan. titu. 9. de ſepult. cautela quinta. Mari-
447 tus † autem qui dotem lucratur, ad alia onera
hæreditaria vxoris non tenebitur, niſi ad eam ſe
peliendam, vt eſt textus in l. licet dos. C. de iure
dot. & pro ſingulari tradit Petrus Rauennas. ſin-
gul. 293.

448 **In funere.** Dicitur funus a † funibus, quibus olim cadauera liga
bantur, Cardin. in clem. prima, §. verum. de ſe-
puli. & dicuntur funeralia ea, quæ cum corpore
449 ducuntur ad eccleſiam, † clem. dudum, & ibi
Card. quæſt. 3. & dicuntur ea, quæ cauſa funeris
veniunt præter voluntatem defuncti, vt ibidem
per Card. quæſt. 28. & Pet. de Peruſio. in tract. de
quarta canoni. epiſco. 7. cap. princ. & quæ dican-
tur, vide Corn. conſ. 296. vol. 4. & durant funera-
lia

lia quatenus ſit memoria defuncti, quod dic, vt
per Card. vbi ſupra, quæſt. 4. vbi dicit, quod cor-
450 pus prius eſt † deferendum ad eccleſiam paro-
chialem, quam ad eccleſiam ſepulturæ, vt reci-
piat vltimum vale, quod dicit non ſeruari Card.
in d. clem. Dudum, quæſt. 26.
451 An † mortui fideles ſint lugendi, cum ſciamus
eos non amitti, ſed præmitti, vide. 13. q. 2. c. quã
præpoſtetum. 14. q. vltima, c. vbicunq. & Abb. in
452 rub. de ſepult. † & quantum temporis duret lu-
ctus, vide tex. 13. q. 2. in c. quia.
453 Vbi autem ſepellienda ſit vxor? † dic quod ſi
eſt ducta ad domum viri, & carnaliter cognita,
454 ſepellietur in ſepulchro viri, † quia iam aſſecuta
eſt eius domicilium per inductionem, & effecta
455 eſt vna caro cum viro. † ſecus ſi non inducta nec
cognita ſecundum Silu. de Prier. in ſum. titu. de
ſepult. §. 5. ſi autem plures habuit viros, ſepellie-
tur cum vltimo, cuius domicilium, & honorem
retinet, c. is qui. de ſepul. in ſexto, vbi Io. Andreas
456 ampliat etiam ſi ad patrem ſit reuerſa, † cum re-
tineat priuilegia, & prærogatiuas viri, quæ priui-
legia tribuuntur perſonæ, non loco, idem eſt ſi
457 transferat alio domicilium, † cum adhuc reti-
neat domicilium mariti, l. filij, §. vidua. ff. ad mu
458 nicipa. cum honor quæſitus vxori ex qualitati-
bus viri, non extinguatur morte mariti, ipſa ta-
men in viduitate manente, & etiã ſi ſit Regina,
459 retinebit nomẽ etiam mortuo marito, † ſecun-
dum prædictum doctorem in ſum. in loco præ-
allegato, hoc tamen intellige, non facta electio-
ne, vt per docto. in locis prædictis, & in d. cap. is
qui. de ſepult. in ſexto.

Si autem vxor inducta in domum viri præmoriatur viro, filio non ſuſcepto ex ea, dotes reſtituantur, retento tãtum lecto vno cum minori cultro, deductis expenſis in funere vxoris à marito factis.

Hæc eſt ſecunda pars vbi dicit, quod vxor in
ducta in domum viri, mortuaque abſque ſuſce-
460 ptione prolis, maritus dotes non lucratur, † ſed
illas reſtituet, ſcilicet dotanti, vel hæredibus mu-
lieris teſtamentarijs ſupple, vel ab inteſtato ve-
nientibus, deducetur tamen expenſa facta per
maritum in ſepellienda vxore, & retẽto per ma-
ritum vno lecto cum minore cultro.

An autem iſto caſu mulier poſſit diſponere
461 de dote? † dic dubio procul, quod ſic, ſicut de
alijs eius bonis, cum ſui ſit iuris. arg. l. 1. C. de
ſacr. ſan. eccle.

Sed pone, ꝙ fuerat dotata a patre, qui mor-
462 tuus eſt, & tempore † cõtracti matrimonij ſtipu-
latus eſt dotem ſibi, vel eius hæredibus reſtitui,
nunquid mulier poſſit diſponere de dotibus?
dic quod nõ obſtante illo pacto, & ſtipulatione,
poterit diſponere de dotibus, & de eis teſtari,
mortuo enim patre dos ſuccedit loco legitime,
463 l. Titio centum, §. † Titio genero. ff. de cond. &
demon. in qua legitima non poteſt grauari, l.
464 quoniam in prioribus, † C. de inoffi. teſta. arg.
illius tex. Quid autem ſi fuerat dotata a fratre
465 qui † ſucceſſit patri communi cum pacto ſupra
dicto de reſtituenda dote ipſi fratri dotãti, an po-
terit mulier teſtari de dote, excluſo fratre, vel an
redeat dos ad fratrem vigore pacti prædicti? hæc
quæſtio fuit per me ſuperius poſita? dic, vt ſupra
dictum eſt, hic non repeto, quæ dixi poſt Luc. de
Pen. in l. 1. C. libro 10. de impon. lucra. deſcript.
col. 16.

Quid autem ſi mulier tempore contracti
466 matrimonij, † & dotationis ſtipulata eſt à viro,
vt ſi ea ſine liberis decederet, ſeu prole non ſu-
ſcepta dos reſtitueretur fratribus mulieris, nun-
quid hoc caſu eueniente, ſcilicet quia proles non
eſt ſuſcepta, fratres habeant actionem ex ſtipu-
latione ſororis ad vendicandam repetẽdamque
dotem a viro? dic quod non, vt l. ſi genero, C. de
iur. dot. & per Cyn. in l. cum patrem, C. illo titu.
& facit l. pactum, & l. pater, C. de pact. con. &
quod not. Bart. in l. Caius. ff. ſolut. matrim. cum
467 regulariter alter alteri ſtipulari non poſſit, † l.
ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig. erit ergo
conſilium, vt ipſi fratres ſtipulentur de conſen-
ſu, & voluntate ſororis, vel notarius eorum no-
468 mine tanquam perſona publice ſtipuletur, † ſe-
cundum Io. Pet. de Ferra. in form. lib. quo vxor
agit. ad dot. in ver. vxor. quod Thadei, col. 2. verſ.
ſed pone, quæſt. de facto.

Sed pone, quod auus dedit dotem nepti ex fi-
469 lio, † moritur neptis prole non ſuſceptá, cui de-
beat dos reſtitui, auo, an filio, & ſic patri mulie-
ris? Reſp. & diſtingue concluſiue, & breuiter,
quandoque Auus dat dotem nepti contempla-
tione filij, & tunc dos videtur à filio profecta,
ideo non extantibus filijs ex ea, dotes ad ipſum
patrem reuertũtur, vt l. profectitia, ff. de iur. dot.
& l. ſed ſi plures, §. in arrogato. ff. de vulg. & pu-
pil. ſub.
470 Aut auus † dedit dotem contemplatione ip-
ſius neptis, & tunc aut neptis deceſſit viuo auo,
& tunc reuertitur ad ipſum auum, l. vni. §. videa-
mus, C. de rei. vxo. act. aut poſt mortem aui, &
tunc reuertitur ad ipſum filium de æquitate, l.
dotem. ff. de colla. bo. ſecus de rigore ſecundum
aliquos. l. auus, ff. de iur. dot. Aut eſt dubium cu-
ius contemplatione dederit, & præſumitur in
dubio, quod contemplatione filij, & ſic ad fi-
lium, vel ipſius filij hæredes redit, & hoc caſu
poteſt intelligi. l. dotem, & l. quintus, §. fin. ff. de
ann. lega. Io. Petr. de Ferr. in form. libelli quo v-
xor. agit. ad dot. in glo. in verb. Dictæ Domine
471 Margaritæ, num. 2. † & vide quando præſuma-
tur dediſſe contemplatione filij, vel neptis per
Io. Lup. in repet. cap. per veſtras, extra de don. in-
ter. vir. & vxor. §. 24. vbi per duas colum. & Be-
nedi. in cap. Raynutius, in verb. Dotem quam ei
472 dederat, & quando filius, non eſt diues nec hẽt
de proprio patrimonio, auus teneretur dotare
neptem. Arct. conſ. 17 col. 10. verſi. venio nunc
ad quartum, & Bald. in l. quod ſcitis, poſt nume.
4. C. de bon. quæ lib. Iaſ. in auth. res, quæ, col. 2.
nume. 3. C. commu. de leg. Alex. conſil. 26. verſi.

circa

circa ſecundum, col. 3. vol. 1. & conſil. 117. a nu.
5. cum ſeqq. vol. 6.
Sed pone, quod fuit conſtituta dos in pecu-
473 nia, † non tamen fuit ſoluta viro, ſed cauta, de-
inde per mortem vxoris ſolutum eſt matrimo-
nium, nunquid maritus poſſit petere dotem ab
hæredibus mulieris ita, vt vtatur commodo me
dij temporis anni, quod habet ad reſtitutionem
dotium in pecunia, iuxta tex. in §. exactio, l. vni.
C. de rei vxor. act. & de iure iſtarum conſuetu-
dinum, vt infra, in cap. 9. in quolibet caſu? vide
tur, quod ſic per tex in l. ſi conſtante, §. quoties,
ff. ſolu. matr. & l. ſed ſi damnum, §. fi. & l. ait præ-
tor. §. ſicut. ff. quæ in frau. cred. In contrarium,
474 quod non, † quoniam illa dilatio anni datur ma
gis humanitatis cauſa, quam, quod ſit obligatio
inducta, prout hæc iura ad vtranque partẽ addu
cit Albe. de Roſ. in l. prima, §. exactio. C. de rei v-
xor. act. & tamen concludit, quod quando ma-
ritus lucratur dotem, pro vt eſt caſus in princi-
pio, ſeu in prima parte huius conſuetudinis, pro-
475 le ſuſcepta, † poterit petere dotem ab hæredibus
vxoris, vel alio promiſſore: ſecus tamen ſi non
476 lucratus eſſet dotem, vt eſt caſus in ſecunda hac
parte huius conſuetudinis, quoniam tunc non
peteret: obſtaret enim marito agenti regula, dolo
facis petere, quod reſtituturus es, & faciunt iura
pro hac parte allegata, & ſic firmat ibi Alberi-
cus. cui tamen opinioni facile adhærerem, niſi
quia hæc conſuetudo dicit, quod maritus dedu-
cet expẽſas in funere vxoris factas ex dote, quod
477 ſi verum eſt, † vtique pro modo expenſarum ero
gatarum, dabitur repetitio dotis. Confert prædi-
478 ctis in ſimili, fideicommiſſarios † non eſſe legi-
timos contradictores ad impediendum immiſ-
ſionem in poſſeſſionem hæredis, vigore l. fina.
C. de edi. diui. Adr. tol. ſecundum glo. Bart. Bal.
& omnes in d. l. fin. tum quia capere debent le-
479 gatum. † vel fideicommiſſum de manu heredis,
non propria authoritate. Tum quia hæres præ-
tendere poteſt detractionem Trebellianicę: ſic
etiam in caſu noſtro, ex quo maritus prætendit
deductionem expenſę funeris iuxta hanc con-
ſuetudinem, fiet ei dotis conſignatio, & ita reſi-
derẽ, ſalua ſemper meliori deliberatione. Limi-
tarem, & reſtringerem propoſitam quæſtionẽ,
480 quando † dos fuiſſet per dotantem promiſſa ad
certum tempus, quo tempore ceſſit dies ſolutio
nis, & eodem tempore mors mulieris, & diſſo-
lutio matrimonij: aliter enim quid eſſet, ſi cõſti
tuens dotem annuatim correſponderet, habe-
481 retur tunc pro ſoluta, ad l. fi. † C. ad l. fal. nec eſſet
locus huic quæſtioni, poſſet etiam dici mari-
tum tunc interpellantem promiſſorem dotis,
482 & cõſtitutum in mora, † excuſari ab hoc onere
funerandi vxorem, cum hæc conſuetudo arctet
483 maritum † ad ſepelliendum vxorem, quatenus
dos ſit ei ſoluta, vel ſit penes eum, ſi recte ponde-
retur.
484 Sed quid † ſi mulier inducta ad domum
viri alterius ciuitatis, in qua ciuitate non vi-
get conſuetudo, ſed diuerſa, vt puta, vt lu-
cretur medietatem dotis, vel è conuerſo, nun-
quid attendatur conſuetudo loci contractus ma
trimonij, vel loci domicilij viri? dic quod atten-
ditur (ſi nihil expræſſe eſt conuentum) domici-
lium viri, eiuſque loci conſuetudo, l. exigere do-
tem, ff. de iud. vt ſupra diximus hac conſuetudi-
ne atque etiam in præludijs, vbi vide latius.
Sed pone quod moritur vxor ſuperſtite filio
485 ex primo marito, † non ſuſcepta prole ex hoc
ſecundo viro, dubio procul reſtituenda eſt dos
filio, ſeu filijs ex primo marito: ſed ſi proles eſt
ſuſcepta etiam ex hoc ſecundo viro, qui ſecun-
dum hanc conſuetudinem lucrifacit dotẽ; quæ-
ritur modo, vtrum dos ſit integre reſtituenda
filijs primi matrimonij, non obſtante hac con-
ſuetudine? & videtur, quod ſit ſaltem reſtituen-
486 da pro parte, † nam mulier tenetur dare tantum
filijs primi matrimonij, quantum confert ſecũ-
487 do viro, l. hac ædictali, † C. de ſecun. nupt. & quic
quid eſt attentatum contra illam legem, eſt nul-
lius momenti. In contrarium, nam hæc conſue-
tudo dũ diſponit, quod maritus lucretur totam
488 dotem, † videtur remouere omnem legem per
quam impeditur lucrum dotis, & ſic videtur tol
lere obſtaculum d. l. hac ædictali. per nota. in l.
omnes populi. ff. de iuſt. & iur. l. venditor. §. ſi con
ſtat. ff. commu. prædi. Quid dicendum in hac cõ
trouerſia Bald. fuit ſibi contrarius, nam vltimã
partem tenuit in l. ea l. C. de condict. ob cauſam,
vbi dicit hanc opinionem longiſſima conſuetu
dine inualuiſſe, deinde mutato conſilio aliud di
xit in l. hac ædictali, quam opinionem tanquam
æquitati valde conſonam ſecutus eſt Io. Petr. de
Ferr. in forma lib. quo vxor agit ad dotem in
glo. in verbo. dictæ dominæ Margaritę, num. 4.
5. in ver. Amplius quæritur, licet non firmet pe-
des; & contrarium tenuit Rol. Valle. in tra. de lu-
cr. dot. quæſt. 26. qui inuehit contra Io. Pet. de
489 Ferrar. † quod per hanc conſuetudinem non
cenſeatur derogatum diſpoſitioni d. l. hac ædi-
ctali. qui reſpondet debilibus licet coloratis ra-
tionibus in contrarium adductis, & ſic maritus
detracta portione, de qua in d. l. hac ædictali, re-
ſtituet dotem etiam prole ſuſcepta: & vere qui
cum vidua habente filios contrahit, ad hoc
oculos aperire debet. iux. l. qui cum alio. ff. de re-
490 gulis iur. † An autem, & in quibus caſibus poſſit
derogari diſpoſitioni d. l. hac ædictali, C. de ſe-
cu. nupt. vide per te in d. quæſt. 26. cum pluribus
ſequentibus, qui optimè ſuper hac materia ſcri-
pſit.

Filio non ſuſcepto ex ea.

Quod in dubio præſumitur, alio non proba-
491 to, † quod quis decedat, ſeu deceſſerit ſine libe-
ris, & dicenti prolem ſuſceptam, incumbit pro-
492 batio. Bart. in l. ex facto. §. † ſi quis autem, nume.
primo ff. ad Treb. vbi etiam Ang. & Pau. de Ca-
ſtr. Idem Paulus conſ. 387. nume. 4. vol. 1. Phili.
Dec. conſ. 652. num. 7. Ant. Cap. deciſ. 159. num.
11. & Ant. Gabri. commu. opi. lib. primo, titu. de
proba. concluſi. 6. num. 25. Lud. Moli. in tract. de
primo. hyſp. lib. 3. cap. 9. num. 22. car. 71. Cardin.
Manti. in tra. de coniec. vlt. volun. lib. 11. titu. 4. &

alij

alij allegati per Io. Vinc. de Anna in hoc pūcto,
vt pro ſingulari tradat in ſingulari 682.

Retento vno lecto cum minori cultro.

Maritus ergo reſtituet dotes elapſo tamen anno, licet hic non dicatur, tamen exprimitur infra, c.9. in quolibet caſu, quæ eſt in hoc cōformis iuri communi, iuxta. l. vni. §. exactio. C.
de rei vxor. act. & retinebit vnum lectum cum
493 minori cultro, † quid ſit lectus, & quid veniat
appellatione eius, demonſtrat qualitas, & dignitas perſonarum, poſterior ætas etiam argenteos
494 recepit. † l. legata. §. 1. ff. de ſupp. lega. cum, & Vlixes auro, & argento lectum virentis arboris trūco ædificatum ornaſſet, quem Penelope recognoſcendi viri ſignum accepit, vt ibidem Papi-
495 nianus Iuriſconſultus ait, † & ſecundum nobilitatem, & diuitias, ſecundum Ang. in l. plenum. §. æquitij. ff. de vſu, & habi. vbi quod legatum viduæ factum de lecto, non videtur legatum de
496 ſerico, † quia intelligitur ſecundum qualitatem perſonæ, culcitra ſerici ergo non ſpectabit mari-
497 to, † vt per Bald. ibi, quem ſequitur Fulgoſ. in conſil. 17. incip. propoſita, & hoc indicat illud comparatiuum, minore, quaſi dicat non minimo nec maximo, quaſi cum mediocritate, l. legato generali, ff. de leg. primo, l. quicquid, ff. de verb. oblig. l. ſi quis argentum, § primo, & ſeqq.
498 C. de dona. ſicut etiam è conuerſo mortuo viro vxori debetur lectus condecens vidualis, vt per Ang. in l. decreto, C. ex quib. ca. infam. irroge. D. Vincen. de Fran. deciſ. 413. in fin. vbi quod de-
499 ben tur veſtes lugubres, † & magnis perſonis dātur panni lugubres pro ſternendis cameris, de quo vide Corſett. in ſuis ſingularibus, in verbo, Conditio perſonæ, & vide Capp. Tholoſ. quæſt. 336 vbi additio. niſi aliter ſe haberet conſuetu-
500 do loci. † Ant. Capici. in deciſ. 26. de quibus omnibus vide Bart. Caſſan. ad conſuetu. Burg. titu. 4. §. 6. verſ. & quia dictum eſt, cart. 151. col. 4. Alij intelligunt lectum cum minori cultro, id eſt cul-
501 tello, † & alludunt ad illum cultellum plicatum quod eſt inſtrumentum conſtituendi dodarij, ſecundum ſolemnitatem iuris, ſeu conſuetudinis Francorum, de qua ſolemnitate diximus ſupra in præludijs in verb. conſtitutione dodarij, & habetur in gloſ. in Conſt. Regni. Mulier quæ dotarium, & per Andr. de Iſer. in cap. primo, §. donare, qual. olim feu. poter. alie. quibus in locis annuunt ad hanc conſuetudinem, & multa ad illam concernentia adducunt, quæ noſtræ propoſitæ materiæ deſeruiunt, quaſi maritus ſolu-
502 tus † à matrimonio ob mortem vxoris, reaccipit illum cultellum, qui ſecūdum præfatos glo. & Andream denotabat ſeruitutem, & inclinationem ad obſequia matrimonialia, vel conſtituerat dodarium per cultellum, ſoluitur conſtitutio dodarij, reſtituitur conſtituenti, nam vxor præmortua non lucratur dodarium, & ſit actus quaſi retro ſimilis, iux. not. in l. 1. C. quando licet ab empt. diſce. & in l. ab emptione. ff. de pact. & in regu. nihil iam naturale. ff. de reg. iur. cum
503 ſimi. ſed primum verius. vtrum † autem vir, qui lucratus eſt lectum ſecundo nubens, teneatur reſtituere illum filijs prioris matr. vide Lup. in l. ſi Thori, num 4.

Deductis expenſis in funere vxoris à marito factis.

Et ſic nota, quod tanto minus maritus reſtituit hæredibus vxoris, vel alteri cui ſit dotis re-
504 ſtitutio, † quantum expendit in funere vxoris. ſed non ne iſtud eſt contra tex. in l. 1. §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxor. act. vbi repetenti do-
505 tes non obijcitur retentio impenſarum? † dic nō obſtare, nam ibi loquitur de impenſis quæ reperiuntur per maritum factę in re dotali, hic uero loquitur de impenſa circa perſonam mulieris
506 vxoris defunctæ, † cum teneatur eam ſepellire etiam indotatam, & quæ nihil habeat, ne iniu-
507 ria eius † videatur quondam eius vxorem inſepultam relinqui, vt dicit tex. in l. quod ſi nulla. ff. de reli. & ſumpt. fun. Lud. Roma. conſ. 517. & l. in eum. cum multis. ll. ſeq. ff. eo. quod deduci de-
508 bet expenſa funeris ex hæreditate l. † impenſa, ff. eo. & eſt actio priuilegiata impenſa funeraria,
509 l. 2. & ibi gloſ. ff. de priuil. credi. † & non habet dubium inter perſonales tantum actiones: an autem præferatur creditoribus hypothecā ex-
510 preſſas habentibus, magna eſt quęſtio, † & inter doctores altercatio. pro qua vide Neguſ. in tra. pign. in quinta parte, mem. 2. num. 28. Duen. regu. 397. verſic. ſeptimo creditor, & nouiſſime D. Vinc. de Franch. deciſ. ſi qui tenent partem negatiuam. Contrarium tamen tenet Caualca. de ciſ. 32. & idem in eius repertorio, in verb. creditor. & Caſſ. in conſuet. Burg. tit. 4. § 10. vbi quod prius eſt deducenda, vide eum. ibi cart. 174. col. prima, ſed non eſt recedendum a prima opinione ne ſic deciſa per Sacrum Regium Conſilium Neapolitanum, cum omnia iura in contrarium adducta poſt glo. in d. l. 2. ff. de pri. cred. loquan-
511 tur in actione perſonali, † & inter creditores chirographarios, non autem inter habentes actionem realem hypothecariam, de qua actione per
512 ſonali, † & creditoribus in ea, ſolum loqui illum titulum de pri. cre. nemo ambigit.

Sed nunquid poſſit retinere expenſas factas
513 in infirmitate vxoris? † dic quod nō, niſi magna fuiſſet expenſa in longiſſima infirmitate erogata, quæ dotem minuerāt, vt late per Bar. & alios in l. ſi cum dotem, §. ſint autem in ſæuiſſimo. ff. ſolu. matrim. arg. l. vnicę, §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxor. act.

Sed quæ ſint, in quibus ve conſiſtant huiuſ-
514 modi expenſę funeris? † dic vt nota. in l. funeris ſumptus, ff. de relig. & ſumpt. funer. & per Bart. in l. 1. §. fin. ff. ad l. fal. quæ dupliciter conſiderantur, primo ad ſolatium animæ defuncti, vt circa clericos, apparatus ſepulturę, & alia de quibus habes gloſ. in clem. Dudum. de ſepultu. & qua liter arbitrentur, per Caſſan. ad conſue. Burg. titu. 4. §. 10. cart. 174. col. 1 in fin. aliæ vero ſunt pōpaticę, & ad ſolatium viuorum, de quibus dicit
515 magiſter hyſtorię ſcholaſticæ, † de Sepulchro Chri-

Chriſti,quod magnę expenſę hæbreorum mul-
tos deduxerunt ad inopiam,quæ diſtinctio alio-
quin fit in ſepultura prælati,quis ad eas teneatur,
hæres in patrimonialibus,vel ſucceſſor in præla-
tura,ſeu beneficio ſiue collector ſpoliorum ca-
516 meræ Apoſtolicæ,† vt in primis ſucceſſor in be-
neficio,in alijs,quæ ad pompam, hæredes patri-
monij teneantur,vt per Specu.in tit.de ſepult.§.
porro.Anto.Cap deciſ 84.Phil. Decius conſil.
157.& Capp.Tholoſ.quæſt.497.vbi late additio
517 Steph. † Aufrer. maritus itaque curabit funera
vxoris defunctæ: quicquid autem impendit in
eis,retinebit,& tanto minus de dote reſtituet. Si
518 tamen totam dotem reſtituet, † non deducta
funeris impenſa,nec ideo minus repetet, vt in l.
quod dicitur §. ſi dos tota. ff. de imp. in reb. do.
fact.

519 Adde prædictis, † quod exequiæ pompaticæ
plus ſunt ſolatia viuorum,quam ſuffragia mor-
tuorum.13.q.2.c.animæ defunctorũ,& ibi vide
quid proſint,quia apud Deum non perit, quod
520 pro mortuis † in exequijs diligentia hominum
perſoluit,vt ibi dicetur, & quia ignoramus qui-
bus mortuis proſint,vel non, ideo pro nullo eas
521 omittere debemus,† ea non æſtimemus.13.q.2.
vide in materia Rebuff.ad Conſt. regias in titu.
de ſent.proui.in princ. nume. 40. & pulchre per
Arnal.Ferron.lib. 2.ad conſuet.Burdegal.titu.5.
de teſtam.§.5.& 6. vbi multa curioſus lector,&
temporum obſeruator inueniet. De his autem
mortuorijs,vtrum debeatur quarta parochialis,
522 de qua habetur † in cap. 2. & c. in noſtra. extra
de ſepultu.& c.2.eo lib.6. vel quarta epiſcopalis,
523 quæ autem ſit Sum.Sileſtr.† declarat in ſum.in
verbo, canonica portio.& per Bal.in l.ſi quis ad
declinandam, §.in omnibus,ff.de epi.& cler. &
late, & breuiter per Ant. Capic. in reſponſione
ad quæſitum,quæſt.23.per totam.Bald.cõſ.463.
524 vol.2.† Quanta autem ſit parochialis,ſtatur con
ſuetudini,c.certificari,vbi eſt tex.apertus, extra
de ſep.& an valeat conſuetudo,quod curati cer-
525 tum quid accipiant à parochianis pro mortuo-
rijs,& iure ſepelliendi, vel pro benedictionibus
nubentium,vide quod ſic,per Caſſ. in conſuetu.
Burg.titu.4.§.6. cart.152.col.prima.verſ. ſed nũ-
quid hæc conſuetudo.

526 Et an pro oblationibus,candelis,vide Bald.in
d.l.ſi quis,§.in omnibus,C.de epi.& cler. Abb.in
d.c. ſi noſtra,de ſepul.& in ca. de quarta,de præ-
ſcript.& melius pro glo.in clem.dudum. in ver.
funeralibus, de ſepultu. Cerei autem debent re-
527 manere † fratribus ſepelientibus,quaſi ſequela
funeris, & cadaueris. Bald. in l. vnica.§. ſed qui
domini,C.de lati. liber. toll. quod pro ſingulari
tradit Per.Rauenna. in ſing. 110. Verum autem
528 ſepultura poſſit legari? dic quod ſic, ſi cum vni-
uerſitate bonorum legatur,vt arg.tex. & ibi glo.
in l. quædam.ff. de acqui.rer. domi. quam ſic li-
mitat Bart.in l.ſi mercedem,§.1. ff. de act. emp.
vbi infert,quod vendito fundo,in quo eſt cappel
529 la, videtur vendita cappella, † niſi aditum ha-
beat ex publico,adde Bart.in l.peto.§.fratre,ff.de
leg. ſecundo,qui allegat tex.in l. Aufidius. ff. de
priui.cred. de quo vide Gui. Bene. in c. Raynu-
tius, in verb.vxorem nomine Adelaſiam. num.
203. & rurſus in verbo, cætera bona, extra de
teſtam.

Et concluſiue quantum debeat maritus ex-
530 pendere in ſepelienda vxore? † dic pro dignita-
te,& qualitate mulieris,& pro modo facultatũ,
.i. dotis, vide Bar.in l.prima, §. fin. ff. ad l. falci.
& vide l.at ſi quis,§. æquum, ff. de reli. & ſumpt.
fun.& Pet.Rauen. ſing. 689. ſemel fuit dubita-
531 tum,qui etiam pro ſingulari tradit,quod,† & ſi
quis non ſit hæres patris, adhuc tamen ſepelie-
tur in paterno ſepulchro, non obſtante contra-
dictione hæredis. l. vel quæ pater ff. de reli. &
532 ſumpt.fu.vbi Barto.dicit quod ſcriptura in mo-
numento poſita non tribuit ius alicui,vt ibi poſ-
ſit ſepelliri.Rauen.ſing.690.& in ſing.691.quod
533 teſtator † vni tantum ex pluribus hæredibus po-
terit applicare iura ſepulchri.per text. in l. 3. §. ſi
quis, vbi Bart. ff. de ſepu.vio.facit quod habetur
in l.monumenta,C.de leg.

Et quamuis alias teſtes ſingulares non probẽt,
534 probant tamen electionem ſepulturæ, † cum
535 enim locus, † & tempus non ſunt de ſubſtantia
actus, ſingularitas non nocet, ſicut cum agitur
536 de probando aliquid actum in genere,l. ob car-
537 men.§.fin.ff.de teſt.† & de probanda iuriſdictio-
ne, etiam per multos actus iuriſdictionales ſin-
gularitas non nocet, Specu.in titu. de teſtam. §.
iam de interrogatorijs, verſi. item de tempore,
ibi,in alijs autem in quibus tempus, vel locus,&
538 cum agatur de fauore,† & religioſa re, l.2.C.de
ſac.ſan.eccl.ſicut etiam in probanda præſtatione
539 decimę,† qui caſus notandi ſunt, licet inciden-
ter dicti, qui cumulantur per Gui. Papæ quæſt.
544.ad limitationem l.iuſiurandi. C. de teſti. &
per Hipp.in ſingul.114.& ſing. 19. qui omnes la-
tiſſime citat.

Et res ſicut inueniuntur, reſtituan tur, vel earum pretium.

540 Et nota, † quod rei appellatio eſt generaliſſi-
ma,l.1.ff ſi cert.peta.& cum mulier poſſit habe-
541 re res,& bona triplicis generis, vt in glo. 2. † C.
de procura.l.maritus,& per Alex.conſ 42. volu.
1.primo bona dotalia, & fructus eorum ſpectant
542 viro pro oneribus matrimonij,† habent etiam
quandoque bona paraphernalia, & iſta bona
543 ſunt ea,† quæ mulier vltra dotem inducit in do-
mum viri,& hoc caſu ſi ipſa committat cuſto-
diam iſtarum rerum paraphernalium viro, vi-
544 detur ſibi concedere adminiſtrationem, † l. fin.
545 C.de pact.con.† & in his admittitur vir ad agẽ-
dum etiam ſine ſatisdatione, vt eſt caſus in d.l.
546 fi. † quæ cum ſint quæſita ante matrimonium,
præſumuntur quæſita ex bonis patris,vt Catelli.
Cotta.in ſuis mem.in verb.filia præſumitur.Ha
bet etiam quandoque mulier bona, quæ non
547 ſunt dotalia,nec paraphernalia, quia non dedit
in dotem, neque inducit in domum viri, puta
quia ſucceſſit in aliqua hæreditate, quo caſu di-
ſtinguendum eſt, aut maritus percepit fructus
talium bonorum contra voluntatem vxoris, &

tenebitur

tenebitur eos reſtituere,l.de his,C.de don. inter
virum,& vxorem,aut percepit de voluntate mu
lieris,& tunc extantes tenetur reſtituere;conſū-
ptos vero ſi ſunt induſtriales, non tenetur reſti-
tuere: naturales autem tenetur reſtituere, ſi eſt
factus locupletior,l.ſi ſtipulata,§.primo.ff.de do-
nat.inter virum,& vxorem. Aliquando vero eſt
dubium de voluntate mulieris,& tunc voluntas
non præſumitur mulieris,primo quia nemo præ
549 ſumitur iactare ſuum,† l.cum de indebito,ff.de
probat. tum quia mulierum genus eſt auariſſi-
550 mum,l.ſi ego,ff.ad S.C. Velleia. Tum etiam ex
quadam congruentia, nam mulieres debent vi
uere ex bonis maritorum,non econuerſo, l. ex
551 annua,† ff. de do.tum etiam ſuadet qualitas per
552 ſonarum,nam †mulier tenetur ad reuerentiam
553 viro,†& ex hoc debemus præſumere diſſēſum,
non autem conſenſum,l.1.§.quæ onerandæ, ff.
quar.rer.act.non de.de his vide ample Ioan.Pet.
de Ferr.in for.lib.quo vxor agit ad dotem , in gl.
in ver.tanquam paraphernalia,Bald.in conſilio
366.volumine 2.& Alex.in d. conſilio 42. vol.1.
Iacob.in l.dotis fructus,ff.de iur.dot.Cattel.Cot
ta in eius memorab.in verbo, paraphernalia,&
Caſſan.ad conſuetud.Burgund.titu.quarto,§.5.
carta 144.columna 2.& late Dida.Couar.in epi.
ad 4.lib.decretal.parte ſecunda, cap.7.§.1.colum
na 2.a num.2.cum ſeq.Campeg.in tract.dot.par
te 1.quæſt.7.& 8. Afflict.deciſ.44.in princ.vbi ad
dit.Guid.Papæ quæſt.Delphin.468.vide Regen-
tem de Pont.conſil.31.nume. 13. Alioquin poſt
matrimonium quæſita per vxorem in dubio ;
554 quando aliud non conſtat,præſumuntur quæſi
ta ex bonis viri,l.etiam,C.de dona.inter virum,
& vxorem,l.quintus,ff.eodem,c.ſignificauit, ex
tra de præſumpt.ad euitandum ſuſpictionē tur-
pis quæſtus,de quo late per Andr. Alcia. in trac.
de præſ.reg.3. præſ.26.& per Dec.conſ.237. in ca
ſu propoſito,columna pen.niſi mulier eſſet in-
555 duſtria,†chirurga,vel obſtetrix, vel artem met-
caturam ve exerceret,vt per Doct.prædictos,qui
bus caſibus marito non quæreret, niſi ex ope-
ris obſequialib.domeſticis, & familiarib. vt per
Bal.in l.ſi vxorem,C.de condi.inſer.& per eund.
in l.1.C.de bon.quæ liberis, cum quicquid vxor
556 acquirat,alias patri,non viro acquirat,cum ſint
aduentitia,& ex propria induſtria,niſi vt ſup.di-
ctum eſt acquirat ex maritalibus obſequijs,pro-
557 ut ſunt omnia diurna,quib.tenetur † vxor oper
ri viro a quo alitur,l.ſicut, de oper liber. vide Pe.
Rauen.ſing.132.& Ber.Alphan.collect.619. ad
ornatum,gl.& tex.in d.l.ſicut,& ad declarationē
dictarum ll.quintus,& etiam vide Io.Lup. in re
pet.rub.de don.inter vir.& vxor.carta 5.col.4.&
car.29.verſi.operatur quartum effectum,cū mul
tis ampliationib.& limitationib. de quib.ibi , &
per Neuiz.in Sil.nup.lib.3.in ver.eſt nubendum,
in reſp.ad quartum argumentum,verſ.in dubio
tamē acquiſita,& quidem de his iſta cōſuetudo
in his verbis non loquitur,ſed loquitur de rebus
558 corredalibus,& † dicitur corredum, vel res cor-
redales res quas mulier vltra dotes inducit in do
mum viri,quod ſi conſumitur, vel res prædictæ

conſumantur,non repetitur,ſed tãtum id,quod
ſupereſt,reſtituitur,cum mulier illas inducat in
domū in promiſcuū vſum ea intentione,vt con
ſumentur,vt eſt cōſuetudo in pānis lineis,vt per
Bal.in l.de his,C.de don. inter vir. & vxor. & ſic
intelligit etiam Ang.in l.hac lege,C.de pact.con
uen.quæ quomodo probentur eſſe conſumpta,
559 vide per Cremen.ſing.141.vbi apoſtillator, & et
additio ad Bal.in d.l.de his,& vide Panor. conſ.
82.col.fi.lib.2.cum limitatione tamen,niſi con-
560 ſiſtāt in perlis,& auro, vel niſi fuerint æſtimatæ,
561 prout plurimum faciunt ruſtici,tunc† enim ma
riti periculo pereunt,nec diminuūt dotem, vt di
562 cit Bal.in l.æſtimatæ,† ff.ſol.mat.& vide gl.Nea.
in conſu.viro mortuo,in gl.in perlis, & per Bar.
Caſſ.in conſuet.Burg.tit.4.§.24. carta 202.col.1.
verſ.Aduerte,& verſ. ſequēti. Hor de his loqui-
tur iſte tex. quod res corredales reſtituuntur eo
modo,quo inueniuntur,& ſi nihil inuenitur, ni
563 hil reſtituitur,†vt per Bal.in d.l.de his,& Ang.in
d.l.hac ædictali,& Napod.in loco præall. in ver.
corredum,niſi per virum fuerint vendita,vel pi-
564 gnorata,non ad vſum promiſcuum, tūc† enim
adhuc tenetur maritus ad pretium , vt habetur
in c.11.Item quòd in præſcripto caſu,quę addit,
& declarat hanc conſuetudinem, vt ibi etiā dan
te domino dicetur, & ad propoſitum vide Lup.
in rep rubr.extra de don.inter virum, & vxor.§.
17.col.3.verſi.idem dicendum,& Tiraq.de retra
cta.lig.§.j.gl.14.à nu.42.Ex prædictis patet , quòd
ſi dos fuerit data partim in pecunia, partim in
veſtibus,pannis,& alijs huiuſmodi æſtimatis, &
565 maritus in inſtrumento †dotali confitetur rece-
piſſe centum,tunc tenebitur reſtituere integre,
566 non autem,prout inueniuntur, & tenebitur ad
æſtimationem factam tempore contracti matri
567 monij,& deterioratio cedit damno mariti,† &
eius periculo erunt,vt declarat Soc.conſ.289. &
Io.Lup.in repe.rub.de don.inter vir.& vxor.car.
568 98.col.1. vbi φ ſi† denturanimalia,inſpicitur va
lor tēpore mortis, non traditionis, de quo vide
Neuiz.in Sil.nup.in ver.diuiti non eſt nubendū.
Ampliati.7.verſ. Amplia etiam ſi mulier car.73.
col.4.& quid ſi aliqua erant apud ſartorem , vel
569 artificem,vide Barto.in l.ex facto,§. rerum,ff.de
hæred.inſt.& Crem.ſing.63.teſtator reliquit,Pa
raphernalia tamē attrita ad communem vſum
coniugum,reſtituuntur vſu inueterata, prout re
570 periuntur,nec † mulier potent petere pretiū,qđ
ſingulariter tradit Fran.Crem.ſing.141. ſi para-
phernalia,quod nota ad limitationem huius cō
ſuetudinis,quæ loquitur de rebus corredalibus
tantum,non autem de reb. paraphernalib. inter
571 quæ differētia eſt,†vt ſu.dixi,& nota illud verbū,
prout inueniuntur, qđ eſt præſentis tpis, non.n.
572 attenditur †valor bonorū tpe cōſignationis, ſed
reſtitutionis,& prout repenunt,qđ limita non ꝑ
cedere in pretioſis,vt puta, perlis,& auro, vt per
573 gl.conſu.Neap.in conſu.viro mortuo, in ver.cor
redū,in gl.in perlis, & qñ ſunt datę res conſiſtētes
574 in pondere numero,†& menſura, tūc cenſentur
datę æſtimatæ, etiam quòd non fuerint æſtima-
tæ.glo.in l.æſtimatæ, ff. ſolut. matrimon. & eſt

tex.in l.res in dotem,ff de iure dot.Lup. in rubr.
de donat.inter uirum,& uxorem,§.decimoſepti
mo,columna tertia,uerſiculo idem dicendum,
Tiraquel.de retract.conſang.§. 1.glo. 14.nu.42.

Vel earum pretium.

Quod conſiſtit
575 in pecunia numerata,§.pretium,Inſt.de emp.&
vend.quod ex vera æſtimatione non ex ſingulo
576 rum affectione cōſiſtit,l.pretia rerum,ff.ad l.Fal
cid.& variatur ſecundum regiones,l. ideo, ff. de
eo, quod cert. loco, quod quidem quandoque
577 pro penſione,† vel redditu præſumitur,l. procu
rationibus,C.de prin. dom. Aug.libro 11.quan-
578 doque pro æſtimatione,l.in ſumma,§.in frumē
579 to,ff.de condict.indeb.de quo in dubio vbicun-
que fit mentio,præſumitur emptio, Hipp. ſing.
580 105.† vbicunque pretium ergo rerum probabi-
581 tur ex qualitate earum,vtrum vetera, vel noua,
pretioſa,vel vilia,glo.& Doct.in cap.cum cauſa,
582 de teſti.facta prius probatione per teſtes,† inſtru
menta,confeſſionem,delationem iuramenti,in
ſpectionem ocularem, coniecturas, & per acci-
dentia,ſicut eſt rei qualitas,quantitas, commu-
nis venditio,& ſimilium,quæ iudicis officio in-
cumbunt,vt not.per Ioan.And.in cap.cum cau-
ſam,de emp.& vend.Bar.in l.ſi ſeruus,ff.de con-
di.furti.& plene per Flor.in l.ſi ſeruum,ff.ad l.A-
quil.Bar.in d.l.pretia rerum. Quod autem ſit iu-
583 ſtum pretium,† vide per Bar.in l.ſi quis vxori,§.
fina.ff.de furt.& quis æſtimabit in l.ſi quos, ff.de
leg.primo,in l.non dubium,§.fin.de leg.3.Dom.
Vinc.de Franc.deciſ.54.num.15.plene per Tira-
quel.de retract.conſang.glo.in verbo, pretium,
quo res fuerit empta, & hæc conſiderantur cir-
ca æſtimationem rerum corredalium,cum pro-
priè pretium dicatur in contractu emptionis ea-
584 rum † maxime rerum victui hominis neceſſa-
riarum,quib.per ſuperiorem pretium ſtatui de-
bet,vt not.per Doct.in l.annonam,C.ad l.Iul.de
anno.& Canoniſt.in cap.1.extra de empt.& ven
di.Bald.& Sal.in l.prima,C.de epiſ.aud.idem ſta
tuendum cenſet And.Barb.in d.c.1. in alijs ſine
quib. vita hominis duci non poteſt,vtputa, veſti
mentis,hoſpitio,quod etiā in pannis,ſiue laneis,
ſiue lineis, ſiue ſericis ſtatui poſſit: in alijs vero
quæ ſic præcisè non ſunt ad vitam hominis ne-
ceſsaria,quis non compellitur certo pretio eme
585 re,ſed † ſuæ rei quiſq.eſt moderator,& arbiter.l.
in re mandata.C.manda.l.dudum.l.inuitum.C.
de contra.empt.& cap.de his,extra de ſepult. &
Capel.Tholoſ.in quæſt.446.& ibi addit.Aufrer,
586 vbi habetur quando,† & in quibus caſibus, quis
587 cogitur † ad vendendum,quib.adde ex quantita
te pretij argui, quid, & quantum venerit in em-
ptione,glo.in.l.1.ff.de ſuperfi.quam pro ſingula-
ri allegat Soci.conſ.93.vitis inſtrumētis,colum-
na fin.verſ.confirmatur, volu.1. Vtrum autem
588 debeatur pretium quod eſt iuſtum, an nō, illud
quod ab alijs reperitur,vide Tiraqu. de vtroque
retract.tit.1.§.1.gloſ.18.num.1.cum pluribus ſe-
quentibus. An autem hoc pretium ſuccedat lo-
589 co rerū corredalium? dicetur inferius.† Ideo, an
& quādo pretium ſuccedat loco rei, dic, quod
ſic, in vniuerſalibus,vt per doctor. in l.ſi rem.&
pretium.ff.de pet.hæred.in in l.Imperator.§.fina
590 li,ff.de lega.ſecundo,vt puta † in hæreditate, &
in dote.l.res in dotem.ff.de iur.doti.de quo vide
Caſſan.ad conſue.Burg.in rub.de ſucce.natura,
rubr.8.§.2.nu.primo,ſecus tamen in particulari-
bus in quibus datur regula, quòd pretium non
591 ſuccedat loco rei,† l.ſi ſeruum,§.finali,ff.de ver-
borum,oblig.l.vinum,l.quòd te,ff.ſi cert.pe.Io.
Pe.de Ferr.in for.lib.in act.reali,in gl. in ver.& ſi
592 nō extant. Quid autem in re obligata,an pretiū
eius loco ſuccedat,vide D. de Frauch. deciſione
593 64.num.17.& † ibidem quòd pretium feudi nō
eſt feudale,vt eadem deciſ.numero 3.poſt And.
de Iſer.in capitulo primo,§.& plauſtrorum,quæ
ſint regali.& in capitulo ſi vero,ſi de feu. defun.
fue.contro.& per Afflict.in conſtit.Regni, baiu-
li locorum,in tertio notab. & per Doct. in cap.
primo,de feud.non hab.propr.natur. feudi. Vel
594 ſecundo, † quando id, quod præſtari debet de-
ſijt extare per mortem, vel per conſumptio-
nem,tunc recurritur ad eius æſtimationem, vt
l. ſi verberatum, §.primo, ff.de rei vendicat. &
l.ſi ſeruum,§.fi.ff.de verborum oblig. & l.ſi quis
ab alio,§.fina.ff.de re iud.& in alijs caſibus ſingu
595 laribus † notatis in glo.in l. Labeo,& Sabinus,ff.
de verbor.& rer.ſignifica. & per Bald.in l.mater
tua,C.de rei vend.Bart.in d.l.ſi rem.& pretium,
ff.de pet.hæred.& ibi Alexan.qui allegat concor
dantia,& quando res præſtari non poteſt, tunc
596 in ſubſidium pretium ſuccedit loco rei,vt no.in
l.ſi cum ſeruum,& ibi Alexand.ff.ſi cert.peta. &
per Afflict.in deciſione 369.vbi uide in pulchro
caſu ſæpius contingente,& quid in pretio peruē
to ex uenditione rei antiquæ pertinentis ad pro-
597 ximiores † agnatos ex ſtatuto, & conſuetudine
ciuitatis Neapolis, an ſuccedat loco rei, ita vt
in dicto pretio ſuccedant proximiores, de qua
quæſtione vide Anton.Capic. in deciſio. 194. in
fine,qui poſt Steph.de Caieta per eum relatum,
tenet quod nō.Sed contrarium quòd in his pre-
tium ſuccedat loco rei, præſertim ſi ea intentio-
ne fuiſſet vendita,ut ex pretio res alia emeretur,
vt quando incontinenti fundo hæreditario ven-
dito, alter fuit emptus,præſumatur ex illa pecu-
nia,Bartol.in l.ſi ventri,§.finali,ff.de priuil.cred.
& in l.Imperator,§.cum autem,ff.de lega. ſecun
do,& hoc ſi incontinenti,Bald.conſilio 493. co-
lumna ſecunda,volumine quarto,Roman. con
ſilio 426.columna ſecunda, & in feudo ſi expreſ
598 ſe fuit actum,† vt de pecunia peruenta ex feudi
venditione fiat emptio alterius feudi, pretium
tunc ſuccedat loco rei, vt per Afflict. poſt Andr.
in capitulo primo,columna prima, & ſecunda,
de vaſſal.decret.æta.alias niſi expreſſe ſit actum,
non ſuccedit loco rei,vt ibi per eum, quod autē
ſupra diximus pretium rei hæreditariæ uenditæ
ſuccedere in eius locum, id ſane intelligendum
procedere,quando pecunia extat, nec fuit con-
599 ſumpta, † tunc enim,ut ſupra dictum eſt, ſucce-
dunt proximiores, tanquam ad bona antiqua,
prout ſic declarant, & fuiſſe iudicatum refert ad
deciſionem Afflicti 369.

Et nota hic in textu dictionem, vel, quæ licet
600 quandoque ſtet copulatiue, † ſeu coniunctiue,
vel diſiunctiue, in iudicijs, contractibus, & in vl-
timis voluntatibus, & quando ponitur inter ora
tiones, vel inter dictiones, de quo vide in clemē.
ſæpè, de verbor. ſignifi. & per Card. Zabar. in cle
men. quia plerique, de elec. Aliquando correcti-
ue, l. bonæfidei, ff. de noxa. act. aliquando pro ſal-
tem, l. multum, ff. de hæred. vel act. vend. l. tertia,
§. pen. ff. de ſtatu lib. l. in creditore, ff. de euict. l. fi-
nali, ff. de abigeis, & in cap. decet, de immun. ec-
cleſ. aliquando pro non, l. ſi de ſua, C. de dona. an
te nupt. & l. repeti, ff. quibus mod. vſus amit. ali-
quando, pro etiam, vt in §. per occaſionem, in au
then. de nupt. l. quòd ſi epheſi, ff. eo, quod cert. lo
co. aliquando expoſitiue pro veluti, l pe. ff. man.
hic tamen videtur poni alternatiue. facit l. pla-
ne, §. 1. ff. de leg. 1. & ibi nota.
601 Sed quæro, hæres mulieris repetit bona corre-
dalia, maritus vult ea retinere, & ſoluere pretiū,
cuius erit electio? dic, quòd erit electio viri debi-
toris, cum in alternatiuis electio regulariter ſpe-
ctet ad debitorem, ex reg. tex. in capitu. in alter-
602 natiuis, † de reg. iur. in 6. & l. plerunque, ff. de iur.
dot. & per Felyn. in cap. inter cæteras, columna
ſecunda, extra de reſcrip. qui ad regulam prædi-
ctam ponit nonnullas limitationes, de quibus
ibi, Anan. ſing. 138. Iacob. Menoch. libro primo,
arbi. iudi. q. 94. vbi quid in pœnis.
603 Nota tamen, † quod pro conſecutione pretij
iſtorum bonorum mulier, & hæredes mulieris
non habent priuilegium, quod doti conceditur,
vt not. per glo. not. in l. ſi ego, §. dotis, ff. de iur. do.
quod pro ſingulari tradit Franc. de Crema. ſing.
145. incip. Tu ſcis.
604 Nunc † quæro ab extra, ſed non impertinenter,
maritus lucrifacit dotes in pecunia, vel in mobi
libus conſiſtentes, vergit ad inopiam, vxor petit
conſtante matrimonio aſſecurationem dotium
ob vergentiam viri ad inopiam ex cauſis, quæ
notantur per glo. & Doct. in l. ſi conſtante, ff. ſo-
lut. matrimon. & l. adhuc, C. de iure dot. & per
canoniſtas, in cap. per veſtras, de donat. inter vir.
& vxor. creditoribus viri ſeſe opponentibus, &
allegantibus vxori non competere huiuſmodi
remedium, ſeu actionem, cū dotes ſint de æqui-
tate viri, & per mulierē amiſſæ, & ſic pro eis age
re, & experiri non poſſe tanquam ſine actione,
ex l. ſi pupilli, §. videamus, ff. de neg. geſt. Contra-
rium teneas, vt quamuis maritus prole ſuſcepta
lucratus ſit dotes, tamen hoc lucrum in effectu
debetur marito mortua vxore, vt hic dicit tex. in
terim tamen vxor aſſecuranda eſt, vt per glo. fin.
in l. vbi adhuc, & ibi expreſſe Alber. de Roſat. C.
de iure dot. & Io. Lup. in cap. per veſtras, §. 44. in
princ. extra de don. inter virum, & vxorem, dum
quærit, an mulier aſſecurata teneatur cauere vi-
ro, qui lucratur dotem ex pacto, quinimo mulie
605 re aſſecurata pro ſuis dotibus, † ſequitur caſus
lucrifactionis dotium, nullum per huiuſmodi aſ
ſecurationem fiet marito præiudicium, & non
obſtante aſſecuratione maritus lucrifaciet do-
tes, in auth. de nupt. Phanut. in tract. de lucr. dot.
in rubrica, verſiculo ſoluto, in princip. nume. ſe-
cundo. Sed poſtquam in materiam aſſecuratio-
nis incidimus, operepretium putaui pro inſtru-
ctione iuuenum aliqua differere, & primo, quòd
606 aſſecuratio nil aliud eſt, † niſi quòd mulier po-
nitur in tuto ob ſecuritatem dotis eiuſque con-
ſeruationem, tum etiam propter liberorum etiā
ex priori matrimonio ſuſceptorum, & familiæ
alimenta, immo, & ſoceri ſi bona ſufficiunt, ſe-
cundum Cyn. & Alber. in dicta l. vbi adhuc, C.
de iure dot. & per Barto. in l. ſi conſtante, ff. ſolut.
607 mat. in vltima queſtione, quartæ partis, nec † per
huiuſmodi aſſecurationem maritus dote ex pa-
cto, ſeu conſuetudine queſita priuatur, vt per Io.
Lup. in ca. per veſtras, §. 20. poſt Bald no. & alios
per eum allegatos, nec mulieri agenti cōtra poſ-
ſeſſores bonorum mariti, vel creditores obſtat
608 ius † offerendi pecuniam, immo ea oblatione
non obſtāte, immittitur in poſſeſſionem, vt per
Ant. Cap. deciſ. 41. in quarta limitat. & Cin. in l.
cum tibi, C. qui pot. in pign. habe. & D. Vinc. de
Franc. in deciſ. 54 in princ. & ſic pluries per ſacrū
Conſilium Neap. deciſum Anan. in ſingul. 296.
eiuſque filius D. Fab. conſil. 69. vol. 1. niſi petatur
ſuper pecunia, & tunc moſus erit, vt conuerta-
609 tur in emptionem † ſtabiliū. Cach. in deciſ. 135.
quæſtio. & hanc eſſe communem opinionem
teſtatur Caſſan. ſuper conſue. Burg. rub. 4. in ver
bo, per sò mari, colum 3. verſicu. quæro mulier,
& per Neguſ. in tract. de pign. parte 5. membro
primo. Vtrum autem ſit facienda reſtitutio me
diante appretio per expertos faciendo, an autem
610 per ſubhaſtationem? dic, † quòd ſecundum ap-
pretium, iuxta praxim traditam per Bartol. in l.
ſecunda, C. de reſcin. vendi. quam tenuit ſacrum
Conſilium referente D. de Franch. in deciſione
quinquageſimaquarta, in ſecundo dubio, verſi-
culo, & dum fuiſſet lata ſententia, quicquid alias
dixerit Ant. Capi. in deciſione quadrageſimapri
ma, in addit.
611 Et tamen † obtenta huiuſmodi aſſecuratione
interdicta eſt mulieri alienatio horum bonorū
ſuper quibus obtinuit per tex. in d. l. vbi adhuc,
C. de iure dot. quem tex. ad hoc ponderat, & pro
ſing. tradit Pet. Rauen. ſin. 137. cum non ſit vera
612 reſtitutio, † ſed potius, vt mulier ponatur in tu-
to, vt ſupra dictum eſt, vt per Bartol. & Docto. in
613 dicta l. ſi conſtante, ff. ſol. matr. cum † vera reſti-
tutio fiat mortuo viro, vel ſoluto matrimonio,
614 quo caſu † facta reſtitutione deſinit eſſe dos, &
fundus amplius non eſt dotalis, & poterit, abſq;
dubio alienari, ſecundum Bal. in l. 1. C. ſine cen.
vel reliq. & ita intellige tex. in l. etiam, ff. de fun.
dota. in quo ſimpliciter dicitur, quòd ſoluto ma
trimonio adhuc dicitur fundus dotalis, nam in-
615 telligitur ante factam reſtitutionem, † ſecūdum
Bald. in dicta l. prima, quod pro ſingulari tradit
Petr. Rauen. in ſingu. 148. Sed cadit hic notabi-
616 lis quæſtio, pater vel extraneus promiſit dotem
marito, maritus confitetur dotem recepiſſe, de-
inde maritus vergit ad inopiā, an mulier poſſit
dotē repetere a promiſſore, nō obſtante cōfeſſio
ne mariti, an vero ab ipſo marito? de qua q̄one

vide Ludou.Roman.in conſi.46.in cauſæ domi
næ,qui pulchre, & ſatis eleganter loquitur, vbi
decernit,quod non à promiſſore, qui per mariti
confeſſionem eſt liberatus,nec a marito cõſtan-
te matrimonio,ſed ab hæredibus eo mortuo pe
tet,vide tamen Io.Lup.in repet. cap. per veſtras,
§.30.circa finem,extra de dona. inter vir.& vxo-
rem,& ibidem in pluribus quæſtionibus præce-
dentibus,& ſubſequentibus plures quæſtiones,
& caſus,& cauſas hanc materiam aſſecurationis
concernentes, quas hic addere poteris, & ad
quem recurre.
617 Vtrum † autem aſſecuratio militet in matri-
monio putatiuo,vide eundem Io. Lup. vbi ſup.
618 §.22.Et † quid ſi maritus vergat ad inopiam eius
culpa,Campeg in tract.dot.parte 3.quæſtio. 18.
619 & † qualiter probetur facultates viri ad dotis re-
ſtitutionem non ſufficere,vide ibi.quæſt.20.& ſi
620 maritus eſt bannitus,vel foriudicatus, an poſſit
mulier aſſecurari,ibidem quæſt.23.& ſi maritus
621 eſt † excommunicatus perſeuerans in excom-
municatione, & vxor non vult ſtare ſecum, po-
teſt dotem repetere,Ioan.Andr.in addit. Specu.
in tit.de don.inter virum,& vxorem,§.fi. Alex.
conſ.88.volum.5.Petr.Rauen.ſing.956.illud nõ
622 omittẽdo,quod ſi pendẽte lite,& inchoato pro-
ceſſu ſuper aſſecuratione, moriatur maritus, li-
cet ceſſet remedium aſſecurationis, & fiat caſus
totalis,& effectualis reſtitutionis dotis, non ta-
men deſinit proceſſus,ſed poterit idem,atq. pri-
meuus proceſſus expediri ſuper reſtitutione do-
tis,vt per Bal.in l.poſt finitam,ff.de ſuſp.tuto.qđ
not.& pro ſingulari tradit Anan.ſing.597.vxor.
vbi ait ſic de facto incidiſſe in occurrenti quæſt.
& omnino vide D. Fabium de Anna.in eius ſo-
lemni conſilio 63.vol.1.

¶ Illud autem non omittam, quòd vxor pe-
623 tens aſſecurationẽ in bonis mariti, impedit exe-
cutionem ſententiæ latæ ad inſtantiam credito-
ris eiuſdem viri, ſuper bonis illius ſi eſt anterior
creditrix,Rebuff.ad conſtit.Regias Franciæ, to-
mo 2.art.1.gl. decimaquarta, numero 43. ſolio
418.Bart.Caſſ.ad conſuet.Burgund.rub.4.§. 17.
in verbo,par.50.mari.car.183.num.9. poſt Bald.
Nouel.& Capel.Tholoſ.& Pract.Papienſ.per eũ
citatos,& vide ibi Caſſ.optime materiam aſſecu
rationis differentem,& an ſi mulier ſcienter cõ-
624 traxit † cum inope,competat hoc remedium,vi
de Campeg.in tract.do.q.25.vbi quid ſi non vir,
625 ſed † ſocer vergat ad inopiam, & quid ſi alteru-
ter,& an euitent hoc iudicium ſi volunt dare fi-
626 deiuſſorem per plures ſequentes quæſtiones, &
Caſſ.rub.4.§.17.car.183.colum.1.vbi etiam,an re
medium l.ſi cõſtante,ceſſet, vel concurrat cum
627 promiſſione,† capitu.per veſtras,de don.int.vir.
& vxor. Et quid ſi non appatet inſtrumentum
dotale,ſed ſola confeſſio viri cõſtante matrimo-
628 nio † facta,præſumptio iuris,& de iure eſt,quòd
ſit in fraudem,nec præiudicat alijs creditoribus,
ſi dos fuiſſet in mobilibus, vt not.Bartol.in d.l. ſi
conſtante, in 4. quæſt.vlt.par.in fine, & Cappel.
Tholoſ.quæſ.339.vbi Aufrer,in additione,& an
629 maritus † eam confeſſionem reuocare poſſit,
vide Cyn. in l.quod de ſuo, C. de donatio. cauſ.
mort.Barto.in authen.ſed iam neceſſe,C.de do-
nat.ante nupt.Bald. in l. ſi voluntate, C. de do.
prom.
630 Nec † tamen credas per huiuſmodi aſſecura-
tionem liberari maritum ab obligatione,nec ab
hypotheca,Lup.in capitulo, per veſtras, §.deci-
631 monono,de dona.inter virum,& † vxorem. An
autem iſtud beneficium,ſeu actio mulieri com-
petens poſſit alteri cedi? Bald.in l. vni. columna
penultima,C.de priuil.dot. quòd non, & ſic vi-
diſſe ſeruari in contingentia facti,teſtatur Catel.
Cotta.in ſuis memor.in verbo,dos repeti poteſt,
vbi etiam dicit per ſtatutum Mediolani eſſe pro-
uiſum,vt cedi poſſit,ita tamẽ, vt pecunia pona-
632 tur in ſtatuto. Quæ † autẽ ſint probanda in hoc
iudicio aſſecurationis contra maritum, quæuè
contra tertium poſſeſſorem? vide Bello.in con-
ſilio 34.circa princi. ex quibus autem cauſis de-
633 tur hæc actio, † & quomodo probetur inopia,
& vergentia viri ad inopiam,vide latiſſi.Io.Lup.
in d.cap.per veſtras, §. decimooctauo, extra de
dona.inter virum,& vxorem. Quid autem ſi res
634 ſuper † quibus mulier obtinuit aſſecurationem,
ſunt caſu fortuito deperditæ, vel deterioratæ;
cuius erit periculum,viri, an vxoris? vide latiſſi-
mè Lup.vbi ſupra §.25.quæ cum ſint ad opus no-
ſtrum impertinentia; ſed incidenter dicta,omit-
to,& lectorem remitto ad loca, & authores de
quibus ſuperius meminimus.

ADDITIONES

¶ ADde in textu ibi (filio ſuſcepto ex ea) ſed quod filius ſit patris,plene,& directo probari non poteſt,l.Lucius, ff. de condi. & demonſtr. vide Felyn.& Dec.in rubr.extr. de proba.Alciat.in tract.de præſum.3.par.numero 5.& quòd filiatio non poſſit aperte,& plene probari, vide Dec.in l.prima,numero ſeptimo, C. de teſtam.milit.Cror.in l.ſciendum,num 12.ff.de verbor.oblig.Ruin.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum, num.45.ff.& de lib.& poſthum. Menoch. in tracta.de arbitr.iudic.quæſtio.libro ſecundo, cent. prima,caſu 89.nume.7. vbi reijcit communem intellectum,& nouum affert,& an filiatio probetur per nominationem,& qualiter probetur, vide Grat. conſilio ſexageſimoſecundo, vol.2.

¶ Add.in tex. ibi,& vxor poſſit inuito viro,vel patre uiri, &c.An autem mulier poſſit inter viuos contractum celebrare,vendere vel obligare, aut diſponere, cum conſuetudo ſit ſtricti iuris, & loquitur per verbum legare, qui eſt actus vltimæ voluntatis. l. verbis legis. ff. de vet. ſignifi. ſicut verbum, diſpono. glo. in.l.1.ff. de tabu. exi. An autem ſi detur licentia vxori de contrahendo, expiret per primum contractum? Bart. in l.Titius filius,ff.de excu.tut.tenet ꝙ ſic,& Bal.in l.ſi §.neceſſitate,C.de bo.quæ lib. niſi eſſet dictũ de futuris,vt ibi vide per Fel.in c.1.de treg.& pace, ad materiam l. boues, §. hoc ſermone, ff.de verb.ſignifi.Bart.Alfan.colle.160.

Sed

Sed quid ſi hæc mulier leget pro ſua anima vltra decimam, maritus id ratificat, quę ratificatio fit etiam parte abſente, Bart. in l. Pomponius, columna tertia, & in l. diſpenſatorem, ff. de neg. geſt. & in l. gerit, ff. de ac quir. hær. & in authen. ſacramenta puberum. C ſi aduer. vend. & in l. quo enim, ff. rem rat. hab. Bal. in rub. C. qui admi. col. 3. vbi A ng. & poteſt fieri quandocunque. Barto. in l. ſi inter, §. hoc, ff. de except. rei iudi. & in l. ſi furor, C. in qui. cau. in integ. reſt. non eſt neceſſa. & quandocunque interuenit, facit præſumi voluntatem ratificantis ab initio interueniſſe, & facit negotium ratificantis, Spec. in titu. de iud. §. 2. item facit dominium rei tranſire in ratificantē, l. ſi ego, ff. de neg. geſt. gl. in l. ſi procurator, in verbo, repetendum, ff. de condi. indeb. & trahitur ad tempus quo actus fuit factus, l. fina. C. ad Maced. vbi Bald. ponit octo fallentias. Nec ex ratificatione conuenitur in loco ratificationis, ſed in loco contractus, Bar. in l. ſi pecuniam, col. 2. C. de neg. geſ. Non tamen operatur in præiudicium tertij, cuius eſt quæſitum. Ozaſc. deciſ. 119. nume. 25. & conualidat actum nullum, atque doloſum, Ozaſc. deciſ. 142. num. 8. & deciſ. 58. num. 32. & tollit effectum nullitatis, ut ibi, num. 15.

Ibi datas, & traditas.

¶ ADde, dare eſt dominium transferre, Bald. conſ. 383. nume. 2. parte 5. vide quatuordecim modos, qui habent vim traditionis, quos vide & proſequere per Caſſ. ſuper conſuet. Burgun. rub 7 Des ſucceſſions, §. 1. car. 227. col. 4. ver. aduerte tamen, ibi addo alios, vbi etiā, le mort ſaiſit le viſ. cumulat treſdecim alios caſus. ſeu regulas generales, quibus acquiritur dominiū, & poſſeſſio ſine vera traditione, vel quæ habent vim traditionis.

¶ Adde, num. 361. quid ſi in teſtamento mulier fecit donationem inter viuos de hac decima parte dotis, qui actus inter viuos fieri poteſt in teſtamento, vel vltima voluntate, l. hæredes palā, §. ſi. vbi Bar. ff. de teſtam. Iaſ. in l. cum antiquitas, col. 2. C. de teſtam. & in l. 1. colum. 4. C. de bono. poſſ. ſecun. tabul. & verum quando per exiſtentē in articulo mortis dicitur dono, non facta mentione mortis, an dicatur donatio cauſa mortis, vel inter viuos? vide allegata per Socin. conſil. 130. colu. 3. verſ. nec ſecundo loco, vol. 1. & in cōſil. 135. colum. 3. vol tertio, ad primum dictum, vide Caſſan. ſuper conſuetud. Burgun. titu. 7. §. 5. carta 241. col. tertia, in prin. ver. dixi ꝓ hæc donatio, & actus geſtus in infirmitate præſumitur geſtus cauſa vltimæ voluntatis, vel cauſa mortis, Anton. de But. in capitulo ſecundo, extra de conſuetud. & donatio facta ab infirmo, eſt donatio cauſa mortis, & ſi donatio inter viuos per teſtamentum confirmetur, habet vim vltimæ voluntatis, ex quo ſumit effectum ab illa cōfirmatione, maxime quando non apparet ſcriptura donationis, videtur text. in l. ſi donatio. C. de donat. Caſſan. titu. de ſucceſſ. rub. 7. §. 5. carta 242. colum. 1. in addit.

An ſi legetur hæc decima dotis ei, qui debet ſuccedere, an ſit validum legatum ſi declarat ſe nolle eſſe hæredem? vide Caſſan. ſuper conſuetu. Burgund. rubr. ſeptima, §. 5 carta 242. colum. 3. verſic. an legatum, vbi vide in verbo, & qui abinteſtato.

¶ Adde, circa nume. 252. verbo, diſpoſitio, l. exigere vltra Doctores ſupra, & infra per me ibi allegatos, Bernard. Peruſi. cumulantem omnes. Doctores declarantes limitantes, & ampliantes d. l. in ſuis collect. iuris ciuilis, in collectan. 6. & videas Bald. in conſil. 471. quæritur vtrum hæres, volum. 1.

¶ Adde, num. 470. in illa quæſtione, auus an præſumatur dotaſſe neptem ex filio contemplatione filij, an in diuiſione fratrū computetur in legitima, Bernard. Alſ. cumulantem pleroſque Doctor. in ſuis collect. iuris ciuilis, capitulo 283. & Ioan. Lup. in repet. capituli per veſtras, carta 313. vbi per tres columnas, extra de donation. inter virum, & vxor. in §. 14.

¶ Adde, cir. nu. 126. prohibita alienari nū poſſint in dotem dari? ad materiam authē. res quæ, C. commu. de leg. Socin. in regula duodecima, in verbo; alienare, vbi ampliat, & limitat multis modis, Iaſon. in l. filiusfamil. §. diui, numero nonageſimoſeptimo, in ſecunda lec. de leg. primo, Gozad. conſilio 96. Pariſ. conſilio quinquageſimoſecundo, nume. quadrageſimo, lib. ſecundo, Aret. Pinel. in l. prima, parte tertia, Cæpol. conſilio vigeſimooctauo, ad finem, Rip. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, numero 37. ff. ad Trebel. Bello. conſilio octuageſimotertio, Alexan. conſil. centio, volumine tertio, viſo proceſſu, Curt. conſil. 65. Dec. conſilio 376. Gui. Papæ, quæſtio. 611. Coraſ. in l. qui liberos, in ſecunda parte, nume. 191. 193. ff. de ritu nupt. Curt. iun. conſilio 95. numero ſecundo, Crauet. conſilio decimonono. & an auth. res quæ, habeat locum in prohibitione inter viuos? an poſſint prohiberi expenſæ, & an valeat prohibitio; etiam ſi non fuerit iuramento vallata, Gui. papæ, quæſtione 96. Boer. deciſione 129. numero decimo, an diſpoſitio auth. res quę, ſtringat ignorantem? Et quid ſi alienatio eſt facta per tertium ad quem res peruenit, & non per prohibitum alienare, & quid ſi fideicōmiſſarius conſenſit alienationi, & quid ſi alienatio fiat ex cauſa dotis, tam conſtituendæ, quam reſtituendæ, Pariſ. conſilio 81 numero quadrageſimotertio, libro ſecundo, Dec. conſilio 396. Soci. iun. conſilio 130. libro primo, & in conſilio vigeſimo, numero 41. volumine primo, adde plures limitat. ad tex. illum, & an procedat quando teſtator reliquit bona vltra illa prohibita alienari, & quādo expreſſe prohibuit alienari etiam ex cauſa dotis, Pariſ. conſilio ſexageſimotertio, volumine 2. Franc. Marzar. in epit. fideicom. parte 2. q. quadrageſimaoctaua. in materia Soc. iun. in

conſ. 119. nu. 7. 9. libro 2. vbi limitat quod ſi prohibita alienari, in dotem data ſint, ſtãte ſtatuto, quòd uir lucretur partem dotis, Crauet. conſilio 186. num. 4. cum ſeqq. Natta conſ. 61. per totum, vol. 1. & diſpoſ. auth. res quæ, non uendicet locũ in feudalibus, Rol. Valle. in tract. de lucr. do. quæ 54. num. 14.

¶ Adde circa numer. 543. dum locuti ſumus de bonis paraphernalibus, vide Nattã conſi. 75. per totum volum. 1. Zaſi. in l. 1. nu. 8. ff. de iuſt. & iur. Fort. Garz. num. 44. Salamoni. num. 16. & ꝙ vxor ſit domina bonorum iſtorum paraphernalium, Alexan. conſ. 144. volum. 5. vbi pleniſſime. Paul. de Caſt. in l. maritus, ff. ad l. Falc. Bart. Bald. Iaſ. in l. maritus, C. de procurat. & vide Affl. in deciſ. 44. poſt numerum tertium, verſiculo modo videamus.

¶ Adde circa num. 207. an maritus occidens vxorem iure permittente ex cauſa adulterij, vtrum lucretur dotem? ſed quod non debeat lucrari, Ioan. de Amic. conſ. 9. Ruin. conſ. 11. lib. 2. Roian. Valle. de lucr. dot. quæſtio. 68. numero 9. & quæſt. 78. nume. 12. Bern. Alfan. in collect. iur. ciuil. cap. 901. ad l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir. ff. ſolut. matrim.

¶ Adde circa num. 134. in quæſt. incip. Quæro pater dedit, quòd filiæ in dote profectitia fit aptè ſubſtitutio, quatenus vltra legitimam, vt per Bald. in conſilio 479. in quarta parte, & in conſilio 59. numero 1. parte 2. & an in dote matris poſſit grauari in legitima? Bald. conſilio 38. numero 6. volumine 2. & an poſſit teſtari de tota dote, vide Bal. conſil. 69. in ſecunda parte, & dicetur dos profectitia, quando datetur a Rege contemplatione patris, & ob merita patris, vt per Io. Lup. in repet. rub. extra de donat. inter virum, & vxorem, carta 77. & vide in eius repert. in verbo, dos dicitur profectitia.

¶ Adde ad hanc conſuetudinem dantem lucrum dotis marito in caſu vt in textu, ꝙ ſi fuit datus in dotem vſufructus, qui iam morte finitur, maritus non lucratur dotem, Ioan. Lup. in c. per veſtras, §. 24. columna quarta, poſt numerũ octauum, extra de don. inter virum, & vxorem, dum loquitur in caſu, quando dantur in dotem fructus fundi pro alimẽtis, iuxta textum in l. dotis fructus, §. ſi vſusfructus, ff. de iur. dot.

¶ Adde circa num. 190. in quęſt. incip. ſed pone, quòd contractum, quòd poteſt quis ducere vxorem ſexagenariam, Pariſ. conſilio 29. libro 2. Ruin. in rubr. ff. ſolut. matr. numero 27. Bart. in l. qui habebat, in penultima quæſtione, ff. de vul. & pup. ſubſtit. Soci. in conſ. 65. colum. 1. & 2. volumine 3.

¶ Adde circa num. 267. in verſicu. limita, & tertio, quod eadem dos cenſeatur data ſecundo viro, quæ primo, vt in deciſ. Cacheran. 21. numero primo, Bello. libro quarto ſupputa. capitu. decimoſeptimo, num. 8. Curt. iun. conſ. 4. columna antepenultima, Valle. de lucr. dot. quæſtione 80. num. 11.

¶ Adde, circa num. 386. Fraternitates battentium, an ſint loca pia? Cattell. Cotta in eius memoral in verbo, collegia, verſic. hæc iura.

¶ Adde, circa nu. 390. quòd legatum pium dicitur illud quod fit pauperi pro alimentis, vt ꝑ Tiraq. in præfat. ſui tractatus, de priuil. piæ cauſę. An autem ſi iſte pauper efficiatur diues, ceſſet annuum legatum ſibi factum pro alimentis, vide allegata per doctiſſimum virum aduocatũ Primarium, nunc autem Regium Cõſiliarium, D. Fab. de Anna. in eius cõſilio vigeſimoprimo, volum. primo.

¶ Adde, circa num. 602. ad regulam illam capituli, in alternatiuis, de reg. iur. in 6. & l. plerunque, ff. de iur. dot. cum ſimil. vltra limitationes allatas per D. de Anna. ſuperius allegatum, quòd in alternatiua locorum electio eſt inditoris, l. nõ vtique, ff. de eo quod cert. loco, vbi Bar. explicat, num. 2. & rurſus, numero 7. & ibidem Paul. de Caſtr. num. 4. addent. ad Affict. in deciſ. 316. numero 4. D. Fab. de Anna. conſ. 95. vol. 2. & rurſus Affl. deciſ. 392.

¶ Adde, circa num. 318. quòd in filiofamilias clerico beneficium eccleſiaſticum cõſideratur, vt peculium quaſi caſtrenſe, non autem aduentitium, & pater non habet vſumfructum, quoniam filiusfamil. in beneficialibus eſt extra patriam poteſtatem, c. ſi. de iud. lib. 6. Azo. in ſum. C. de bon. quæ liber.
Hoſtien. in ſum. de pecu. cler. & expreſſe in ca. decorum, de ætate, & qualit. & vide Bald. in l. ſacroſanct. C. de epiſ. & cler. & filiusfamil. fructus beneficiales poteſt alienare, dicta l. ſacroſanctæ, vide de hoc plenam deciſ. Affl. 241.

¶ Adde, circa num. 131. quòd inſinuatio nõ requiritur, nec etiam in dodario, vel donatione propter nuptias excedente ſummam quingentorum aureorum. Rebuff. ad conſti. regias. tom. 2. tit. de inſinn. donati. art. 1. gl. 1. nume. 20. & ibi ponit caſus non egentes inſinuatione.

¶ Adde cir. nu. 67. ibi, an iſte filius natus ſtatim infans deceſſerit, an tranſmittat hæreditatem non aditam iure ſuitatis, vel ſanguinis, vltra per me allegata licet remiſſiue, vide D. Fabi. de Ann. in conſ. primo. vol. 1. quod ſcripſit in cauſa Donnæ Mariæ de Aualos.

¶ Adde circa nu. 350. Vide Rebuff. ad conſti. regi. tracta. de ſent. proui. in præfati. verſ. Tamen expenſæ. nu. 48. vbi etiam quòd ſi quis fecerit expenſam funeris tam modicam, quæ potius in contumeliam cedat defuncti, quàm honorem, non poteſt eam repetere. Bologn. in ſuis vlti.

vlt. interpe. ad l. at ſi quis, §. iudex, ff. de relig. & ſumpt. fun. Vinc. Hercul. in l. prima, §. fin. ff. ad l. Falc. & Rebuff. in loco præcitato, num. 52. & nota, quòd qui in funus impendit, cum defuncto, non cum hærede contrahere cẽſetur, vt per eundem Rebuff. ibid. nu. 68.

Sepulturæ vtilitates ſcribit Florentin. in tertia parte Summæ, tit. 10. c. 1. §. 3. & diuerſos humandi ritus, Alexand. ab Alex. Genia. dierum, 3. c. 2.

¶ An autem expenſa funeris præferatur omnibus creditorib. defuncti perſonalem actionẽ habentibus, immo tacitam, atq. expreſſam obligationem, vltra prædicta ſuperius, vide Rebuff. in tract. de ſenten. proui. in præfatio. verſic. octauo præfertur, num. 65. & eundem libro 2. ſub titulo de conſt. reddi. arti. 1. gl. 8. num. 34. verſ. nono iu expenſa funeris.

¶ Adde, in verſ. quæro, in ratione dubitandi, num. 19. quare dos dicatur proprium patrimonium mulieris, pulchre Ant. Goueanũ, in l. Pater filiam, ff. ad l. Falcid.

¶ Adde, circa num. 182. de extero ex forma ſtatuti non valente acquirere bona, vide Pet. Rebuff. tomo 2. ad conſt. Regias, tract. de liter. naturalitatis, gloſſ. vnic. vbi etiam an bona per exteros quæſita, præſumantur in loco ſtatuti prohibentis.

¶ Adde, circa dicta per me, nume. 302. quòd tacita oritur hypotheca in bonis paternis, quando pater tranſiuit ad ſecunda vota, tunc pro lucris, & alijs bonis obuenris ad patrem, ex primo patrimonio, & doloſa illorum adminiſtratione filii habent tacitam hypothecam. l. ſi quis prioris, §. illo, vbi Doctor. C. de ſecund. nupt. Soc. conſi. 34. volumine primo, & idem in matre migrãte ad ſecundas nuptias, Rebuff. ad conſtitu. Regias, tomo 2. tit. de conſt. redditu, art. 1. gl. 14. numero 20. 21. dixi infra, c. 8.

¶ Adde dictis num. 192. quòd domicilium quæritur, vbi quis nupſit, ſi vir illuc ſe conferat habitandi gratia, Rebuff. in l. ciues, C. de incol. libro 10. & Rebuff. nepos ad conſt. Regias, tomo 3. tit. de domi. electi. in præfati. nu. 17.

¶ Adde dictis circa num. 384. quòd pium eſt legatum quod fit iſtis confraternitatibus, vel artificum collegijs, & cõuentibus, in quibus fiunt opera pia, diſpenſantur pauperibus eleemoſinę, viſitantur infirmi, impotẽtes nuptui, traduntur puellæ miſerabiles, & alia multa. glo. in pragm. titu. de annat. in verbo, beneficiorum, Alex. conſilio 102. ſuper primo, 7. volum. Dec. conſi. 72. viſo puncto, columna ſecunda, verſ. tertio principaliter. An autem illorum ſtatuta valeãt, vt quia non recipiatur, niſi ſoluerit pro miſſis, & alijs diuinis. Ac neceſſarijs, & ornamentis confraternitatis: dic, quòd non, bene tamen poteſt ſtatui, vt receptus tantum pro prædictis, vt per Archid. in capitulo, ſi quis, 40. diſt. Innoc. in capi. inter dilectos, de dona. Roma. ſing. 344 nunc habeo Ideo iudex poteſt compellere hæc collegia, & confratrias, vt oſtendant ſibi ſtatuta collegij, Iacob. in l. collegium, C. de hæred. inſtit. Rebuff. ad conſt. Regias, tomo 2. tracta. de confiat. ſeu artifi. collegij.

Num autem de legatis factis huiuſmodi collegijs, debeatur quarta epiſcopalis, ſicut de alijs relictis eccleſiæ, cap. requiſiſti, de teſtam. vbi habetur quòd non, vide Panorm. & Imol. in capit. officij, de teſtam. diſtingue tamen, vt per Per. de Vbald. in tract. de quarta cano. epiſco. 1. quæſtione 14. Alexand. conſ. 102. ſuper primo, volum. 7. Rebuff. vbi ſupra, num. 7. verſic. nec etiam, & dicuntur confratres, quaſi ad cultum diuinum in vnum fratres in Chriſto, c. ad menſam, 11. quæſtione 3.

¶ Adde, circa num. 574 quare debeatur pretium rerum conſiſtentium pondere, numero, vel menſura, & dicas quoniam recipiũt functionem in genere ſuo, l. ſecunda, ff. ſi cert. petat. quæ verba declara, vt per Eguin. Baron. inſt. quib. modis re contr. oblig. commen. particula priore.

¶ Qualiter autẽ mors probetur, & ſepultura, dictum eſt ſupra cõſuetudine prima, in fi. in additionibus meis, vbi vide Pet. Rebuff. ad conſtit. Regias, tomo 2. tit. de regeſtis, baptiſ. ſepult. arti. vltimo, gl. vni. vbi etiam, an liber pharmacopolæ, ſeu aromatarii fidem faciat, & ſi producatur fides curati, ac liber pharmacopolæ de candelis, pro funeralibus, qui diuerſimode cantent, vtri ſit danda fides, & quomodo ad concordiam duci poſſint, vide eundem Rebuff. vbi ſupra, artic. 2. gloſ. quarta, verſicu. quæro aliquis producit librum, &c.

Quæ autem ſit pœna celantis mortuum, vel impedientis ſepulturam? dic quòd multatur pœna quinquaginta librarum auri, ac ius ſuum perdit, l. fi. C. de ſepul. viola. vbi gloſa extendit illum textum, quòd hæres non ſepelliens defunctum, priuatur eius hæreditate, & ibi Alber. allegat iura pro hoc.

¶ Adde, circa num. 426. quis dicatur inuitus, vide per Egui. Baro. libro 1. digeſtorum, de adoptio. & emancip. ad l. 8. & digeſtorum lib. tertio, in l. filiusfamilias, & quæ nam ſit iuſta cauſa diſſentiendi? Iac. Menoch. lib. ſecundo, cent. tertia, caſu 212. arb. iud. quæſt.

¶ Adde, circa num. 270. quid ſi pater maritet filiam, & dotem conſtituat, non facta mentione de prima dote, an poſſit petere ambas dotes? dic quòd non poteſt petere, niſi ſecũdam dotem in ſecundo matrimonio conſtitutam, l. dotem, ff. de iure dot. Cyn. in auth. ſed quamuis, C. de rei vxor. act. Guid. Papæ quæſt. Delph. 375. pater pro filia, verſiculo ſed quæro, numero tertio, vbi tamen

men dicit cauſam non fuiſſe ſententia terminatam, ſed amicabiliter concordatam.

¶ Adde, circa nu.69. an natus, & ſtatim mortuus, habeatur pro mortuo, ita vt non faciat gradum ad excluſionem fœminæ quo ad ſucceſſionem feudi? in qua quæſtione diſtingue, vt per Andr. de Iſern. in cap. 1. §. quin etiam, in fine, epiſcopum, vel abbat. & vide ibidem D. Ioan. Pau. Balzaran. quæſtionem diſcretiſſime declarantē, & quòd huiuſmodi partus ſtatim mortuus quo ad feuda non ſit in cōſideratione, vide latiſſime Caſſan. in eius conſ. 19. nu. 8.

¶ Adde ad textum dum dicitur omnes dotes datas, &c. intellige conſiſtentes in pecunia, vel mobilibus, vt dictum eſt, quod quidem videtur etiam inductum de conſuetudine, inter Saxones, vt teſtatur Io. Oinotomi. inſtit. de donatio. §. eſt, & aliud, num. 6. N. Pellicia.

¶ Adde, ad textum inuito viro, & an filiafa. conſentiente patre, abſente tamen marito, & nō conſentiente, poſſit cauſa mortis donare. Bald. in conſil. 455. incip. quæritur, an, vol. 2.

¶ Adde, in tex. quod maritus lucratur omnes dotes vbicunque ſitas, nec curatur de loco in quo ſitæ ſunt dotes, & maritus proinde non tenebitur eas reſtituere, Bald. in conſ. 208. Doctores noſtri, volu. 3.

¶ Adde, circa nume. 218. quod maritus qui viduam duxit habentem vnicum filium, lucrabitur medietatem tantum dotis in pecunia, quā alias lucraretur in totum, ſi vidua filios non haberet, alteram vero medietatem reuocabit filius ſoluto matrimonio, ante enim tenet dotis conſtitutio, quoniam conſtante matrimonio eſt titulus oneroſus, eo ſoluto incipit eſſe titulus lucratiuus ex iſta conſuetudine, quod conſiderat Bald in conſil. 276. verba ſtatutorum, vol. 3. dictamque medietatem dotis capiet filius primi matrimonij non tamquam hæres, ſed tamquam filius ex prouidentia legis hac edictali, C. de ſecun. nupt. vt ibi per Bald Et nota inſuper, quod iſte filius non partitur hanc portionem cum alio cohęrede extraneo inſtituto per matrem, vt per Bal. ibi.

¶ Adde, num. 190. 191. quod poteſt dari caſus, quod vir ſtetit in concubinatu cum muliere, ex qua proles eſt ſuſcepta, deinde cum ea matrimonium contraxit, cum eſſet vetula ſeptuagenaria, cum qua valet matrimonium etiam in articulo mortis, vt not. per Cyn. in l. nuptæ, C. de natur. liber. & plene nota. per Io. Andr. in ca. tanta. qui filii ſint legi. tunc enim ſoboles legitimatur efficaciſſime, & iſta conſuetudo de lucro dotis militabit, vide Bald. in eius conſil. 319. matrimonium in articulo mortis, vol. 4.

¶ Adde, ad textum ibi, dotes datas, & traditas, quod non habet locum conſuetudo iſta in dote confeſſata, quia aliud eſt dos data, aliud dos confeſſata, licet videatur eadem lucrandi æquitas, l. fin. C. ad l. falci. quia ſtatutum non valemus extendere vbi tractatur de lucro captando. l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolu. matrim. nec poſſit mora ſolutionis imputari debitori, l. qui Romę, in princ. ff. de verb. oblig. l. pater ff. de excep. doli. & per iſta media conſuluit Bal. conſil. 333. quia iſta dos, volum. 4.

¶ Adde, in textu ibi, matrimonio legitime cōtracto, quod quinque requiruntur ad hoc, vt matrimonium ſit legitimum, primo quod contrahentes ſint ciues Romani, ideſt liberi homines, ſerui enim de iure ciuili matrimonium contrahere non poſſunt, ſed contubernium, l. cum ancillis, C. de inceſt. nupt. & ſeruorum coniuges contubernales dicuntur, l. vxores, §. codicillis, ff. de lega. tertio, ſed hodie de iure canonico etiam inter ſeruos, & ancillas matrimonium contrahitur, ex toto. titu. extra de coniu. ſeruo. Secundo requiritur ætas contrahentium, vt inſt. de nupt. in princ. & dictum eſt ſupra cap. primo. Tertio conſenſus contrahentium, l. nuptias, ff. de regu. iur. Quarto conſenſus parentum, vt inſti. in princ. de nupt. & hoc de iure ciuili, de iure vero canonico non requiritur niſi de honeſtate, vt ſit requirendus, non tamen ſit neceſſarius quin valeat matrimonium, vt per Abb. in cap. veniens, el primo, ext. de ſponſa. facit c. ſufficiat, 27. q. 2. & c. fi. iuncta glo. ibi. 32. q. 2. Quinto requiritur, vt ad hoc, vt legitimum ſit matrimonium, vt non ſit de iure prohibitum, quando, & in quibus caſibus prohibeatur, habes in §. ſunt, & alię. inſt. de nupt. & ff. & C. de nupt. vnde ex matrimonio nullo, vel reprobato lucra nuptialia debita ex iſta conſuetudine non debentur nec habent locum, Caſſan. conſil. 49.

¶ Adde, num. 26. in fine, quæ, & quot ſint onera matrimonii, & inſigniora. Pet. Grego. Tholoſan. lib. 2. Syntagm. iur. vniuerſi. cap. 19. & 20.

¶ Adde, num. 236. num legitima poſſit voluntate teſtatoris comminui, vel tolli. vltra omnes in locis ordinariis vide Alex. ab Alexan. genitali. dier. lib. 2. cap. 23.

¶ Adde, in textu ibi deductis expenſis in funere, quod hypotheca tacite contrahitur in bonis defuncti pro quantitate pro eo, qui defunctum ſepelliuit, & in funeralibus expendit, & præfertur omnibus aliis creditoribus habentibus tacitam hypothecam, non autem expreſſam, vt patet in l. ſed & ſi quis. §. 1. & in l. pen. & ibi not. glo. ff. de reli. & ſumpt. fu. & idem not. Ang. in l. quæſitum. in princ. ff. de re. iud. Nic. Miliſ. in liter. I. in verb. hypotheca.

¶ Adde, num. 327. an & quando, & qualiter quis teneatur probare negatiuam. Io. Andr. in regul. infamibus, & in reg. ſine poſſeſſione, de

regul. iuris in ſexto, & diſtingue elegantius, vt per Nic. Miliſ. in alphab. in verbo. Negatiuam.

¶ Adde, num. 406. an filiusfamilias poſſit donare cauſa mortis, & an aſſenſus patris ſpecificus ſit neceſſarius, & an aſſenſus patris ad donandũ operetur ad donationẽ cauſa mortis, vide Ann. allegati. 142. & an ſi pater conſentiat teſtamento filii, qui diſpoſuerat, ſi non valet iure teſtamẽti, valeat iure cuiuſcunque vltimæ voluntatis, an valebit iure donationis cauſa mortis, ſi id nõ dixit, vide Soci. conſil. 172. volum. 2. qui diſtinguit caſus, & quid ſi eſſet dictum ſi non valet iure teſtamenti, valeat omni modo meliori, dic per Iaſ. in l. 1. §. ſi quis ita, nu. 22. ff. de verb. oblig. vide in præalleg. allegatio. & ibi addita per D. Fabi. de Ann.

¶ Adde, in textu in fine, vel earum pretium, quod pretium incertum in emptione, in ſolutũ datione, cæteriſque actibus iudicis arbitrio æſtimatur. Bart. in l. ſi duo. §. Marcellus, ff. de iur. iur. & in l. ſi quod ex Pamphila. in fin. ff. de leg. 2. Bart in l. ſi creditores, num. 13. in fin. C. de pign. Iac. Meno. de arbi. iud quæſtio. lib. 2. centur. 2. caſu. 143. vide etiam pulchre Gregor. Tholoſan lib. 25. Syntagm. vni. iuris. cap. 12. cum pluribus ſequentibus.

¶ Adde, circa num. 359. quod maior ſumma comprædendit minorem in omni actu, præterquam in teſtamento, Bald. in l. cum antiquitas, col. fin. C. de teſtam. & ibi Alex. num. 10. Galiaula. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, verſi. nono limita. ff. de verb. obliga. Loffred. conſi. 27. num. 12. & vide Alex. conſil. 118. volum. 1. Affliɛt. deciſ. 362. & vtrum in maiori ſumma inſit minor in materia ea. fraternitatis, extra de teſt. ſi in prima inſtantia ſit articulatum de redditu ducatorum centum, in ſecunda vero inſtãtia de minori, vel maiori, an articuli ſint impertinentes, vide deci. Sacri Conſilii relatam per D. de Ann. in ſingu. 332. vbi quod articuli fuerunt recepti cum reſeruatione, quod in deciſione cauſæ habeatur ratio impertinentium.

¶ Adde, circa num. 389. quod legatum alicui factum cum nupſerit, debet præſtari contractis ſponſalibus de præſenti, ſi tamen fuerit nubilis ætatis, nec requiritur copulatio. Bart. in l. cui fuerit, ff. de cond. & demon. Alex. conſ. 42. volu. 7. Corn. conſil. 292. num. 10. volu. 1. Rebuff. in l. cedere diem, ff. de verb. ſigni. & id factum pro maritandis puellis non deſignatis, non poteſt expendi in monacandis, ſecus ſi certæ perſonæ relinquatur maritandæ, nam debetur ea monacata. Bald. in l. 1. in fin. C. de his, quæ pen. nomi. Bald. Nouel. in tract. dot. parte 6. priuil. 77. Sed quid ſi legatum eſt Titiæ, & plures eiuſdem ſint nominis, & ſimul omnes concordent, & vna cedit alteri, vtrum legatum ſit præſtandum ceſſionariæ? quod non. Bar. in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter. ff. de lega. 2. Alex. conſil. 42. colum. 2. volum. 6. Et quid ſi hæc mulier legauerit eccleſiæ ſub conditione, quod adimpleat certum quid, & ſi non adimpleuerit, legauit alteri eccleſiæ, vtrum prima eccleſia non adimplens poſſit reſtitui, quod ſic. Bal. in l. pupillorum, & ibi Iacobi. C. de repu. hæred. Capp. Tholoſ. deciſ. 92. Rom. Sing. 93. & pluries in facto habuiſse. Ann. Sing. 305.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium conſumatur concubitu.*
2 *Matrimonii, quæ debeat eſſe prima cauſa?*
3 *Item quæ ſecunda?*
4 *Matrimonij cum ſit mentio ſecundum has conſuetudines intelligitur de matrim. carnis copula confirmato.*
5 *Nuptiarum mentio cum ſit de iure, ſufficit deſponſatio per verba de præſenti.*
6 *Matrimonio mulieris agnati ſi nolint conſentire, quid faciendum? & num. 7.*
8 *Verbum, filij, hæredis, vel prolis, quid ſignificent?*
9 *Dotes, an debeantur vxori, quæ virum occidit.*
10 *Adulterium ſi mulier commiſit, & matrimonium ſit declaratum nullum, an dotes amittat mulier?*
11 *Matrimonium, vbi non eſt, ibi nec adulterium.*
12 *Sententia tranſacta in rem iudicatam, habetur pro veritate.*
13 *Mulier tunc amittit dotes, quando eſt conuicta, non autem indiciata de adulterio.*
14 *Mulier, vt priuetur dote ob adulterium, debet præcedere cauſa cognitio, & ſi de facto ſpoliatur, ante omnia debet reſtitui.*
15 *Maritus vxorem de adulterio ſuſpectam à domo expellere non debet.*
16 *Thori ſeparatio iuditio eccleſiæ eſt facienda.*
17 *Adulterij crimen etiam ſi ſit notorium, vxor non debet expelli.*
18 *Niſi publice commoraretur cum adultero, vel niſi conuicta eſſet per ſententiam, vel in iudicio crimen cõfeſſa.*
19 *Maritus non eſt audiendus contra reſtitutionem coniugis expulſæ.*
20 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
21 *Maritus ſi poſt ſuſpictionem adulterij cum vxore concubuit, ſibi præiudicat, eamque accuſare non poteſt.*
22 *Maritus expellens vxorem a domo ſine cauſa, qua pœna puniatur?*
23 *Maritus quibus in caſibus teneatur dotem, vel fructus eius reſtituere?*
24 *Vxor ſi oſculum luxurioſum extraneo libidinis cauſa præbuit, qua pœna puniatur?*
25 *Pœna mulierem oſculantis, quanam ſit?*
26 *Colloquia inhoneſta, oſcula luxurioſa, & tactus impudici infamant matrimonium.*
27 *Ideoque agi poteſt ad ſeparationem Thori, & amiſſionem dotis.*
28 *Idem ſit ſi vxor reperitur in balneo cum aliquo.*
29 *Et ſimiliter ſi cum aliquo extraneo extra domum pernoctauerit.*
30 *Donatio vxori facta reuocatur cum adulterium committit.*
31 *Mors a lege, Principe, teſtatore, & cõtrahentibus prolata intelligitur de naturali.*
32 *Pecuniæ verbum proprie intelligitur de pecunia numerata.*

merata.

33 *Corredum quid? & vnde dicatur? & in quibus conſiſtat?*

34 *Idem iudicatur de corredo, quod de ipſa dote.*

35 *Corredare, quid ſit priſca etbruſcorum lingua?*

36 *Corredum reſtituitur vſu conſumptum, & inueteratum, vt reperitur.*

37 *Niſi detur aſtimatum, tunc enim cõputabitur in dote.*

38 *Et reſtituetur integre, & in pecunia.*

39 *Laudes pecuniæ eiuſque excellentia, remiſſiue.*

40 *Pecunia eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis.*

41 *Pecuniam qui habet, omnia habere videtur.*

42 *Pecunia eſt belli neruus.*

43 *Pecunia eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

44 *Inſtrumentum in quo pater, vel frater aſſerit tradidiſſe, num probet traditionem.*

45 *Dos à patre profecta ad patrem redire debet.*

46 *Dotem à patre profectã filijs exiſtentib. vxore mortua, de conſuetudine maritus retinet pro filijs.*

47 *Dos aduentitia redit ad dotantem.*

48 *Extraneus dans dotem ſi ſtipuletur ſibi, vel mulieri, vel cui ius, & caſus dederit in futurum, an videatur donaſſe? quod ſic.*

49 *Dos aduentitia reſtituitur dotanti, etiam ſtantibus filijs.*

50 *Dos data à fatre, num cenſeatur in dubio data animo compenſandi cum legato à patre facto.*

51 *Dos data filiæ ſpuriæ per patrem presbiterum, mortuo presbitero ad quem redibit?*

52 *Aduerbium, integre, rem perfectam denotat.*

53 *Dos conſcripta, & in inſtrumento confeſſata, & quæ cum effectu ſoluta non probatur, non repetitur ab vxore, ſi mariti bona fiſco ſunt addicta.*

54 *Nec credetur inſtrumento dotali, niſi docto de reali ſatisfactione.*

55 *Dos integre non reſtituetur, ſed diminutè ob impenſas vtiles, vel neceſſarias.*

56 *Expenſæ factæ in recuperanda dote, an minuant dotẽ?*

57 *Expenſa funeris minuunt dotem.*

58 *Dos vera dicitur, quæ ad maritum cum effectu peruenit.*

59 *Dos conſiſtens in bonis mobilibus cum inuentario marito datis ſi conſumantur conſtante matrim. ceſſat reſtitutio.*

60 *Niſi ſint datæ aſtimatæ, ſeu per appretium, tunc enim dotem non minuunt.*

61 *Dotis reſtitutio ceſſat, ſi maritus conſtante matrimonio reſtituerit in caſibus notatis.*

62 *Dotis reſtitutio ceſſat, ſi maritus a patre vxoris dotem non exegit, & quando.*

63 *Hæres mariti, an excuſetur ab exceptione inuentarij?*

64 *Pecuniæ dotalis reſtituendæ valor cuius temporis attendatur?*

65 *Dos data in minuta pecunia, debet reſtitui in bona pecunia.*

66 *Mulier viuente viro, an poſſit donare dotem, vel eius ſpem?*

67 *Dotis actio, vt mulieri competat, requiritur verum matrimonium.*

68 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*

69 *Matrimonium non legitimè contractum pluribus de cauſis dicitur.*

70 *Scientia impedimenti matrimonij vtriuſque coniugis impedit reſtitutionem dotis, quæ fiſco applicabitur.*

71 *Filij nati ex matrimonio nullo, an ſint legitimi?*

72 *Dos qua actione reſtituatur?*

73 *Priuilegium prælationis in dote, num ad extraneos tranſeat hæredes?*

74 *Dodarium acquiritur mulieri in bonis viri, pleno iure quo ad vſumfructum, & proprietatem.*

75 *Verbum habere importat dominium.*

76 *Conſuetudo concordat cum iure communi quo dodariũ quæritur mulieri pleno iure filijs, non exiſtentibus.*

77 *Vel ſi ſuſcepti deceſſerint.*

78 *Mulier de dodario in vita, & in morte poterit diſponere ſi filios non habet.*

79 *Priuilegium prælationis in dote, non datur pro dodario.*

80 *Equalia debent eſſe lucra, & damna nuptialia.*

81 *Si conſtante matrimonio fiant talia pacta, ſecus ſi ante.*

82 *Dodarium lex communis vocat antipherna.*

83 *Dodarium vocabulum eſt gallicum.*

84 *Auerſani viuunt iure Francorum.*

85 *Dodarium quæritur mulier, etiam quo ad proprietatẽ, etiam ſtantibus filiis ſecundũ hanc conſuetudinem.*

86 *Dodarium iſtud conſequitur vxor viro præmortuo.*

87 *Forma conſtituendi dodarium, ſecundum hanc conſuetudinem.*

88 *Actus qui peccat in forma omiſſa non valet.*

89 *Dodarium num ex antiquitate temporis cenſeatur conſtitutum?*

90 *Facta non præſumuntur niſi probentur.*

91 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*

92 *Dodarium non debetur niſi ſit conſtitutum.*

93 *Dote conſtituta, an dodarium cenſeatur conſtitutum ipſo iure?*

94 *Mulier conſtante matr. agere poteſt, vt dodarium conſtituatur.*

95 *Dodarij conſtitutio qualiter probetur?*

96 *Actus requirentes ſcripturam, qui? remiſſiue.*

97 *Paria ſunt probare per teſtes, ac per inſtrumentum.*

98 *Dos conſtituta per inſtrumentum dotale, conſtitutio dodarij, etiam per inſtrumentum probanda.*

59 *Dodarij conſtitutio per maritum ex confeſſione facta mulieri abſenti, num teneat in præiudicium mariti, an etiam creditorum?*

100 *Dodarium promiſſum conſtitui, nõ autem conſtitutum, vtrum debeatur? remiſſiue.*

101 *Dodarium viro occiſo, an mulieri debeatur?*

102 *Niſi mulier virum occiderit.*

103 *Dodarium, num mulier conſequatur ſuper vna, vel pluribus rebus hæreditarijs.*

104 *Dodarium conſtitutum in pecunia reſpicit totum patrimonium viri.*

105 *Dodarium conſtitutum ſuper re, ſpecie, vel corpore, ſuper eodem debetur.*

106 *Maritus ſi pro dodario aſſignet vxori aliquid ad vitam pro ſtatu ſuo tenendo, num ſit vſufructuaria?*

107 *Proprietarius tenetur ad onera cenſuum, & collectarum.*

108 *Vſusfructuarius, an verò proprietarius teneatur inueſtire, & laudare? & cui competant laudemia? & cui commiſſa?*

109 *Dodarium ſi non eſt conſtitutum, ſed antifatum eius loco, num eius vires ſortiatur?*

110 *Dodarium, num mulier viro mortuo capiat propria authori-*

authoritate.

111 *Dodarium, num debeatur ſtatim, vel lapſo anno?*

112 *Diſpoſita in dote cenſentur diſpoſita etiam in dodario.*

113 *Filij, num in dodario ſuccedant vti filij, an vti hæredes patris?*

114 *Mulier ſi tranſit ad ſecundas nuptias habebit vſumfructum tantum.*

115 *Si vero permanſerit in viduitate habebit proprietatem pro numero filiorum.*

116 *Mulier, an poſſit vnum ex filijs de hoc dodario meliorare?*

117 *Hæredes viri lucrantur dotem in pecunia, mulier lucratur dodarium, quo ad vſumfructum, & proprietatem, ſecundum has conſuetudines.*

118 *Mulier de lucro dodarij, an poſſit teſtari.*

119 *Dodarium quæſitum mulieri, reſeruatur filijs tantum eius matrimonij vnde dodarium illud peruenit.*

120 *Dodarium, num conſtituatur conſtante matrimonio? & num. 127.*

121 *Maritus licite dotat vxorem ex propria ſubſtantia.*

122 *Limita id procedere, ſi ante matrimonium.*

123 *Maritus dotando vxorem nobilem videtur contemplatione nobilitatis?*

124 *Donatio propter nuptias fit etiam conſtante matrimonio.*

125 *Donatio ſimplex tantum, non autem propter nuptias, inter iugales prohibetur.*

126 *Dos, & donatio propter nuptias, non ſolum augeri, verum etiam conſtitui poſſunt conſtante matrimonio.*

128 *Donatio propter nuptias conſtante matrimonio facta valet etiam, quod præceſſerit pactum de lucrando.*

129 *Actio in rem datur mulieri pro donatione propter nuptias.*

130 *Mors mariti tantum, an patris qui conſenſit filio conſtituenti dodarium, ſit expectanda?*

131 *Et quid ſi filius à patre fuit exhæredatus.*

132 *Dodarium conſtante matrimonio, per vxorem viro, num poſſit remitti?*

133 *Pactum etiam ſoluto matrimonio initum per mulierem in præiudicium dodarij non valet.*

134 *Alienatio rei dotalitij fieri non poteſt etiam de conſenſu mulieris.*

135 *Niſi ex iuſta cauſa, & notabili, &*

136 *Niſi ſit iuramento vallata.*

137 *Mulier ſiue ex pacto ſiue ex conſuetudine lucratur dodarium.*

138 *Dodarij alienatio cum conſenſu geminato, & poſt biennium mulieris valet.*

139 *Maritus, nec in vita, nec in morte dodarium alienare poteſt.*

140 *Dos in ſtabilibus per maritum alienari non poteſt.*

141 *Dos in mobilibus conſiſtens ita per maritum alienari poteſt ſi is ſit ſoluendo.*

142 *Dominium rei dotalis nulliter alienatæ non tranſit in eum in quem facta eſt alienatio etiam iuramento vallata.*

143 *Id tamen eſt de iure ciuili, ſecus de iure canonico.*

144 *Hypotheca rei dotalis viro non permittitur.*

145 *Dotalis rei alienatio de vtriuſque viri, & vxoris conſenſu valet, ſi alienatio ſit expediens.*

146 *Dotis tamen alienatio nulliter facta confirmatur morte vxoris, & valebit cum vir lucratur dotem.*

147 *Dos alienari non poteſt, mulier tamē ſpem dotis poteſt cedere conſtante matrimonio.*

148 *Ementes à filiaſamilias maritata, conſenſum habeant patris.*

149 *Pretium rei dotalis, per coniuges alienatæ præſumitur ad ſolum maritum in dubio perueniſſe.*

150 *Cautela, vt dos per filiam alienari non poſſit.*

151 *Dodarij dominium tranſit in vxorem, & ſola conſtitutione.*

152 *Mulier ſol. matr. habet rei vendicationem dodarij abſque traditione.*

153 *Mulieri in dodario ſuccedunt filij eius viri vnde dodarium peruenit, non alij.*

154 *Intellectus, ad l. 2. C. ad tertullian.*

155 *Mulieri non cognita, parata tamen ad obſequium viri, num lucrifaciat dodarium?*

156 *Mulier inducta in domum viri, vt viro coniungatur, habetur pro copulata quo ad lucrum.*

157 *Niſi culpa mulieris non fuerit cognita, quia non permiſit ſe cognoſci, tunc non lucratur.*

158 *Sublimita niſi mulier eſſet infirma, vel maritus infirmus.*

159 *Maritus vxori, vel contra debitum propter infirmitatem redere non tenetur.*

160 *Caſus in quibus vxor viro debitum carnis reddere non tenetur, remiſſiue.*

161 *Mulier non lucratur dodarium ſi cognita non fuit ex defectu naturali, quia arcta.*

162 *Mulier arcta poteſt à viro dimitti.*

163 *Mulier in domum viri non inducta culpa viri, an lucretur dodarium?*

164 *Mulier ſterilis, an lucretur dodarium?*

165 *Mulier, quæ acceſſit ad domum viri, qui erat infirmus, ſi moriatur vir, num dodarium habeat?*

166 *Mulier minor, non apta ad matrimonium, num lucretur dodarium?*

167 *Nupta non videtur, quæ virum pati non poteſt.*

168 *Donatio valet inter ſponſos.*

169 *Dodarium non lucratur vxor, quæ ſe cognoſci non eſt ſponſos.*

170 *Copula nimis feſtina punitur.*

171 *Dodarium non lucratur, quæ viro mortuo minor quamuis cognita reperitur.*

172 *Feſtinantia nuptiarum punitur.*

173 *Matrimonium immaturum non eſt matrimonium.*

174 *Dodarium non lucratur mulier pendente lite ſuper diuortio, & infra biennium maritus vxorem non cognouerit.*

175 *Vir ſi verberat vxorem, poteſt vxor. licitè aufugere.*

176 *Vir tenetur vxorem alere extra domum ſi licitè aufugit, ſecus ſi eius culpa.*

177 *Dodarium non lucratur vxor ſi dotem conſtante matrimonio maritus reſtituerit in caſibus à iure determinatis.*

178 *Dodarium non lucratur vxor, quæ non ſubſtinuit onus matrimonij.*

179 *Maritus non ſubſtinens onera matrimonij dotem non lucratur.*

180 *Dodarium amittit mulier ob adulterium.*

181 *Querela adulterij paratur hæredi, quia maritus in vita expulit vxorem.*

182 *Dodarium, an conſtitui poſſit per virum ſuper terra feudali?*

183 *Do-*

183 Dodarium conſtituitur in regno ſuper feudo ſine domini aſſenſu.
184 Dodarium ſuper feudo mulieri quaſitum, num ſecundo viro in dotem dare poſſit?
185 Feudum in dotem datum, vt num amittat, ſi maritus ſeruitium domino non præſtuerit.
186 Fundo dotalitio, ſi mulier abutatur, num id perdat.
187 Dodarium non lucratur mulier niſi ſoluta dote, & pro quantitate ſoluta, & num. 201.
188 Niſi muliere offerente dotem maritus recipere noluiſſet.
189 Vel vir negligens fuiſſet dotem recipere, vel exigere.
190 Viro an imputandum, ſi dotem à ſocero non exegerit? & num. 191. 192. 193. 194. 195.
196 Dos promiſſa habetur pro numerata, quādo lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem, non numeratę dotis, & num. 197.
198 Dote promiſſa ad certum tempus, interim mortuo viro mulier lucratur antefatum, & cur?
199 Dos promiſſa habetur in caſu præmiſſo pro ſoluta.
200 Reſtringe, & num. 201.
202 Mulier virgo gratiam dilationis citra vitium ingratitudinis improperare non poteſt.
203 Dodarium lucratur mulier dote depoſitata quam maritus abſque iuſta cauſa accipere renuit.
204 Dodarium lucratur mulier dote etiam non ſoluta, ſi id expreſſe in pactum eſt deductum.
205 Legatum per maritum factum vxori, num in dubio cēſeatur factum animo compenſandi cum dodario debito?
206 Legatum ſpeciei, non videtur factum animo compenſandi cum quantitate.
207 Iocalia miſſa per ſponſum ſponſæ videntur miſſa, vt magis ornata accedat, non autem videntur donata.
208 Vxor ex hac conſuetudine lucratur iocalia facta per virum.
209 Ornamentorum appellatione, quæ veniāt, & nu. 213.
210 Bartoli opinio in l. quamuis, ff. de aur. & arg. lega. limitatur.
211 Statutum municipale quo ad fieri poteſt iuri communi eſt conciliandum.
212 Statutum eſt ſeruandum, niſi aliter per partes ſit conuentum.
214 Ornamenta, quæ tegendi, quæ vè ſint ornandi capitis?
215 Maritus ſi legat veſtes, an veniant aurea, vel argentea ornamenta?
216 Pretioſius quandoque accedit principali minus pretioſo.
217 Cōſuetudo defert lucrum iocaliorum vxori indiſtincte ſiue ſint pretioſa ſiue quotidiana.
218 Donata cenſentur iocalia facta per maritum vxori de conſuetudine iſta, ſecus de iure communi.
219 Iocalia lucratur vxor ſi ſunt facta non aliter, niſi expreſſe ſit cautum.
220 Conſuetudo iſta requirit factum.
221 Iocalia, an ex tempore præſumantur.
222 Factum non præſumitur niſi probetur.
223 Qualitas perſonarum, temporis diuturnitas faciunt probationem ſolutionis.
224 Iocalia tamen facta, ſi non apparent hodie præſumuntur conſumpta.
225 Panni lanei, linei, & ſerici non durant vltra decennium.
226 Iocalia præſumuntur facta ex diuturnitate temporis.
227 Iocalia per virum perdita, an vxor lucretur in pecunia?
228 Factum non dicitur quando non durat.
229 Malitijs hominum eſt occurrendum.
230 Iocalia miſſa per ſponſum ſponſæ cenſentur donata, & miſſa in executionem huius conſuetudinis, & præcedentis ſtipulationis.
231 Solutio ſemper cenſetur facta in cauſam præcedentem.
232 Munera, & Xenia miſſa ſponſæ per conſanguineos, & clientes viri cenſentur donata.
233 Munera miſſa ſponſæ per Nuncium, nunquid cenſeantur donata, niſi conſtet de mandato.
234 Anuli dati ſponſæ in eccleſia cenſentur donati.
235 Anuli dati ſponſæ in eccleſia ſunt aduentitia, nec conferuntur fratribus per ſororem reuerſam in domum patris.
236 Veſtes quotidianæ, & alia ad vſum per virum factæ vxori cedunt in cauſam alimentorum.
237 Veſtes feſtiuę, quotidianę, pretioſę, quæ ſint arbitrarium eſt iudici.
238 Iocalia, & huiuſmodi miſſa ad domum ſponſæ, cēſentur vxori donata, ſi non excedunt medietatem valoris dotis, ſecundum hanc conſuetudinem.
239 Licet ſecus ſit de iure communi, quo remanent in dominio viri.
240 Iocalia ſi ſint minoris valoris quam medietas dotis, nunquid ſupplebitur in pecunia?
241 Conſuetudo eſt ſtricti iuris, & nihil in ea eſt ſupplendum, vel addendum.
242 Valor iocaliorum vtrum attendatur tempore contracti matrimonij, an vero ſoluti?
243 Qualitas iuncta verbo intelligitur ſecundum tempus verbi.
244 Maritus duplici onere non eſt grauandus.
245 Valor iſtorum bonorum quomodo ſcietur?
246 Aeſtimatores ſi non concordant cogendi ſunt, & quomodo?
247 Plura ſi ſint pretia diuerſa, quid faciendum?
248 Iudex ſemper corrigere poteſt id, quod per æſtimatores, tabularios, architectos ſit.
249 Aeſtimationes, & appretia nūquam tranſeunt in rem iudicatam.
250 Dote conſtituta in ſpecie, ſeu in ſtabilibus, num mulier lucrabitur iocalia?
251 Maritus, num poſſit diſponere de is mobilibus dotalibus in dotem acceptis.
252 Dotes conſiſtentes in rebus mobilibus, nunquid reſtituētur ſoluto matr. ſtatim, an vero elapſo anno?
253 Mulier nunquid poſſit de hoc dodario diſponere ad libitum, & relinquere cui voluerit.
254 Matrimonio ſeparato quo ad thorum alia quam adulterij cauſa, nunquid mulier ſtatim habebit dodarium?

IN ſuperiori conſuetudine dixit de lucro dotium ex parte viri ſuperuiuentis vxore præmortua, in hac vero loquitur de lucro dodarij, & iocaliorum viro mortuo vxore ſuperſtite: non aliter diuiditur, cum vnica verborum ſtructura ſit contextus. Hoc dicit in effectu. Mortuo viro, prole nõ ſuſcepta, vxor ſuperſtes vltra dotes integrè reſtituendas ſibi, vel danti pro ea, lucratur dodarium cõſtitutum, & omnia iocalia, & ornamenta a viro facta, dummodo dictorum ornamẽtorum valor non excedat medietatem dotium, alias deducitur ex dote.

CAP. IIII.

SI matrimonium, carnali copula conſumatum, morte viri ſoluatur, non ſuſcepta prole ex vxore ſuperſtite, omnes dotes tam in pecunia, quam in corredo conſiſtentes, pro ipſa traditæ, vel datæ, ſibi vel danti pro ea integrè reſtituantur, & mulier habeat dodarium a viro ſibi cõſtitutum, & omnes robbas, corrigias, & alia ornamenta ſibi facta a viro, ita quòd valor eorum medietatem dotiũ in pecunia numerata conſiſtentium, non excedat, & ſi quid vltra fuerit, deducatur ex dote.

Si matrimoniũ carnali copula conſumatum.

1 Matrimoninm † perficit concubitus, 27. quęſtione ſecunda, capitulo in omni, & prima cauſa matrimonij de-
2 bet eſſe intẽtio prolis, † 32. quæſtione 2. capit. pu-
3 dor. Secunda † cauſa vitario fornicationis, eadem quæſt. 2. capit. ſicut, §. proximè, & cap. quicquid, cum enim de matrimonio fit mẽtio, ſecun-
4 dum has conſuetudines, † intelligitur de matrimonio carnali copula cõſumato, alioquin cum de nuptiarum tempore fit mentio, ſufficit deſpõ-
5 ſatio per verba de præſenti, † l. ſancimus, C. de nupt. & l. cum fuerit, & l. hæc conditio, ff. de cõdi. & demonſt. & ſi matrimonio mulieris carentis parentibus nolint agnati conſentire, poteſt iudex
6 cauſa cognita date licentiam, † vel compellere agnatos ad conſentiendum, Corſet. in ſuis no. in
7 ver. conſenſus, † vel ad ſuas manus ponere, ſecundum Io. Fab. in l. 1. C. de nupt.

Non ſuſcepta prole, id eſt non ſuſceptis liberis vel filijs, nulla fit differentia in hoc, licet alias in cõceſſione feudi, vel emphyteuſis fiat maxima,
8 an concedatur Titio, & † filijs vel hęredibus, vel proli, de quo vide D. Mari. Frecc. in tracta. ſuf feu. libro 3. de formu. inueſti. & Anton. Capic. in ſua inueſtitura feud. in verb. feudorum clauſulę.
9 Sed † quid ſi maritus fuerit occiſus, vel veneno interemptus ab vxore, an dotes debeantur vxori? dic quod nõ, l. ab hoſtibus, §. ſi vir vxorem, vbi docto. ff. ſolu. matr. & ca. plerunque, extra de don. inter vir. & vxor. & ibi not.
10 Sed † quid ſi mulier committit adulterium, deinde matrimonium eſt declaratum nullum, & inualidum, dicit mulier ergo adulterium nõ eſt, quoniam vbi non eſt matrimonium, ibi nec
11 adulterium, † gl. in d. ca. plerunque, multum prolixè arguit ad vtranque partem, & tandem concludit, quòd licet opinio excluſiua adulterij ſit ęquior, tamẽ cum fuerit condemnata de adulterio, & ſententia tranſiuerit in rem iudicatã, quæ
12 pro † veritate habetur, nõ eſt extendenda licentia, & ſic perdit dotẽ ob adulterium, etiam ſi poſtea conſtet nullum fuiſſe matrimoniũ, & hoc propter intentionem operam dando rei illicitæ, & ſic reſidet ibi gloſ. quæ tamen procedunt, quando mulier conuicta eſſet de prædictis, ſcilicet adulterio, viri nece, vel venatione, tunc
13 enim † amittit dotes: ſecus ſi fuerit ſuſpecta, vel indiciata, quoniam ex hoc ſolo non veniret priuanda dote de facto, nec per vim, ſed requiri-
14 tur cauſæ cognitio, † & ſi ſpoliaretur, ante omnia deberet reſtitui, l. ſi maritus, la prima, vbi Bal. in ſpecie ad hoc notat, C. de dona. inter vir. quem Bald. ſequuntur alij per Fel. relati, vbi etiam plura ſimilia cumulat in cap. Rodulphus, col. 29. ad fi. primæ ſallen. de reſcript. & ſi maritus vxorem de adulterio ha-
15 bet ſuſpectum, eam de domo † expellere non debet, nam ſeparatio thori cõiugum, iudicio eccle-
16 ſiæ eſt facienda, † vt voluit expreſſe gl. in c. ex parte, in verbo, manifeſta, de ſponſ. vbi Doct. & glo.
17 in capitulo primo, in gloſ. magna, † trigeſima ſecunda, quæſtione prima, quæ plus etiam voluit, quòd etiam ſi notorium eſſet crimen, non propterea debet expelli, niſi publice cõmoraretur cũ
18 adultero, vel niſi conuicta eſſet per ſententiam, vel in iudicio ſit confeſſa crimẽ, tamen contrarium voluit gloſ. in capit. fin. de adulter. in gl. magna, circa medium, & hoc verius tenuit Abb. in
19 ca. ſignificaſti, extra de diuort. vbi † quòd maritus non eſt audiendus contra reſtitutionem coniugis expulſæ, vel relictæ, niſi excipiat de adulterio notorio, niſi ſimiliter maritus adulterium committeret cum alia, quia tunc paria delicta mutua compenſatione tolluntur, argument. eorum, quæ habentur, trigeſima ſecunda, quæ-
20 ſtione ſexta, per totum. Secundo, † niſi poſt
21 ſuſpictionem criminis maritus cum † ea concubuiſſet, quia ſibi præiudicat, & eam amplius accuſare non poſſet, vt per gl. in dicto cap. fin. & conſuluit Paul. de Caſtr. conſ. 128. incip. hæc mulier, ſequitur Aug. in add. ad Ang. in tra. male. in
22 verb. che m'hai adulterato la mia donna † Qua vero pęna plectatur maritus expellens vxorẽ è domo ſine cauſa, habes ſignandam deciſionem

Bald.in capitulo finali,ad finem, de inueſti.de re.
alien.facta,ex l.finail.C.de repud. vbi dicit mari-
tum debere condemnari in quarta parte bono-
rum ſuorum,dumtamen hæc quarta non exce-
dat centum libras auri,quem caſum putat bene
notandum, & memoria dignum cum alijs,quæ
in his terminis eleganter diſcreudo , conſuluit
Alexand.conſilio ſexageſimooctauo, viſo & di-
ligenter ponderato,columna prima , volumine
quinto,vbi etiam notat quando,& in quibus ca
23 ſibus maritus † teneatur dotem , vel fructus eius
reſtituere,& vide plura per Catellian.Cotta. in
memorab.in verbo , vxor ſuſpecta,quæ bene re-
uidenda , & notanda ſunt, cum quotidie eue-
niant,& plerunque ob maritorum ſegnitiem ,
ac mulierum luxuriam, vide Ioan. Lup.ad leg.
Thori,l.16.numero trigeſimo, verſicu.ad idem
facit.

24 Quid † autem ſi tantum præbuit oſculum lu-
xurioſum extraneo libidinis cauſa , qua pœna
puniatur ? dic,quòd idem erit in caſu iſto,quod
priuabitur dote, ſecundum Ioann. Lup.in repe-
tit.rubricę de donatio. inter virum , & vxorem ,
§. ſeptuageſimooctauo , numero decimo , Do-
ctor. in rubrica. C. de eden. & in rubrica , ex-
trade iudic. vide Iacob. Menoch. de arbitr.iu-
dic. quæſtion. libro ſecundo, caſu 287. qui la-
latiſſime hanc quæſtionem examinat, vbi etiã,
25 quæ ſit † de iure communi pœna oſculantis, vi-
de Afflict.ibi addit. in deciſ. ducenteſimaoctua-
geſimaſexta, ubi quid ſit prouiſum in Regno
Neapolitano per capitula,& regias pragmaticas,
colloquia enim inhoneſta,oſcula luxurioſa, ma
nus ad pectus,& mamillas, iſta infamant,& lace
26 rant matrimonium,† & ideo agi poteſt ad ſepa
rationem thori matrimonialis , & amiſſionem
27 dotis,† vt eſt text.optimus in capitu.primo, qui-
bus mod.feud.amit.Bald.in capitulo tuæ , extra
de procut.& ſunt præludia veneris, vt dicit gloſ.
in l.prima,ff.de extr. crim. quam ibi Angel. re-
putat ſingularem,& gloſ.in l quòd ait, ff.ad leg.
Cornel.de adulter.& in capitulo nec aliqua , vi-
geſimaſeptima,quæſtione prima, & Bald. in l. ſi
quis non dicam rapere , C. de epiſcop. & cleric.
Idem ſi vxor reperiretur in balneo cum aliquo ,
28 ſecundum gloſ.in capitulo non oportet,† octua-
geſimaprima diſtinctione,& eſt tex.in l.finali,C.
de repud.ibi.commune lauacrum cum viris libi
29 dinis cauſa.† idem ſi cum aliquo extraneo perno
ctauerit extra domum ſine cauſa,ſecundum An
gel.in §.minores,in authent.de nupr.& vide Lu-
pum in dicta repet.rubr. extra de donat. inter vi
30 rum,& vxorem,§.78.vbi † quòd etiam ex cauſis
prædictis reuocabitur donatio vxori per virum
facta,& intellige hic de morte naturali,ſic enim
31 intelligitur † prolata a lege, principe, teſtatore,
vel contrahentibus,vt late in his terminis per gl.
conſuetud.Neapol.in conſuetud.incip.viro mor
tuo,in verbo mortuo,vbi etiam quid ſi mortuus
ſit ciuiliter , vel ingreſſus religionem,& quid in
deportato,vel in bannito, ſeu foriudicato, vide
ibi pleniſſime.

Omnes dotes , tam in pecunia, quam in corredo conſi- ſtentes, &c.

Et hic ponitur pecunia proprie, & ſtricto ſum
32 pta †. vocabulo pro pecunia numerata, alias ap-
pellatione pecuniæ omnia compræhenduntur ,
l.pecuniæ verbum,ff.de verborum , & rerum ſi-
gnificat.

Quam in corredo. Corredum dicitur con
ſiſtere in pannis laneis,& linis,necnon in alijs or
namentis , quæ ipſo vſu conſumuntur ; necnon
33 in perlis , & † alijs huiuſmodi , quaſi corraſum ,
cũ ipſo vſu conſumatur,& corrodatur, l.in fun-
do,ff.de rei vendi.ibi abradere, vel diminutum,
l quicunque,ff.de falſis,vel a verbo redeo , quaſi
ſimul cum dote reſtituatur, & circa ethymolo-
giam huius barbari potius quam latini nominis
multum ſe inuoluit gloſ. conſuetudinum Nea-
pol.in conſuetud.ſi quidem nihil eſt aliud , niſi
34 bona † mobilia, quæ ad ſui vſum parata fert mu
lier ad maritum vltra dotem,de quo indicatur ,
vt de ipſa dote, Curt.iun.conſ.129.Valle.de lucr.
dot.quæſt.50.Phan.in ver.dotis,& corredorum,
glo.10.num.1.

Mulier nupta in verbo, corredum, mihi tamẽ,
& ſi placeant eius dicta,tamen dicta gloſ.non ap
prehendit ſignificationem dicti nominis:ſit igi-
tur mihi fas meam interponere ſententiam , vt
dicam iſtud verbum non latinè dictum, ſed qua
lecunque ſit, deſcendat ab antiqua voce ethru-
35 ſcorum , † qui corredare nil aliud intelligunt,
quam ornare,vt idem ſit dicere corredũ , quod
ornatus,& ornamentum , legatur Dant. infern.
cant.ſexto,ibi.

Queſta piccola ſtella ſi correda ,
Di buoni ſpirti,&c.

De quo vide Barto.Caſſan. ad conſuetud. Burg.
titulo quarto,§.vigeſimoquarto , numero ſepti-
mo,carta 202.columna prima, verſiculo ſi tamẽ
mulier,& dicemus de eo infra,etiam proxima ſe
quenti conſuetud. & inferius,capitulo vndeci-
mo,reſtituit tamen uſu caſu conſumptum, & in
36 ueteratum,prout reperitur † cum deſeruiat pro-
miſcuo vſui coniugum,ſi tamen ſtet in meris fi-
nibus corredi:ſi uero detur appretiatum,compu
37 tabitur † in dote,& reſtituetur integre in pretio,
38 & pecunia,ut hic dicitur, & † declaraui infra ca-
pitulo undecimo,ibi uide plene,vide glo.in con
ſuetud.Neap.incip. uiro mortuo , reſtituetur ta-
men dos cum corredo conſiſtens in pecunia , de
39 cuius pecuniæ laudibus,& † excellentia, uide per
Caſſan.in catalog.glor.mund.parte duodecima,
conſiderat. quinquageſimaquarta , & quòd ſit
40 fideiuſſor † futuræ neceſſitatis , ſecundum Ari-
ſtot.& uita hominis, gloſ.in l.aduocati,C.de ad-
uoc.diuer.iud.& qui habet pecuniam,omnia ha
41 bere uidetur, Bal.in l.receptitia,† columna ſecun
da,C.de probat.& belli neruus eſt pecunia,ſecun
42 dum Plaut.relatum † per Caſſan.in cõſuetudine
Burgund. titulo quarto,§.vigeſimoquarto, Cur.

in l.prima,C.de prohib.ſequeſt.pecu.& quando,
& quomodo dicatur pecunia de rebus, quæ ſer-
uando ſeruari non poſſunt per Butr. in conſ.100.
num.13.vol.1.

Traditæ vel datæ. An per inſtru
mentū,in quo
44 dicitur,†quòd pater,vel frater tradidit,probetur
traditio? dic, quòd ſic,ſi res eſt mobilis,ſecus ſi
ſtabilis,quæ tradi non poteſt,Bald.in l. minus in
ſtructus,C.de acq.poſſ.& in l.inditia,C.de rei vē-
di. & in rubr.de contra.empt.& in l.1.C.de ſuffr.
Bart.in l.prædia,ff.de acq.poſſ. Lanſranc. in cap.
quoniam cōtra,de prob.in verbo,teſtium depo-
ſitiones,Bal.in l.non iccirco,C. de fid. inſtr. vide
Io. Lup.in l.17.thori,nu. 18. & tradita dicitur per
conſtitutum,l.quòd meo,& l.interdum,§.fin. &
vtrobique Doctores,ff.de acq.poſſ.Bar.in l.3. co-
lumna 8.C.de pig.& in l.ab emptione,ff.de pact.
45 in fine,& vide not.per Doct.in capit. 2.† extra de
conſuetud.

Sibi vel danti pro ea. Et pro-
fecto de
iure communi dos ſi a patre eſt profecta, patri
eſt reſtituenda,l.dos a patre profecta,C.ſolut.ma
46 trim. de † conſuetudine tamen filijs exiſtentib.
mortua vxore in matrimonio, maritus retinet
dotem pro filijs,vt omnes tenent poſt glo. in d.l.
dos a patre, & de dicta conſuetudine teſtantur
Doctores in l.poſt dotem,ff.ſol.matr. in l.in quat
tam,ff.ad l.Falcid.in l.illam,C.de collat.Corn.in
conſil.66.numero 6. volumine 4.& hoc in dote
47 profectitia.Si† vero dos ſit aduentitia,reuertitur
ad dantem pro ea, ſi dans pactum reſtitutionis
ſibi faciendæ in caſu ſoluti matrimonij in conti-
nenti,ideſt tempore conſtitutiouis dotis adijce-
ret,alias non appoſito d.pacto,vel appoſito ex in
teruallo nil operatur, & tunc cenſetur donandi
animo dos data,& redibit ad mulierem non au-
tem ad dantem,l.vni,§.extraneum,C.de rei vxo.
act.& l.fina.C.de do. promiſſ.Quid autem ſi dās
48 dotem † ſtipuletur eam reſtitui danti, vel mulie-
ri,vel cui ius,& caſus dederit in futurum, prout
notarij faciunt,dic,quòd cēſetur donaſſe, vt per
Bar.in l.Caius,ff.ſol.matr. & de ratione vide ibi
49 eum,† quæ dos aduentitia danti reſtituitur non
obſtantibus filijs,vt placuit ſenatui Gratinopoli-
tano,vt refert Papo.lib.15. Arreſt. titulo quarto,
Arreſto 10.

50 Quid †autem ſi frater dotauit ſororem nulla
facta mentione de legato facto ſorori pro dote
per patrem communem in teſtamēto,an videa
tur dotem dediſſe animo compenſandi,an vero
de ſuo donare?in hac quæſtione,Bald.Nouell.in
tract.dot.in ſexta parte,in 45. ſpeciali, inclinare
videtur,quod cenſetur donare, non autem ani-
mo compenſandi, Alexand. tamen de Imol. in
conſ.100.viſo puncto,in tertio dubio, volum. 2.
contrariū conſuluit.Tu vero in dubio diſtingue,
aut legatum eſt in quantitate,& tunc videtur cō
penſaſſe:ſi vero legatum eſt in quantitate, ſolu-
tio autem in ſpecie, & tunc quia de ſpecie ad
quantitatem non fit compenſatio, videtur fa-
cta dotatio animo compēſandi,& ſic poteſt pro-
cedere opinio Bald.Nouel.pro qua diſtinctione
vide Bald.in l.Neſennius,col.2.ff de neg.geſt.be-
ne verum eſt,quòd Cyn.in l.fi.C.de dot. promiſ.
conſuluit, quod frater proteſtetur, quod dotet
animo compenſandi,quæ nota.Catell. Cotta in
ſuis memoral.ver.frater dotans ſororem.

51 Sed †quid ſi clericus, vel presbyter dotauit
eius filiam ſpuriam, mortuo presbytero,ad quē
redibit dos,& an coſanguinei presbyteri poſſint
dotem reuocare?in qua quæſtione,dic,quòd cō-
ſanguinei non poſſunt dotem reuocare a mari-
to,qui dotem habuit titulo oneroſo, ſed bene a
muliere, poſtquam ad eam dos fuerit reuerſa,
quæ illam habuit titulo lucratiuo,vt per Bart. in
l.finali,§.ſi a ſocero,ff.de his,quæ in frau.cred.&
Bald.in auth.ex complexu,C.de inceſt.nup.Lup.
in l.decimaſeptima, Thori, numero 42. & hoc
niſi quatenus de iure canonico filius, vel filia de-
bet habere per alimentis, iuxta text. in capitulo
cum haberet,extra de eo,qui dux.in matr.quam
poll.per adulter.

Integrè reſtituuntur. Aduer
bium i-
52 ſtud,†integrè,rem perſectam denotat,vt per Spe
cul.in tit.de hæred.in fine,& latiſſime,Pet.Paul.
Pariſ.conſ.93.num.45.volumine ſecundo,abſq;
diminutione,Ruyn.conſ.65.numero 6.volumi-
ne primo,vide pulchre Ant.Corſet.in ſuis ſingu
laribus,in verbo,integre,qui ex dictis doctorum
infert ad pulchras quæſtiones,ad quem breuita-
tis cauſa lectorem remitto.

Aduerte †tamen,quòd ſi dos in inſtrumento
53 ſit tantum conſcripta,& † confeſſata, & quæ nō
probatur cum effectu,& realiter conſignata,nec
tradita,non repetitur a muliere,vt data,ſi mariti
bona fiſco regio ſunt addicta,l.ſi quis poſthac,C.
de bon.proſcrip.vel exiſtentib.alijs mariti credi-
toribus,qui præferentur,l.ſi cui, C. de non num.
pecun.Matth.Affl.in deciſ.402. nec credetur in-
54 ſtrumento † dotali dotem fuiſſe datam, niſi do-
ceat de reali ſolutione,ſecundum gl.in dicta l.ſi-
quis poſthac,in verbo,dotalium,C.de bon. pro-
ſcript.

55 Quemadmodum † nec integre reſtituitur ſi
impenſæ in re dotali fuerint utiles vel neceſſarię,
§.ſi minus,Inſt.de act.in verbo,ob retentionem,
& l.quod dicitur,& l.vtiles, ff. de impenſ. in reb.
dota.fact.non autem voluntarię,ſeu voluptarię,
vel parum,vel minus neceſſariæ, l. omnimodo,
ff.de impen.in rebus dot.fact.An autem minuāt
56 dotem expenſæ factæ † in lite pro recuperanda
dote,explicat Iaſon.in dicto §.ſi minus, numero
57 tertio,quarto,quinto,Inſtitut. de act. ſicut † mi-
nuit dotem expenſa funeris,l.in cum,ff.de relig.
& ſumpt.funer.illa enim dicetur uera dos, quæ
cum effectu ad maritum peruenit,& ſic non ob
58 ſtat † iſte textus, dum dicit,integrè, ſuppletur e-
nim a diſpoſitione iuris communis,l. commo-
diſſime,ff.de liber.& poſthum.l.ſi vero,§. de vi-
ro,ff.ſolut.matrimon.l.ſi extraneus,ff.de iur. do.
l.prima,§.lex falcidia,ff.ad l.falci.cum ſimili.Au
then.& conſequentet,C. de lit. conteſt.iuncta l.
ſciendum,cum ibi not.ff.qui ſatiſd.cog.

Ceſſat etiam dotis reſtitutio, ſi dos conſiſtat in
59 bonis † mobilibus datis marito cum inuentario,
nã ſi ea conſumantur cõſtante matrimonio, hæ
redes mariti non tenentur ad reſtitutionẽ, neq;
etiam ad æſtimationem, ſiue pretium, Bald. in l.
de his, C. de don. ante nupt. Caſſan. in titulo 4. ad
conſuetud. Burgund. §. 3. verſic. item quæro mu
lier, & §. vigeſimoquarto, eiuſdem tit. niſi eſſent
60 datæ † æſtimatæ, ſeu per appretium, † tunc enim
non minuunt dotem, Bald. in l. æſtimatæ, ff. ſo-
lut. matr.

61 Ceſſat † etiam ſi anticipata ſolutione maritus
dotem reſtituerit conſtante matrimonio in caſi
bus notatis in l. quamuis, ff. ſolu. matr. l. mutus,
§. manente, ff. de iure dot. l. ubi adhuc. C. de iure
dot. & l. ſi conſtante, ff. ſolu. matr.

62 Ceſſat inſuper reſtitutio, & † quidẽ excuſabitur
hęres mariti, ſi defunctus a patre mulieris pro-
miſſam dotem non exegerit, nec nocebit negli-
gentia viri, ſi non vrſerit, nec exegerit a patre vxo
ris, l. ſi extraneus, ff. de iure dot. niſi ipſe maritus
remiſiſſet dotem ſine conſenſu vxoris, aut ſit cõ
feſſus dotem, quam non accepit, quia videtur
donare, l. ſi quis pro uxore, §. ſi vxor, ff. de donat.
inter virum, & uxorem, l. quamuis, §. marcellus,
ff. ad Velleia. vel niſi mortuo patre neglexerit pe
tere ab hæredibus eius, tunc enim imputabitur
uiro, Boer. deciſ. 329.

63 An † autem hæres mariti excludatur ab exce
ptione inuentarij, & priuilegio l. finali, C. de iur.
deliberan. ut non teneatur ad dotes integre re-
ſtituendas, uel beneficio iuris, ut non teneatur
inſolidum, ſed in quantum facere poteſt, iuxta
l. ſunt qui in id, ff. de re iud. & l. maritum, ff. ſolu.
matrim. ad hoc dic, ut diximus infra capitulo
nono, incip. in quolibet caſu quo dotes ſunt in re
ſtitutione, ubi late, & uide Alexand. in dicta l.
maritum, qui uiginti enumerat caſus, quibus ceſ
ſat regula illius iuris, quos uide per te.

64 Quæro, † de qua pecunia debet fieri reſtitutio
dotis, utrum eius quæ currebat tempore con-
ſtitutæ dotis, an uero reſtitutionis? dic, quòd de
illa pecunia, quæ currebat tempore cõſtitutæ do
tis, Corn. conſilio 321. uolumine ſecundo, in ul-
65 timo dubio, & nota quòd † dos data in parua, &
minuta pecunia, debet reſtitui non in parua, ſed
in bona pecunia. pro ſingulari tradit Amanel. de
claris aquis in ſing. incip. caſus eſt, quòd dos; Mi-
lis. in uerbo, pecunia.

66 An † autem mulier poſſit uiuente uiro dona
re dotem, uel eius ſpem? uide textum, & Doct. in
l. conſtante, C. de don. inter uir. & uxorem.

67 Dotis † autem actio, ut competat mulieri re-
quirit, ut matrimonium fuerit uerum, & legiti-
mè contractũ, alioquin non diceretur dos, quæ
ſine matrimonio eſſe non poteſt, l. fin. C. de do-
68 na. ante nup. † nec mulieri actio competeret, ma
trimonium autem minus legitimè contractum
69 dicitur uarijs ex cauſis, † de quibus in §. ergo nõ
omnes, Inſtit. de nupt. & per Azon. in ſum. C. de
nupt. & per Goffr. in ſum. extra de ſponſ. ut puta
deficientis conſenſus, ſcilicet inſaniæ, furoris, cõ
ſanguinitatis, affinitatis, publicæ honeſtatis, &
ratione pluralitatis vxorum. In quo dic, quòd ſi
uterque coniugum ſciebat impedimentum ma
trimonij, nulla dabitur actio mulieri ad dotem
70 repetendam, ſed dos applicabitur fiſco, l. † qui cõ
tra, C. de inceſt. nupt. uel uterque ignorabat, &
tunc licet nõ competat actio ordinaria ex ſtipu-
latu ad dotem repetendam, competit tamen cõ
dictio ob cauſam, l. prima, C. de condi. ob cauſ.
ubi gloſ. & in l. ſi cum dotem, §. finali, ff. ſolu. ma
trimon. quæ tamen actio ualde differt ab actio-
ne dotis ex ſtipulatu, ut not. in dictis iuribus. Aut
mulier ſciuit, uir ignorauit, & tunc ipſa perdit
dotem, aut è conuerſo ipſa ignorauit, uir ſciuit,
& tunc mulier repetit dotem, uir autem perdit
donationem propter nuptias, ut plene nota. in
dicta l. qui contra. An autem filij nati ex tali ma-
71 trimonio nullo ſint legitimi? † Dic quòd diſtin-
guitur in tex. in capitulo lator, extra qui filij ſint
legit. ut ſi uterque fuerit ignorans, ſint legitimi,
dum tamen ignorantia non ſit ſupina, & craſſa,
ut puta contra ius naturale. Aut uterque ſciens,
& ſunt ſpurij. Aut alter tantum ſciens, & tunc
quo ad ignorantem dicuntur legitimi, quo
uero ad ſcientem illegitimi, ut not. per Docto-
res in dicto capitulo lator, & dicta l. qui con-
tra.

72 Qua † uero actione dos reſtituatur uxori ul-
tra actionem perſonalem rei uxoriæ, uel ex ſti-
pulatu? dic quod hypothecaria, ſiue expreſſa, ſi
expreſſe fuerit conuenta, ſiue tacita, quæ a iu-
re ſubintelligitur, l. unica, §. ſed ut plenius, C. de
rei uxo. act. Vtrum autem iſta tacita hypotheca
præferatur alijs creditoribus mariti ſimilem hy
pothecam tacitam habentibus? in quo dic quòd
ſic, ut l. finali. C. qui. pot. in pign. hab. etiam ante-
rioribus, §. fuerat, & ibi gloſ. Inſtitut. de act. Bar-
tol. in l. prima, ff. ſolut. matrimon. Cyn. in l. pri-
ma, C. de priuileg. Neguſ. in tracta. de pignor. ſe-
cunda parte, membro quarto, ſub nume. 91. &
73 ibi an hoc priuilegium † tranſeat ad hæredes mu
lieris extraneos, numero trigeſimo, cum ſequen
tib. & an ad dotantem extraneum ſtipulantem
dotem ſibi reddi, & an tranſeat ad filios ſecundi
matrimonij, de quo uide Doct. in dicta l. 1. ff. ſol.
matrimon. ubi etiam, an priuilegium tacitæ
hypothecæ cum prælatione tranſeat ad ceſſio-
narium.

Et mulier habeat dodarium à viro ſibi conſtitutum.

Acquirit ergo mulier dodarium pleno iure,
74 quo † ad uſumfructum, & proprietatem propter
75 illud uerbũ, habeat, quod † importat dominiũ,
l. habere, & ibi Alc. ff. de uerborum, & rer. ſignif.
& capitur cum effectu, Archidiac. in capitulo ſi
gratioſe, de reſcript. in ſexto, & ſic lucrabitur
dodarium omnino, & ſic concordat cum iu-
re communi, quo mulier quærit donationem
76 propter † nuptias pleno iure, filijs non exiſten-
tibus, filijs uero exiſtentibus, quo ad uſumfru-
ctum tantum, per tex. in l. fœminæ, & ibi gloſ. in
l. filijs, C. de ſecund. nupt. per text. in authentica
de

de non elig.ſecun.nub.in principio,& in §.quòd
autem,vbi Ang.& alij,& in §.ſi vero expectet,&
§.ſi quid autem,in authēt. de nup.Venafranc.in
conſilio 5.in prin.num. 4. verſic. prima conſide-
77 ratione,† quæ amplia etiam ſi ſuſcepiſſet filios,
& omnes deceſſiſſent, per caſum ſingularem in
78 d.l.fœminæ,§.finali,C.de ſecund.nupt.ibi,vel na
tus nataue deceſſerit, & poterit † diſponere mu-
lier de hoc lucro dodarij,ſiue in morte,ſiue in vi
ta,ſi filios non habet:ſi vero filios habeat,ſi mu-
lier tranſit ad ſecunda vota , tenetur reſeruare
filijs hoc lucrum, nec de eo poterit diſponere,
authent.in donatione,C.de don.ante nupt.Ro-
der.Suarez.in l.prima,in fine,nume. 73. de lucr.
nupt.etiam ſi per ſtatutum eſſet permiſſa diſpo-
ſitio de parte huius lucri,vt per eundem Suarez.
in loco proxime allegato, ver.crederem tamen.

Priuilegium † tamen prælationis competens
79 pro dote,nō datur ꝓ iſto dodario,ſed ordo iuris,
& temporis in eo ſeruandus eſt,§.his conſequēs,
in auth.de æquali.dot.l.aſſiduis,§.hæc autem.C.
qui pot.in pig.habea.§.illud,in authen.de æqua.
dotis.

80 Sed † videtur,quòd mulier non debet habere
dodariū,nam æqualia debent eſſe lucra, & dam
na,vt in auth.æqualitas,C.de pac.cōuen. & cum
in proxima præcedenti conſuetudine,in §.ſi au-
tem vxor.diſponatur quòd mortua vxore ſine li
beris,maritus non lucratur dotes,ergo eadem iu
ris cenſura debet ſeruari in caſu conuerſo, ſcili-
cet,vt mortuo viro,vxor non lucretur dodariū ,
imò redire debeat ad hæredes viri , ſicut dicitur
in pacto,nam ſi viro ſit pactum per vxorem de
lucranda dote ea præmoriente ſine filijs,quam-
uis vir nullum de lucrādo dodario pactum inije
rit,nihilominus præmoriente viro, vxor lucriſa
ciet dodarium,vt per gloſ.Rayn.Cin. in authēt.
dos data,C.de dona.ante nupt.Ioan. de Ami. in
conſ.5.& ita de iure communi tenendum eſſet.
Sed quia iſta cōſuetudo procedit vlterius diſpo-
nendo,dicendum eſt contrarium , vt licet mor-
tua muliere ſine prole maritus non lucretur do-
tes,vt dicitur in proxima præcedenti cōſuetudi-
ne : tamen marito mortuo prole non ſuſcepta ,
adhuc mulier lucretur dodarium,vt hic,& ratio
poteſt eſſe,nam licet vir,& vxor , dos & donatio
propter nuptas ſint correlatiua,& diſpoſitum in
vno diſponatur in alio , tamen diſparitas pacto-
rum in lucris poteſt eſſe ſi a principio tempore
promiſſionis,& capitulorum aliter conueniūt ,
& ita limitantur omnia iura, quæ dicunt æqua-
lia eſſe iura dotis,& dodarij, vt intelligantur cō-
81 ſtante matrimonio,ſecus ſi a principio aliter cō-
ueniret,vt per Innoc.in cap.donatio,extra de do
nat.inter virum,& vxorem,quod multum excla
mat Ang.in d.Auth.æqualitas, dicens tenendū
eſſe ſemper cordi fixum,& ſequitur ibi Salyc. &
communiter ſcribentes,Ioan. de Ami. conſil. 5.
nu. 17.ver.vnum tamen ſingulare,& hæc poteſt
eſſe ratio,vt id quod fieri poteſt per pactum, fiat
per hanc conſuetudinem,vt mulier lucretur do
darium,quamuis maritus non lucretur dotem
in caſu iſto.

82 Dodarium † habet hæc vidua de bonis viri ,
quaſi doaria , lex communis id vocat antipher-
83 na,vt in l.fi.C.de do.ante nup.Gallicum † eſt vo-
cabulum,quia galli vocant doeriū, vt id ſequun
tur Regnicolę , qui bonā partem conſuetudinū
ſuarum a Gallorum, & Normandorum mori-
bus,qui Græcis , & Sarracenis eiectis, aſſumpſe-
runt,vocant antiſatum , & dictum eſt ſupra in
84 præludijs,† Auerſanos viuere iure Francorum ,
ſecundum glo.in conſti.Regni, Puritatem legū.
Quod autem ſupra dictum eſt,vt mulier lucriſa
ciat dodarium pleno iure quo ad vſumfructum ,
& proprietatem non ſtantibus filijs , ſed quo ad
vſumfructum tantum eis ſtantib.procedit de iu
re cōi,ſecus tamen per has conſuetudines,nā lu-
85 crabitur † mulier pleno iure ſtantibus filijs,vt ha
betur infra proxima ſequenti conſuetudine , &
per glo.in conſt.Regni,mulier , quæ dotarium ,
quæ meminit de hac conſuetudine , & ſic nota
ne æquiuoces, & collige ex textu , quòd mulier
habet hoc dodarium viro præmortuo, nam prę
86 mortua vxore,irrita † eſt donatio,l.etiam,l. ma-
rito,C.de don.inter vir.& vxor.& gl.in conſtitu.
Regni,mulier quæ dotarium,& per Napod.in c.
Reg.mulier dotarium.

87 Conſtituitur † autem dodarium more ſolito in
facie eccleſiæ ante fores per cultrum plicatum ,
vt dictum eſt ſupra in præludijs,in ver. conſtitu-
tione dodarij:certa enim ſolemnitas requiritur
a conſuetudine,qua omiſſa non ualet actus, qui
88 peccat in † forma,l.cum ij,ff.de tranſa.de quo vi
de Corſet.in ſuis notabilib.in uer.qualitas,ubi ēt
additio,& uide gl.in conſt.Reg. mulier dotariū.

89 Sed † an ſi non appareat conſtitutum dodariū,
cenſeatur ex lōginquitate temporis conſtitutū ?
dic breuiter, quod non,quia contractus ſunt fa-
cti,l.conſilio,ff.de cur.fur.facta non præſumūtur
niſi probenī,l.in bello,§.factæ,ff.de cap.& poſtli.
90 reuer.ſolemnitas eſt extrinſeca, quæ non ſic faci
91 le † præſumitur,l.item quæcunque,ff.de publ.in
rem act.& nota.in l.ſciendum, ff.de uerb.obli.&
conſequenter non debetur, niſi ſi conſtitutum ,
92 uel probetur fuiſſe cōſtitutum,ut per Nigr.in ca.
Regni,mulier dotarium,col.3.nu.27.

93 Succedit † alia quæſtio , ſcilicet an conſtitu-
ta dote,& aſſignata cenſeatur cōſtitutum doda-
rium ipſo iure? Reſponde,quod licet Iac.de Are.
Ray.Bald.& Saly.in auth.dos data, C.de donat.
ante nupt.tenuerint eſſe conſtitutum ipſo iure,
tamen communis opinio eſt in contrarium , li-
cet cōſtāte matrimonio potuiſſet agere mulier ,
94 ut † cōſtitueretur,ut per Ang.in §.aliud quoque,
in auth.de æquali.dot.ubi allegat gloſ.in authēt.
dos data,C. de don.ante nup.& ſequūtur moder
ni in d.c.mulier dotarium,in capitulis regni Nea
politani,nu.27.in fine.

95 Qualiter † autem conſtitutio dodarij probe-
tur,an per ſcripturam,an per teſtes ? in quo dic,
quòd de iure Longobardo uidetur neceſſaria
ſcriptura , ut per Carol. in l.prima , de his, quæ
uir.dant.in mund.& in l.finali,de his, quæ ſin.
uolunt. mund. Tamen ſecus eſt de iure com-
muni , cum non ſit de caſibus, qui ad proba-

tionem, vel ſubſtantiam, requirant ſcriptu-
96 ram, † de quibus per glo. in capit. 1. de cenſ. in 6.
97 & paria † ſunt probare per teſtes, ac per inſtru-
mentum, l. in exercendis, C. de fid. inſt. c. cum Io
annes, extra eod. & tenet glo. conſuet. Neapol. in
conſuetu. Quartam autem, de iure quart. in glo.
in verbo, ſed vbi habet liberos, columna ſecũda,
verſi. item quid ſi teſtator, vbi videtur conclude-
re poſſe probari aliter quam per ſcripturam, &
Andr. in cap. 1. §. donare, col. fin. verſi. item quia
tantum, quali. olim feud. poter. alien. & ſequitur
ſimpliciter Niger. in d. cap. Regni, Mulier dota-
98 rium, mihi tamẽ † ſi fas eſſet contra tãtos patres
loquendi, dicerem contrarium, tum ſi hęc dona
tio excederet ſummam quingentorum aureorũ
ad l. ſancimus, C. de don. tum etiam cum dos ſit
conſtituta, & aſſignata per ſcripturam inſtrumẽ
ti dotis, vtique, & conſtitutio dodarij eodẽ mo-
do conſtitui, & probari aliter non poſſe, exiſti-
marem, idque indubitanter in hac patria, ſecun
dum has conſuetudines requirentes ſolemnia
conſtitutionis dodarij cum certa forma, & ſolẽ-
nitate, vt ſupra diximus, de qua per gloſ. in con-
ſtit. Regni, Mulier quæ dotarium, & per And. in
dicto capitulo 1. §. donare, quali. olim feud. pot.
alien.
99 Quid ſi maritus confitetur conſtituiſſe doda-
rium mulieri abſenti, & de conſtitutione aliud
non apparet, an talis cõfeſſio ſufficiat, vt mulier
poſſit petere dodarium? dic quòd talis confeſſio
ſufficit in præiudicium mariti, non autem credi
torum, vt per Afflict. in conſtitu. Regni, licentiã,
ſub tit. de dotar. conſtitu. & tenet expreſſe Andr.
de Iſer. in capitulo, donare, qual. olim feud. pot.
alien. vbi quòd creditori non præiudicat talis cõ
feſſio, neque tertio prætendenti intereſſe, niſi eſ-
ſent elapſa tempora opponendi, vt in authẽt. ſed
iam neceſſe. C. de donatio. ante nupt. & in l.
ſi quis poſthac, C. de bon. proſcrip. & aliquid per
Affl. deciſ. 402.
100 Quid † autem ſi dodarium non eſt conſtitutũ,
ſed ſolum promiſſum conſtitui per capitula ma
trimonialia, an debeatur, quia hæc conſuetudo
videtur requirere conſtitutionem, non promiſ-
ſionem tantùm? dic, vt infra dicam in conſuetu.
ſeqq.
101 An debeatur † viro mortuo morte violenta,
quia maritus fuit occiſus? dic quòd ſic, vt per Af
flictum in conſt. Regni, mulier quæ dotarium,
col. 4. in 7. dubitatione, illa enim occiſio inducit
mortem, & videtur textus in l. ſi tibi, C. de don.
ante nupt. niſi mulier virum occidiſſet, tunc. n.
dodariũ ex ſua culpa non lucratur, in l. ſi ab ho
102 ſtib. §. finali, † & ibi Ang. Alex. & communiter
Doct. ff. ſolu. matr.
103 Nunquid † iſtud dodarium poſſit petere, &
habere hæc mulier ſuper vna re, vel de omnibus
rebus hæreditarijs mariti? dic quòd hæc quæſtio
tractatur a Doctorib. in ſimili in quarta, quæ de
betur vxori inopi relictę ſuper bonis, quondã vi-
ri locupletis, iuxta auth. præterea, C. vnde vir, &
vxor, & inferunt ad quartam falcidiam, itidem
ad portionem legitimæ, filio de iure naturæ de-
bitæ, de qua materia habetur in l. 1. §. ſi hæres, ff.
ad S.C. Treb. & in l. filium quem habentem, C.
famil. ercil. & per Bar. in l. 1. C. lib. 10. quan. & qui
bus quar. par. deb. ex quarum dictis elice, quòd ſi
dodarium eſt conſtitutum in pecunia, tunc non
104 eſt † opus hac diſcuſſione, cum reſpiciat totum
105 patrimonium. Si † vero in corpore aliquo, puta
fundo vel prædio, & ſimiliter non habet dubita-
tionem, quoniam ſoluetur in eo, vt per Doct. in
conſt. Regni, mulier, quæ dotarium, & per mo-
dernos, in d. cap. regni, mulier dotarium, colum
na 10.
Si tamen in vita maritus vxoris ſuæ aſſignet
106 pro iſto dodario ad vitam, † vel rem aliquam ad
alimenta, aut pro ſtatu ſuo tenendo, nunquid
vxor ſit interim proprietaria, vel vſufructuaria?
dic quòd proprietaria, l. Tiria, la 1. §. fi. ff. de leg.
ſecundo, l. donationes, §. ſpecies, ff. de don. Bart.
in l. libertis, vbi late de materia. ff. de alim. & cib.
lega. Guid. Papæ quæſt. 525. & proinde ſubinfer
tur teneri mulierem ad onera collectarum, con-
107 ſuum, † & aliorum, vt habetur in deciſ. 525. Gui
do Pap. & in deciſione præcedente. An autem
108 vſufructuarius, vel proprietarius teneatur inue-
ſtire, & laudare? dic quod vſufructuarius, & ei cõ
petit laudemium, proprietario autem commiſ-
ſa, & excadentiæ, Guid. Pap. q. 477.
Quid autem ſi dodarium non eſt conſtitutũ,
109 ſed † eſt cõſtitutum antefatum, ſeu donatio pro
pter nuptias, nunquid antefatum ſortietur effe-
ctum, ac ſi eſſet conſtitutum dodarium, & vtrũ,
quæ dicuntur de dodario conſuetudinario, mi-
litent in tali donatione, vel antefato, ita vt videa
tur ſubrogari in eius locum, ita vt ſubrogatum
ſapiat naturam eius, in cuius locum ſubrogatur,
ad l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cauti. l. pri
ma, §. hæc actio, ff. quar. rer. actio non det? dic,
quòd ſic, vt per Caſſan. ad conſuetud. Burgund.
rubrica quarta, §. decimoſexto, carta 181. colum
na tertia, ver. quæro quid de conuento.
110 An † autem mulier mortuo viro poſſit iſtud
dodarium capere propria authoritate? dic,
quòd non, ſed debet petere ab hæredibus viri,
l. ſecunda, vbi Barto. C. quando, & quibus quar.
pars, libro decimo, niſi aliter eſſet de conſuetu-
dine, vt eſt cautum in ciuitate Neapolis per ex-
preſſam ibi conſuetudinem, vt habetur in con-
ſuetud. Quartam, de iure quartæ, vbi gloſa-
tor.
111 Nunquid † autem debeatur ſtatim hoc doda-
rium viro mortuo, non expectato anno? dic,
quòd ſi dodarium ſit conſtitutum in ſtabilibus,
debetur ſtatim mortuo viro eo modo quo dos
conſiſtens in ſtabilibus, iuxta l. vnicã, §. exactio,
C. de rei vxor. act. ſecus ſi in pecunia, tunc enim
hęres viri habet anni ſpatium; vt habetur infra
in conſuetudine. item in quolibet caſu, capitulo
nono, quę conſuetudo ſic intelligenda eſt, ut ſen
tiat de dodario in pecunia conſiſtente, ſecus ſi in
ſtabilibus, vt diſpoſitum in dote, cenſeatur etiã
112 diſponi in dodario, cum a pari procedant dos, &
dodarium, authẽt. ęqualitas. C. de pact. conuen.
Affl. deciſ. 154.

113 An autem filij ſuccedant in hoc dodario vti
hæredes patris,nec ne?dic ſuccedere, etiã, quod
non ſint hæredes,l.fœminæ,l. hac edictali, C. de
ſecun.nupt. Afflict.deciſ.37.& deciſio. 314. Bal.
in l. generaliter,§.in his,C.de ſec.nupt. Et ſi mu-
114 lier tranſeat ad ſecũdas nuptias,† habebit vſum-
fructum tantum, vt per Afflict. in dicta deciſio.
& per Bart. in §. ſi vero, in authent. de nup. vbi
quod mulier per trãſitum ad ſecunda vota per-
dit proprietatem, quæ remanebit apud filios: ſi
115 vero † ad ſecũdas nuptias minime migrauerit,
habebit proprietatem, pro rata filiorum,in au-
then.ſi tamen,C.de ſecun.nup.ſi vero filios non
habet,tunc proprietas ſpectabit ad vxorem,§. ſi
igitur ſine filio in Authen.de nuptijs.

116 Sed, † an hæc mulier poſſit eligere vnum ex
filijs, eique dare, vel legare hoc dodarium per
eam quæſitum?quæſtio hæc melius cadit in ſe-
quenti proxima conſuetudine, in qua cauetur,
quod prole ſuſcepta hæredes viri lucriſaciunt
117 dotes, † & mulier lucratur dodarium eo caſu
integraliter pleno iure, tam quo ad vſumfru-
ctum, quam quo ad proprietatem, vt ibi dice-
tur: pro nunc dic, quod non, quoniam mulier
tale ius non habet, vt ex lucro ex coniuge pro-
ueniente,poſſit vnum ex filijs meliorare, vt te-
net Bart.in authen.de nupt.§.ſi vero ſit.Paul.de
Caſtr.conſil.441. col. prima,volum. primo. De
118 quo † lucro, an poſſit teſtari vide textum,& ibi
Bald. Io. Fabr. & alios in authen. hoc lucrum in
fine,C.de ſecun.nupt.

Aduertendo tamen, quod iſtud dodarium
119 mulieri quæſitum † acquiritur filijs ex eo tãtum
matrimonio vnde peruenit,non autem ad alios
filios ex ſecundo, vel alio viro ſuſceptos, vt per
gloſ. conſuetud. Neapolit. in conſil. Quartam
autem.de iur. quart..vbi vide.

120 Sed pone quod quis tempore quo contrahit
matrimonium, ante tamen quam ſit contra-
ctum, dum partes tractant de nuptijs, maritus
non conſtituit dodarium vxori ſuæ, vtrum
poſt contractum matrimonium conſtante ma-
trimonio poſſit conſtituere dodarium,& valeat
huiuſmodi conſtitutio? in quo concluſiue dic,
quod ſic,ex Panormi.in cap.& ſi neceſſe,in prin.
extra de donat. inter vir. & vxo. vbi eſt caſus, ſe-
cundum opinionem Vincentij,quod licite ma-
121 ritus dotat vxorem ex propria ſubſtantia, † &
ſubdit ibi Abbas, illud eſſe limitandum, quan-
do illa donatio dotis fuiſſet ante matrimonũ,
122 ſecus ſi conſtante matrimonio, † vel ante con-
tractum, effectus autem referretur ad tempus
matrimonij, nam tunc non valeret, per l. 1. C.
de don.ant.nupt. niſi plebeius duceret vxorem
123 nobilem, † tunc enim videtur donaſſe animo
compenſandi eum nobilitate, vt ibi per gloſ.
& doct.& per Bart.in l. ſi diuortio.ff.ſolut. matr.
ſed tamen id in dotatione procedit: ſi vero loqui
mur de dodario quod de iure communi dicitur
124 donatio propter nuptias, † & tunc fieri poteſt
conſtante matrimonio,per tex. in l. inter eos. ff.
de don.int.vir.& vxo.vbi dicit tex. inter eos qui
matrimonio coniuncti ſunt,ante nuptias facta
donatio iure conſiſtit,l.cum hic ſtatus, §. ſpon-
ſum,ff.eo.& eſt caſus,in l.ſi conſtante,C.de don.
ant.nupt.vbi notat Saly.quod licet donatio ſim-
125 plex ſit prohibita inter virum, † & vxorem,non
tamen donatio propter nuptias, imo eſt permiſ-
ſa,cum,ſecundum Bald. ibi ſit donatio relatiua
ad dotem, & non ſimplex donatio, & eſt caſus
126 in §.eſt,† & aliud. Inſt. de dona. vbi textus dicit,
vt tales donationes non augeantur tantum,ſed
etiam conſtante matrimonio initium ſumant,
Nec obſtat ſi dicatur, donationem propter nu-
ptias cui aſſimilatur dodarium, eſſe interſe;
valde differentia, cum de iure communi dona-
tio propter nuptias ſoluto matrimonio redeat
ad maritum quemadmodum dos ad mulierẽ
l.liberis.C.de don.ant.nupt. ſecus in hoc doda-
rio,quod non redit ad maritum,ſecundum has
conſuetudines, ſed id lucratur vxor, pro vt in
hac dicetur conſuetudine,& in ſequenti. Tamẽ
hoc non obſtãte dico,maritum poſſe conſtitue-
127 re dodarium,† etiam conſtante matrimonio,&
pro hoc eſt caſus notandus in l. cum multæ, C.
de dona.ant.nupt.in quo textu,tria deciduntur.
primum, quod donatio propter nuptias poteſt
à marito fieri etiam poſt matrimonium contra-
ctum. Secundum, quod etiam ſi interueniſſet
128 pactum de † lucrando donationem propter nu-
ptias, nihilominus valet talis donatio conſtanter
matrimonio facta,vt ibi probatur in illis verbis,
diſparibus etenim pactionibus factis, &c. & ſic
eſt ibi caſus,quod valet pactum,vt mulier lucre-
tur donationem propter nuptias, & idem dicit
tex.in l.ſi conſtante,C.de don.ant. nupt. ibi, pa-
ctis de redhibitione, vel retentione auctę dotis,
vel donationis,&c.& probatur in auth. permiſ-
ſa.C.eo.titu. ſecundum Bald. quod permiſſa eſt
129 mulieri actio † in rem pro donatione propter
nuptias, & vide de prędictis Rod. Suarez. in tit.
de don.propt.nupt. quam hiſpani vocant arras.
ſeu in titu.de las arras. in princip.

130 Quæritur modo † filiusfamilias patre permit-
tente,& conſentiente conſtituit dodarium vxo-
ri, quo caſu patris bona ſunt obligata iuxta tra-
dita in l.ſi cum dotem,§.tranſgrediamur, ff. ſo-
lut.matrimo. moritur filius,nunquid in peten-
do hoc dodario expectanda ſit mors patris, an
vero debeatur ſtatim filio mortuo? dic conclu-
ſiue,quod ſi filius habeat bona caſtrẽſia, vel qua
ſi,debebitur ſtatim ſuper his,ſecus ſi nulla habe-
ret,tunc enim ſpectanda eſt mors patris, vt ſu-
per legitima ſatisfiat,de quo vide gloſ. in l. nec
fratris,C.de don.cau. mort. & glo. in l. donatio
mancipiorum,C.de don. inter vir. & vxor. quæ
limitarem procedere in conſenſu tacito, ſecus
tamen ſi pater cum filio expreſſe conſtituiſſent
dodarium,& ſeipſos obligaſſent,tunc enim ſta-
tim mortuo filio deberetur ſuper bonis patris
inſolidum obligatis.

131 Sed pone, † quod iſte filius fuit à patre exhæ-
redatus poſt conſtitutum dodarium, & mor-
tuus eſt,nunquid poſſit ſatisfieri de dodario ſu-
per bonis patris,& exhæredatio noceat mulieri?
dic non nocere, cum culpa filij mulieri obeſſe
non

non debeat, poterit ergo mulier petere dodariũ
ſuper bonis ſoceri promittentis, & cõſentientis,
& tranſibit cum ſuo onere, l. ſiquis poſthac. C.
de bon. proſcript. Niger. in d. c. regni. Mulier do-
tarium, num. 67.

132 Sed, † an mulier poſſit conſtante matrimonio
remittere dodarium viro? dic non poſſe ad in-
ſtar dotis, l. attilicinus, cum ll. ſequentibus, ff. de
pact. dota. cum omnia ferè dotis priuilegia ſint
communicata dodario, l. fi. & authent. ſed iam
neceſſe. C. de don. ante. nupt. l. cum mulię. eo. ti-
tu. & nota. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. & per
Afflict. in deciſ. 154. vbi quod pactum etiam ſo-
luto matrimonio initum per mulierem in præ-
133 iudicium dodarij non valet, & vide † Gramma.
deciſ. 103. nume. 123. & quod alienatio rei do-
talitij, ſeu dodarij fieri non poſſit etiam de con-
ſenſu mulieris ad inſtar ſundi dotalis, tenet An-
134 gel. in authent. † de æqua. dot. §. aliud quoque,
col. 2. verſic. ſed quid ſi mulier iuraſſet, vt ibi per
eum, & Bald. Nouel. in tra. dot. parte vltima, col.
135 2. & in ſexta parte, priuile. 11. † Secundo limita-
tur, niſi iuſta cauſa interueniat, tunc enim ſibi
mulier præiudicium parat in dodario. exemplũ
eſt, ſi ſoluto matrimonio mulier dilationem do-
tis reſtituendę hæredibus mariti indulgeret ob
iuſtam cauſam, ſcilicet ob paupertatem dicto-
rum hæredum, qui ſoluendo non eſſent infra
anni ſpatium, poſſent tamen data dilatione præ
dicta, & mulier ſibi præiudicaret, vt per Imol.
in l. ſocer. §. Lutius, ff. ſolut. matr. gloſ. in l. licet,
C. de pact. Afflict. in deciſ. 154. Tertio limitatur,
136 niſi in pacto, † & remiſſione addatur iuramen-
tum, tunc enim ſeruandum eſt, vt per Angel. in
§. illud quoque, in authen. de æqua. dot. Bald. No
uel. in tra. dot. in vltima parte princ. priuil. 11. in
quarta limita. & Paul. de Caſtr. conſi. 8. in cauſa,
quæ vertitur, vol. 2. & eſt tex. in authent. ſiue à
me, C. ad Velle. & vide c. peruenit, extra de emp.
& vend. & de prædictis, vide Bald. & Saly. in d.
authen. ſiue à me, ad fin. & videtur caſus expreſ-
ſus tam in dote, quam in donatione propter nu
ptias, in c. cum contingat. de iur. iur. & in c. licet.
eo. titu. in ſexto, & intelliguntur dicta iura, ſecũ-
137 dum doctores † prędictos ibi, quando mulier ex
pacto, vel ſtatuto lucratur donationem pp nu-
138 ptias. † Limitanda tamen ſunt pręmiſſa niſi mu
lier poſt biennium iterum conſentiret, & quod
tantum ſit in viri facultatibus, vt indemnitati
mulieris conſuli poſſit, quæ facultates ſuppetãt
ne dum tempore contractus, ſeu renunciatio-
nis, verum etiam tempore ſoluti matrimonij,
quo vxor agit, vt in d. authen. ſiue à me. Afflict.
deciſ. 312. Caſſan. ſuper conſue. Burgun. titu. 4.
§. 4. car. 140. col. 4. verſi. additio ſi tamen bis, & eſt
communis opinio, ſecundum Rod. Suarez. in
titu. de las arras. num. 43. verſi. Secundo limita ni
ſi mulier, &c. quamuis Ang. in d. authen. ſiue à
me, aliter tenuerit, ſcilicet, quod ſiue ſemel ſiue
millies mulier conſenſerit, nunquam ſibi præiu-
dicet, per authen. ſiqua mulier, C. ad Valle. quæ
difficultatem ſoluit Saly. in d. authen. ſi qua mu-
lier, & Suarez. in loco præcitato. Quod ſi ſecus
fuerit alienata, competit mulieri ſoluto matri-
monio actio in rem ad vendicandum dodariũ
ratione dominij, vt eſt text. & ibi gloſ. in d. au-
then. ſiue à me, quæ glo. præſupponit ibi, quod
aderat pactum de lucrando donationem pro-
pter nuptias, & quod erat domina rei propter
nuptias donatæ, & per donationem translatum
dominium, alias fruſtra lex mulieri rei vendica-
tionem concederet, cum alteri quam domino
non detur. l. doce ancillã, C. de rei vend. vt per
Suarez. in titu. de arris. num. 49. vbi quod ſi ma-
ritus conſtante matrimonio illam alienauit de
conſenſu mulieris, non valet alienatio nec con-
firmaretur morte mariti, imo ipſa mulier pote-
rit rem vendicare, niſi concurrerent requiſita in
d. authent. ſiue à me. Et ſicut hoc dodarium in
139 vita, ita † neque in morte maritus alienare po-
teſt, vide tex. in l. ſi ſocer. §. Idem Iulianus, ff. de
dot. prælega. Caſſan. ad conſuetu. Bur. titu. 4. §. 4.
in textu. ne auſi ſemblablement. verſi. aduerte,
quia ius dotalitij, & hæc quo ad alienationem
dodarij: quo vero ad dotis alienationem inci-
denter tantum dicamus, dotem in ſtabilibus cõ
140 ſiſtentem per maritum alienari non poſſe, † §. 1.
Inſt. qui alien. licet, vel non, & l. 3. & 4. ff. de fun.
dota. mobilis autem alienari poterit, ſi maritus
141 ſit ſoluendo, non ſecus, l. 1. † C. de ſeruo pig. dato,
& adeo rerum dotaliũ immobilium alienatio
eſt ſtricta, quod dominium in eum, in quem fa-
142 cta eſt alienatio, non tranſit, † etiam ſi alienatio
fuerit iuramento vallata, ita Bar. in l. qui ſuper-
ſtitis, ff. de acqui. hære. quod intellige de iure ci-
uili, ſecus tamen de iure canonico, vt per Caſſa.
143 in loco prædicto, † nec etiam de conſenſu vxo-
ris, vt per Bart. in l. fi. ff. de iur. dot. & in l. 1. §. & cũ
144 lex. † C. de rei vxori. act. vbi quod nec per virum
hypothecari. Tamen ſi de vtriuſque viri, & mu-
lieris conſenſu alienetur atque alienatio ſit expe
145 diẽs mulieri, valeat alienatio. Bar. & Bal. in l. j. ff.
ſolut. matr. Cyn. in l. ſi prædium, C. de iur. dot. &
Bald. Alex. in l. cum lex, C. de fideic. & in l. dota-
lem, ff. de teſt. mili. Io. Pet. de Ferra. in forma lib.
in act. hypot. in glo. exceptionem diſcuſſionis.
in fine.

Vbi quærit, an mulier ſibi præiudicet conſen-
tiendo alienationi rerum pro dote obligata-
rum. Limita tamen ſupradicta, vt maritus fun
146 dum dotalem alienet in vita, † quamuis aliena-
tio conſtante matrimonio nõ ſubſiſtat, infirma-
tur tamen morte vxoris, ſi maritus dotem lucre
tur ſoluto matrimonio, per mortem vxoris, l.
enim vir. ff. de vſucap. ad idem eſt tex. in l. fundũ
147 dotalem, † quæ eſt lex pen. ff. de fun. dot. Limita
etiam, vt quamuis mulier conſtante matrimo-
nio nõ poſſit donare dotem, tamen ſpem actio-
nis de dote poteſt cedere conſtante matrimo-
nio, vt per glo. ſingul. quam ibi laudant Bar. Bal.
& Saly. in l. conſtante, C. de dona. Suarez. tit.
de las arras, a num. 50. A filiafamilias tamen ma
ritata habente patrem cauere debent ementes,
quoniam in alienatione fundi dotalis conſen-
ſus patris eſt requirendus. Iacob. de S. Georg. in
l. ſi ex lapidicinis. ff. de iur. dot. Caſſã. ſuper con-
ſuet.

ſuetu.Burgun.titu.4.§.5.car.141.col.1.vbi etiam
decidit ſi coniuges vendant ad quem eorum
149 præſumatur pretium perueniſſe,† & dicit,quod
ad maritum:datur tamen cautela, vt dos a filia
150 non poſſit alienari, † vt iuret nunquam ſe alie-
naturam, ſi enim deinde alienabit quamuis cũ
iuramento,alienatio non valebit, glo.in c. licet
mulieres.de iur.iur.lib.ſexto,Iaſ.in l.non ſolum,
§.morte,col.7.ff.de oper.no. nuncia. vide Caſſa.
ad conſue.Burg.titu.4.§.5. verſi. & ideo quando
maritas filiam.

Et nota ex prædictis,qñ dodarium eſt conſtitu
151 tum,& †promiſſum,ex ſola cõſtitutione ac pro
miſſione tranſit dominium in vxorem abſq. tra
ditione.gloſ. not. in authent. donatione, C. de
iur.doti.caſus quippe ſpecialis eſt, vt ſine tradi-
tione tranſeat dominium,contra regulam l.tra-
ditionibus, C.de pact.& l.fi.C.de ſacr.ſan.eccle.
& proinde mulier habebit rei uendicationẽ ab-
152 ſque traditione, † vt per Cyn.& Saly.in d.auth.
donatione.Gui.Pap.quæſt.524.

Nec interim prætereundum eſt, quod mor-
153 tuæ † huic mulieri ſuccedunt in dodario filij
eius viri à quo lucrum peruenit,non autem filij
ex alio forte viro ſuſcepti, quod pro ſingulari
tradit Cremen.in vltimo ſingulari, & ſic in hoc
fallit l.2.ad Tertull.vt filij matri non ſuccedant,
nam illa lex cum ſimilibus habent locum in bo
154 nis ſimpliciter maternis, † non autem in lucro
dodarij peruenti à marito primo, in quo filij ex
ſecundo matrimonio non ſuccedunt matri.

Sed quid ſi mulier fuit in obſequio viri para-
155 ta ad actum matrimonialem, non tamen fuit
carnaliter cognita,an lucrifaciet dodarium?qui
dam tenent,quod ſic, vt tenet gloſ. conſuetud.
Neap. in gl.à quõdam viro, in conſuetudine in-
cip. Quartam autem, & Gram. deciſ. 103. col.
28.num.88.Saly.in l. cum inter. verſi. vnum ta-
men non omitto.C.de dona.ant.nupt.vbi quod
156 ſi mulier ſit inducta in domum viri,† vt viro cõ-
iũgatur, habetur pro copulata quo ad lucrum.
ſequitur Phi. Dec. conſ. 140. ad fin. Hippoli. de
Marſi.ſingula.106. faciunt ſcripta per Soci. in l.
cui fuerit,in 2.notab.ff.de cond.& demonſt.niſi
culpa, & defectu mulieris non fuiſſet cognita,
quia renuit nec voluit permittere ſe carnaliter
157 cognoſci, tunc enim non dicitur habere† doda
rium,ex quo operam proli non præſtitit vti de-
buit.32.q.2.c. ſolet quæri, vt per Napod. vbi ſu-
pra.ſublimita hoc dictum niſi mulier eſſet infir-
158 ma,† vel maritus infirmus,idcirco noluiſſet pa-
ti ſe carnaliter cognoſci, nam propter infirmi-
159 tatem non tenetur † alter alteri reddere debitũ,
vt nota. Abb.in c.2.ext. de coniug.lepro. Neuiz.
in ſua ſilua nuptiali, in ſecundo libro, in 2. am-
pli. col. 133. & itidem in alijs caſibus in quibus
160 vxor non †tenetur reddere debitum coniugale,
de quibus per Silueſtr. in ſum. in verb. debitum
coniugale,& per Præpoſitum vbi ſupra, & in c.
1.13.diſt.& in c.fi.ea.diſt.& in c. alias, 25. diſt. &
glo.in c.ad eius. 5.diſt.vbi etiam de muliere,quæ
petit debitum tempore menſtrui.

Limita, vt mulier non lucretur dodarium ſi
161 carnaliter cognita † non fuit ex defectu natura-
li,quia erat arcta,ſeu arctum habens vas natura-
le,quia vir habuit eam potius, vt ſororem quam
in vxorem,c.laudabilem, c.fraternitatis, extra
de frigi. & malefi. & voluit Napoda. in conſue.
Neap.Quartam,in glo.à quoudam viro. imo in
162 caſu iſto poterit†maritus dimittere vxorem ar-
ctam, vt per Cyn.in l.pen.C.de repud. & proba-
tur in d.c.fraternitatis,& in l.cum ſerua.§.fin. &
ibi gloſ.ff.de iure doti.

163 Limita,niſi † mulier non fuiſſet ducta ad do-
mum viri, culpa ipſius viri,non autem ex defe-
ctu mulieris,vel eius patris,nam paria ſunt nolle
ſine cauſa recipere vxorem, vel receptam ſine
cauſa repudiare, & ſic non lucrifaciet dodariũ,
vt per Napod.vbi ſupra.

164 Sed,† an mulier ſterilis inducta in domum vi
ri mortuo viro, lucretur dodariũ? dic quod ſic,
vt per docto.in l.prima, ff. ſolu. matrim. & per
Nap.in conſue.Quartam,in d.gloſa.a quondam
viro.

165 Quid autem ſi mulier non inducta, † ſed per
ſe acceſſit in domum viri, quia forte erat infir-
mus,nũquid eo mortuo lucrabitur dodarium?
dic quod non, quoniam hæc conſuetudo vult,
vt ſit inducta per virum tempore, & loco con-
gruis,& quod ſit carnaliter cognita. Tum quia
debuit induci poſt deſponſationem à viro, &
quia non parauit ſe ad opus maritale,vt per Na-
pod. in d.glo.a quondam viro.

166 Et ſimiliter cadit mulier à lucro dodarij, † ſi
minor annis duodecim nupſit,non apta pati vi-
rum,& ducta ad domum viri non dum fuit co-
gnita,ratio eſt,quia non poteſt videri nupta,quę
167 virum pati non poteſt,l.pen.ff. quando di. lega.
ced.quem tex.ad propoſitum allegat Napod.in
d.glo.a quondam uiro,& quia ętas impedit ma-
trimonium,l.minorem,ff.de ritu nupt. cum in-
ter eos valeret donatio, tanquam inter ſponſos,
168 ac † ſi non eſſent coniuges, l.quod uir. & l. cum
hic ſtatus, §.ſi quis ſponſam,ff. de don. inter uir.
& uxor.& uidetur expreſſum per conſuetudinẽ
ſupra, capitu. 2. dum dicitur ſi matrimonium
inter aptos,&c.

169 Et † ſimili modo non lucrabitur dodarium,ſi
puella minor duodecim annorum poſſet pati ui
rũ,& eſſet in domo viri,attamen non fuit paſſa
170 ſe † carnaliter cognoſci, nam non dicitur poſſe
fieri,quod non legitime fit,talis enim copula ni
mis feſtinans eſſet,ut merito punienda, ut per
Napod. in conſuetudine, Quartam autem, in
gloſſa a quondam viro, numero trigeſimoquin
to. Idem iuris eſſet,ſi minor adhuc annis duo-
decim ad domum viri ducta, fuiſſet carnali-
171 ter cognita, † mortuo enim viro ea ſic mino-
re exiſtente,non erit locus lucro dodarij,quoniã
172 feſtinantia nuptiarum punitur, †nec debet eſſe
cauſa lucri, & cum immaturum matrimoniũ
173 non ſit matrimonium,† vt dictum eſt ſupra in
conſuetudine, cap. 2. vbi loquitur de aptis ad
matrimonium contrahendum, & firmat Na-
pod.in d.glo.a quondam viro,num.36.

174 Nec lucratur mulier dodarium, † ſi pendeat
lis

lis ſuper diuortio,& pendente lite infra bienniſi
maritus eam non cognouerit,& interim ſolua-
tur matrimonium morte viri,de quo vide Gui.
Pape.quæſt.439.verſi.ſed an durante litigio. vbi
etiam,quod ſi vir verberat vxorem,poteſt licite
175 vxor fugere, † & vir tenebitur eam alere extra
176 domum ſumptibus ipſius viri,† ſecus ſi ſua cul-
pa recederet,vide eum.

177 Limitatur quoque, † vt mulier non lucretur
dodarium,ſi eidem conſtante matrimonio fue-
rint reſtitutæ dotes in caſibus in quib. dos reſti-
tui poteſt,de quibus in l.1.C.ſi conſt. matrim.&
l.mutus,§.manente,ff.de iur.dot.& per doct.in l.
quamuis,ff.ſol.matr.& per Affl.deciſ. . . .nam
viro mortuo non lucrabitur dodarium , vt per
Arnal.Ferron.ad conſue.Burdeg.§.6.verſi.Septi
mo limitatur.

178 Quemadmodum nõ lucratur dodarium, † ſi
non ſubſtinuit mulier onera matrimonij,vt per
Bal.in auth.dos data,ſicut nec vir lucrifaciet do
179 tem a pacto,† vel conſuetudine debitam,ſi one-
ra non ſubſtinuit.Lupus,in l.16.num.12.verſ.ad
idem.ad ll.Thori.vbi vide plura ad materiam,
num.29.30.& adde ſi uis.

180 Perdit inſuper † hoc lucrum dodarij mulier
ob commiſſum adulterium,c.plerunque,de do-
nat.inter vir.& vxo.vt ſup.dictum eſt,& ideo pe
tenti mulieri obſtabit ea exceptio, vt habetur in
deciſ.184.D.Vincentij de Franchis.

181 Et querelam hanc , † ſeu exceptionem parat
hæredi ſuo maritus,ſi viuens expulerit vxorem
de domo , vel de ea conqueratur, alias hæredi
non quereretur hæc exceptio,vt per Iac.de Bel-
uiſ.in §.quia vero plurimas,in fin. in authen. vt
lice.ma.& auiæ.Alex.in l.rei iudicatę,col.2.verſ.
limita tamen,ff.ſolut.matrim.Bal. in conſ.221.
nam quandoque,vol.2.& conſ.182.Petrus,in ter
tio volum.& Catelli. Cotta in ſuis memorali. in
verbo,maritus expellens.

182 An autem † dodarium conſtitui poſſit vxori
per virum ſuper feudo,vel terra feudali ſine aſ-
ſenſu domini directi , vide Bald. & docto. in §.
donare, quali.olim feu.poter.alien.

183 Sed in Regno † Neapolitano aſſenſus non re-
quiritur ex lege municipali ita cautum,vt no. in
conſt.regni,licentiam,& in Conſt.mulier , quæ
dotarium,& per modernos in cap.regni mulier
dotarium,vtrum autem mulier lucrata doda-
rium in feudo poſſit illud dare in dotem ſecun-
184 do viro ſiue quo ad proprietatem, † ſiue quo ad
vſumfructum? dic quod non,vt expreſſe eſt cau
tum in ca. rege.

185 Dotarium in terra,† & an ſi maritus non præ-
ſtiterit ſeruitium domino, amittat mulier feu-
dum datum in dotem , vide docto.in locis præ-
allegatis.

186 Si tamen mulier abutatur , † ſeu male vtatur
tertio dotalitio, quod lucrata eſt , vel arbores
fructiferas inciderit, vtrum priuetur eo.vid.Bar.
Caſſan.ad conſuetud.Burg.carta 156.titu.4.§.5.
qui loquitur,quando mulier lucratur quo ad v-
ſumfructum tantum.

187 Quæritur mulier conſtituit dotem,† vel alius
pro ea,& maritus conſtituit dodarium contem-
platione dotis,& matrimonij , deinde dos non
fuit ſoluta in totum , vel in partem , interim ſo-
luitur matrimonium morte viri, vtrum mulier
lucrabitur dodarium integrum, vel pro quanti-
tate dotis ſolutæ? dic breuiter,& analitice,quod
habebit dodarium pro ea parte, & quantitate
dotium ſolutarum,vt tenet Bart.de Capua.in c.
regni.mulier dotarium, & ibi moderniores , &
ſi nihil de dote fuit ſolutum,nihil lucrabitur de
dodario,§.fi.in authen.de non elig. ſecun. nub.
& habetur in authen.de pact.conuen.quæ ſigna
tur in l.ex morte,& per Andr.de Iſer.in c.1.col.
8.de natu.ſuc.feu.Affl.in conſt.reg. mulier, quæ
dotarium,col.2.& in deciſ.333.& in deciſ.242.
Aret.in §.fuerat.& ibi Iaſ.col.31.inſt. de actio.
Guid.Pap.quæſtio.274.Gram.deciſio.97.Soci.
conſil.32.col.3.volum.3.Boer.deciſio.22.Gram
188 ma.† deciſi.103.num.171. Quod limita niſi uir
renuiſſet dotem accipere à muliere, uel alio pro
ea offerente , tunc enim habetetur pro ſoluta,
& lucraretur dodarium , §.fina. in authent. ut
exact.inſtan.& ibi Angel.& Afflict. in capit.1.§.
donare,col.11.qualiter olim.feu.pote.alie.

189 Limita etiam † ſi vir negligens fuiſſet in exi-
gendo dotem promiſſam quam de facili pote-
rat exigere, tunc enim mulier lucrabitur doda-
rium,ac ſi dos vere fuiſſet ſoluta, l. ſi extraneus,
ff.de iur.dot.l.nupta.§.quoties,ff. ſolut. matrim.
vbi Paul.de Caſtren.& idem Caſtren.in l.ſi ſoce.
190 §. Lucius,ff.ſolut.matrim.Et † an imputetur vi-
ro ſi dotem non exegit à ſocero,vide Alex. Pau.
& Hercula.in d.l.nupta.§. primo, ff. ſolut. matr.
vbi,quod quando pater ſine magno incommo-
191 do non potuiſſet ſoluere , † tunc ſi maritus non
exegit,non dicitur in culpa,ſecus ſi fuiſſet ſoluẽ-
do,& poſtea effectus non ſoluendo, maritus ne-
gligens fuit in exigendo,maritus tenetur de tali
192 culpa,† & amittit dodarium , quod lucrifit per
vxorem. Contrariam opinionem tenuit Din.
Rayn.Cum.& Alex.in d.§.quoties,l.nupta.cum
193 repræhendenda ſit vxor,† quæ patrem voluerit
vrgeri ad ſolutionem , quam opinionem ſecu-
tus eſt Bald.in d.l.ſi extraneus,ff.de iur.dot.& ad
contraria reſpondetur,ſi enim ſolum excuſatur
maritus quando pater ſine incommodo ſolue-
re poteſt,quando autem pater non poſſet, nulla
eſſet profecto ſpecialitas,cum pater dotans con-
ſtante matrimonio, non teneatur niſi in quan-
194 tum facere poteſt,† l.ſicut,cum l.ſeq.ff.de re iud.
& hanc eſſe communem opinionem referunt,
& ſequũtur moderni,quam dicunt eſſe æquam
in c.regni.mulier dotarium,quæ tamen proce-
195 dunt ſolum in patre,† non autem in hærede pa-
tris,vt per Bald.in d.l.ſi extraneus,ff.de iur.dot.
196 Quam concluſionem † amplia , vt mulier ob
dotem promiſſam,quam maritus confeſſus eſt
recipiſſe,elapſaque ſunt tempora opponendi ex
ceptionem non numeratę dotis iux.l.fi.& auth.
quod locum , C. de dote.caut.non numer. tunc
197 enim habetur, † ac ſi vere fuiſſet numerata,vt
per Afflic.in conſt.regni mulier,quæ dotarium,
col.2.circa fin.& proinde mulier lucrabitur do-

darium

darium. Ang. in conſil. 158. Iaſon. in l. ſi donaturus, §. fin. ff. de cond. ob cauſ. vbi multa in materia non ſolutæ dotis.

198 Amplia etiam ſi dos ſoluta non fuiſſet, † quia
promiſſa fuiſſet ad certum diem, & antequam
veniat dies ſolutionis, moriatur maritus: nam
tunc etiam mulier lucrabitur dodarium, licet
dos ſoluta non ſit, cum nil poſſit imputari viro
cur dos ſoluta non ſit, quia tempus eſt appoſi-
tum gratia, & fauore ipſius mulieris, vt tenet Na
poda in c. regni, mulier dotarium, & fuit deci-
ſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano per
Afflict. deciſio. 333. Gui. Pap. quæſt. 430. & 565.
quoniam dos promiſſa hoc caſu habetur pro ſo-
199 luta. per not. † per Sali. in l. ſi conſtante, C. de do.
ant. nupt. & Nic. Boer. deciſio. 22. col. 3. 4. Gram.
deciſi. 97. Reſtringe hanc concluſionem in do-
te promiſſa per mulierem, ſecus ſi per extraneũ,
tunc enim reſpiceret fauorem extranei, & non
mulieris, & ſic non lucrabitur dodarium ſi ex-
200 traneus promiſiſſet, & non ſoluiſſet, † niſi elap-
ſo termino maritus non exegiſſet dotem ab ex-
traneo, cum tunc poſſit ei culpa imputari, vt per
Afflict. in conſtit. regni mulier, quæ dotarium,
col. 3. & rurſus in capitu. 1. §. donare, qual. olim
201 feu. poter. † alic. mulier autem ſi dotem per eam
promiſſam in certo tempore non ſoluiſſet, ſolu-
to matrimonio propter eius moram non habe-
bit dodarium, niſi pro parte ſoluta, vt per Affl.
in d. deciſio. 141. & Napod. in conſuetud. Quar-
tam autem, in verb. conſtitutam, in addi. ad fin.
202 & per Boer † d. deciſ. 22. Neque enim mulier po
terit viro improperare gratiam dilationis, quam
ipſi mulieri fecit citra vitium ingratitudinis, vt
dicit Baldus in d. l. ſi extraneus, ff. de iur. dot. hoc
203 autem † intellige niſi dos fuiſſet oblata marito,
& depoſita, & noluiſſet recipere, vt dicit text. in
authent. dos data, C. de don. ant. nupt. iuncto §.
fin. in authent. vt exact. inſt. & vtrobique docto-
res, & per Hoſt. in ſum. in titu. de don. propter
nupt. §. qua actione, quæ omnia reſtringe niſi
204 eſſet appoſitum pactum, vt dote ſoluta, † vel nõ
ſoluta debeatur dodarium, tunc enim virtute
pacti lucrabitur mulier omnio dodarium etiã
non ſoluta dote, vt expreſſe habetur in deciſio.
430. Gui. Papæ, quod nota.

205 Sed vtrum ſi maritus præmoriens † vxori lega
tum fecit, cenſeatur in dubio legaſſe animo cõ-
penſandi cum debito dodario? dic quod Bald.
in authent. Præterea, C. vnde vir, & vxor, dicit
non compenſari per l. 1. §. ſciendum, C. de rei
vxo. act. & ſic concludit poſt argumenta ad par-
tes. Contrariam tamẽ opinio. per multa, & qui-
dem ſatis elegantia firmauit Rod. Suarez. in tit.
de las arras, num. 35. verſi. ſed pone quæſtionem,
vbi reſpondet argumentis in contrarium, & re-
ſidet, quod compenſetur cum dodario, limitã-
do tamen dictam concluſionem per eum fir-
matam in multis caſibus, & inter cæteros, ſi le-
206 gatum eſſet in ſpecie, † dodarium in quantita-
te, vel e conuerſo, tunc etenim non compenſa-
retur, ſed vtrunque mulier conſequeretur, vide
eum ibi, nu. 42. verſi. tertio limita niſi arræ, &c.

Et omnes robas, corrigias, & alia ornamenta ſibi a viro facta.

Hęc, & alia huiuſmodi vulgo vocantur ioca-
lia, de quib. & alijs, ſcilicet ſtagialijs, burſis, coro-
nis, loquitur Bart. in l. ſi vt certo. §. interdum, ff.
commoda. vbi dicit iſta in dubio, quãdo fiunt,
& mittuntur per virum ſponſæ, non videri do-
207 nata, † ſed potius commodata, vt magis orna-
ta ad virum accedat, & propter hoc non confir-
mãtur morte, nec debent apud vxorem rema-
nere, idem tenet Bald. in l. penult. §. ſeruis. col. fi.
verſi. de ornamentis, ff. ſolut. matrimo. dicens,
quod de perlis, & ornamentis, & argento quod
mittit ſponſus ſponſæ, non eſſe dubium, quin vi-
ri remaneant pleno iure: præſumuntur enim ſo-
lum ad ornatum accõmodari, ſeu concedi, non
autem transferri, & per Afflict. in deciſio. 315.
columna prima, circa numerum ſecundum,
& Loffred. conſilio quadrageſimoſecundo, ni-
ſi expreſſe donentur, vt per ſupradictos docto-
res, & hoc de iure communi, late Menoch. de ar
bi. iud. quæſt. lib. 2. centur. 3. caſu. 218. Sed ſecun-
dum hanc conſuetudinem vxor vltra reſtitutio-
nem ſuarum dotium, lucrifactionem dodarij,
208 retinebit robbas, † corrigias, mitras, anademata,
quæ capitis ornamenta ſunt, & alia quæ veniunt
209 appellatione † ornamẽtorum, de quibus loqui-
tur Paulus Iuriſcõſultus in l. quamuis, ff. de aur.
& arg. lega. & ſic lucratur mulier iſta iocalia, ſibi
à viro facta. & quamuis Barto. in d. l. quamuis,
intelligat, quod conſuetudo, quæ dat lucrum
210 iſtarum rerum mulieri, † non intelligatur de re-
bus pretioſis, ſed de communibus, & vulgari-
bus, & idem firmat Boer. ſuper conſuetu. Bituri.
titu. de conſuet. nupt. & dot. §. 4. ea ratione, quo-
211 niam ſtatutum municipale, † quo ad fieri po-
teſt iuri communi eſt conciliandum: Tamen in
hoc concordant id verum eſſe, niſi aliter ſit con
212 uentum inter partes, † quod facit ad id, quod in-
ferius dicetur, ſed de hoc dictum eſt ample ſu-
pra conſuetud. ſecunda, vide Lup. in repet. rub.
extra de donatio. inter vir. & vxor. §. 6. quæ au-
213 tem veniant † ornamentorum appellatione,
declarat Iuriſconſultus in l. argento. §. orna-
mentorum, ff. de aur. & argen. lega. imo, & quæ
214 tegendi capitis, † quam ornandi continentur, d.
l. argento, §. muliebri, Catelli. Cotta. in memor.
215 in verbo, mitræ. † Quid autem ſi vir legat vxori
veſtes quas fecit, an veniant eo caſu ornamenta
aurea, vel argentea? dic quod, & ſi acceſſorium
216 ſit pretioſius, tamen cedit principali, † & ſic de-
bentur, vt pro ſingulari tradit Anto. Corſet. in
ſuis ſingularibus, in verb. legatum, & nota, quod
hic remouetur omne dubium, quod erat de iure
communi, vtrum iſta iocalia, & ornamenta per
virũ facta, cenſerentur donata vxori, & per eam
lucrifierent, de quo per doctores in locis, &
quotis per Afflict. allegatis in deciſio. 315. &
dixi ſupra conſuetudine ſecunda, nam ceſſat
hoc dubium per hanc conſuetudinem, cum in-
217 diſtincte det † lucrum iſtorum iocaliorum vxo-
ri, ſiue ſint pretioſa, ſiue vilia, ſeu communia ac

quoti-

quotidiana ſiue fiat ante ſiue poſt inductionem, & ſic quamuis de iure communi non cenſerētur donata, imo ad vſum commodata, vt per Bart. in l. 1. §. ſed nec caſtrenſe, col. 6. ff. de coll. bonor.
218 Tamen ſecus eſt in caſu iſto, † quando aliter eſſet conſuetudo, vel vſus in ciuitate: tunc enim cenſentur donata, vt hic, & firmat late Io. Lup. in repet. rub. extra de donat. inter vir. & vxor. §. 6. num. 3. vbi quod cenſentur donata ſtante conſuetudine.

Et nota, quod hic dicitur facta, ſi enim facta
219 non ſint, † non lucrabitur, niſi ſit expreſſe cautum, & ſtipulatum, ad quod aduertentes ipſi cōtrahentes ſtipulantur, vt fiant iocalia, lucrifacienda per mulierem, etiam in pecunia, ſi non reperiuntur facta, alioquin citra ſtipulationem non
220 eſt † dicendum, ea deberi, niſi ſint facta, quod factum hæc conſuetudo requirit, & ita quotidie videmus vſu per notarios d. ciuitatis, ac ſtilo introductum.
221 Sed pone retentis terminis, quod ſint promiſſa fieri tempore cōtracti matrimonij, deinde ſoluto matrimonio morte viri, mulier petit iſta iocalia, ſeu valorem eorum, nunquid præſumantur facta, vel conſumpta per coniuges in conſtā-
222 tia matrimonij? † dic, quamuis factum aliud nō præſumatur, niſi id expreſſe probetur, vulg. l. facta. §. in bello. ff. de cap. & poſtli. reuer. tamen quando ſunt promiſſa, prout communiter fit hæc promiſſio, præſumuntur factæ maxime in perſonis diuitibus, nobilibus, & potentibus, nec veriſimile eſt, vxorem nobilem in die votorum comparuiſſe ſine robbis, iocalibus, & ornamentis, & virum promiſſorem ea nō confeciſſe, maxime ſi appareant reliquię veterum veſtimentorum, & ornamentorum: vnde promiſſio præcedēs, habilitas perſonarum, conſuetudo comparendi in die votorum feſtiuo, qualitas perſona-
223 rum, † temporis diuturnitas, faciunt probationem, l. procula, ff. de proba. ſecus ſi pauperes, & inopes, & mors repentina ſponſorum intercedat, tunc vera requiretur probatio. faciunt ad præmiſſa, quod conſuetudo facit, quod ea, quæ ſunt conſuetudinis, præſumuntur facta, ſecundū Bald. in rub. C. de contra. empt. & Catelli. Cotta. in eius memor. in verb. facta. vbi quod non præſumuntur facta niſi ex conſuetudine.

Quod ſi apparerent facta, tunc ex diuturnitate temporis, & continuum vſum præſumuntur
224 conſumpta, maxime panni lanei, † & linei ac ſe-
225 rici, † quæ vltra decemnium non præſumuntur durare, ad nota. in rubr. C. ſi aduer. vſucap. prout ſic ſepius fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio Neapolitano in contingentia facti contra mulieres petentes iocalia, vel eorum pretium, nam
226 ex longinquitate temporis † præſumuntur factæ, & conſumptæ.
227 Sed quid ſi vir luſor ea facta vendiderit, vel in peſſimos vſus conuerterit, nunquid eo mortuo vxor habebit pretium? videtur quod non, quia iam facta fuerunt, & ſic adimpletum eſt, ſed dic
228 contrarium, nam non ſufficit factum, † niſi illud duret factum, l. inter Caſtellianum, ff. de recep. arbit. & malitijs hominum eſt † occurrendum, l. in fundo. ff. de rei vend. facit infra cap. 11.
229
230 Inſuper quæro, facta ſunt capitula matrimonialia, & promiſſa ſunt fieri iocalia, & ornamenta, maritus ante ſponſalitiam ſolemnitatem, vel poſt ante traductionem, mittit multa iocalia, & ornamenta vxori, nunquid cenſeantur ea donata? dic quod quicquid ſit de iure communi diſponente, quod valeat donatio inter ſponſos ante traductionem, l. Scia. vbi no. ff. de don. inter vir. & vxor. tamen in caſu huius conſuetudinis cenſentur tranſmiſſa in executionem, & pro implemento iocaliorum, & ornamentorum in capitulis matrimonialibus promiſſo, nec aliter quam ex cauſa prædicta donaſſe præſumendū eſt, l. ſi cum aurū, ff. de ſol. & præſumitur in præ-
231 cedentem cauſam, l. 2. † C. de acqui. poſſ. l. 3. §. inde quæri. ff. de manumi. l. qui aliena. §. ſi is qui. ff. de acqui. hære. l. rem legatam, ff. de adi. leg. & ſic in hanc cauſam videntur donata ex conſuetudine iſta, vt per Io. Lup. in repet. rub. ext. de don. inter vir. & vxor. §. 6. num. 3.

De muneribus autem, & xenijs miſſis ſpon-
232 ſæ per clientes, † & conſanguineos viri, dicit Baldus, quod cenſeantur donata, in l. 2. C. de iur. do. & Cyn. & alij in l. cum veterum, C. de donatio. ante nupt. & ſæpius eſt deciſum, non autem ſi mittantur a viro, vt per Bart. in l. ſi vt certo. §. interdum, ff. comm. & dictum eſt ſupra abunde in conſuetudine ſupra cap. 2.

Sed pone, quod mittuntur ſponſæ à viro xe-
233 nia per interpoſitam perſonam, † ſeu nuntium, nunquid cenſeatur donatio? dic quod non, etiam ſi nuntius dixerit donare nomine ſponſi, niſi conſtet aliunde de mandato, & commiſſione donandi per ſponſum dato, tunc enim non repetuntur ab haberc viri ſi ſunt parui valoris, ſecus ſi magni, vt per Bald. in authent. ex teſtamento, C. de collati. vbi etiam dicit de anulis da-
234 tis ſponſæ in eccleſia, † dic benedictionis quando traducitur in domum viri, quod cenſentur donati ſponſæ, & quod ſunt aduentitia, nec conferuntur per ſponſam reuerſam in domum pa-
235 tris fratribus ſuis, † ſed ſunt eius præcipua, ſecūdum Bald. & in tract. de duo. fratrib. parte prima, queſt. 6. Ang. & Alex. in l. vt liberis, C. de collati. col. 2. vbi etiam Lud. Roma. & per Alexan. in l. ſi vero in fin. ff. ſolu. matrim. Bald. in l. cum te. C. de don. ant. nupt. & in l. ſecunda, C. de iure doti.
236 Veſtes autem ad vſum quotidianum, & alia vſualia facta per virum vxori in eius domo poſt inductionem, ſunt dubio procul vxoris in cauſam alimentorum, vt per Afflict. in deciſio. 315. vbi differit, quę dicātur quotidianæ, vel ad vſum
237 quotidianum, † inſpiciendo qualitatem perſonarum, quod eſt iudici arbitrarium, aliter conſideratio in perſonis nobilibus, aliter in pauperibus, & plebeijs, vt ibi.

Sed quid ſi circumſcriptis capitulis non factis
238 vel nil in eis dicto de iocalibus, † vir mittit in domum ſponſę iocalia, & ornamenta, monilia, & alia huiuſmodi, nunquid cenſeantur donata, dic

dic adhuc deberi mulieri, vt hic dicitur vſque ad
valorem medietatis dotium, vt in textu, quic-
quid aliter ſit de iure cõmuni, vt ſupra dictum
eſt, & per Bar. in l. ſi vt certo, §. interdum, ff. com.
Barb. in rub. extra, columna ſecunda, in fine. Bal.
239 in l. penult. §. ſeruus, ff. ſolut. matrim. † vbi quod
remanent viri in pleno dominio, & Bal. in l. cum
te, C. de donatio. ante nupt. & hoc de iure com-
muni.

Ita quòd valor eorum medieta-tem dotium non excedat, & ſi quid vltra fuerit, deducatur ex dote.

Quia ſi dos eſt mille, iocalia ſint ducatorum
quingentorum, nõ vltra, alioquin ex dote illud
plus deducetur. Sed quid ſi iocalia non ſint vſq;
ad medietatem valoris dotis, ſed infra, ſcilicet
quia dos eſt mille, & iocalia valoris tricentorum
tantum, nũquid ſupplebitur vſque ad integram
medietatem? dic, quòd niſi aliter ſit expreſſum,
240 vel conuentum, non deberi, † cum hæc conſue-
tudo clarè dicat, quod habeat mulier iocalia fa-
cta, & dummodo non excedant valorem medie-
tatis dotium: ſi vero minoris quantitatis fiãt, ni-
hil de hoc dicit, nec nos dicere debemus, cum
conſuetudo ſit ſtricti iuris, nec in ea ſupplendũ,
241 vel addendum, vt † ſupra in præludiis ſatis dictũ
eſt, vnde ſibi in hoc caueant contrahentes, ut iã
faciunt vulgo, & paſſim, nam ſtipulantur ea io-
calia fieri, & non facta lucrari vſque ad ualorem
medietatis dotium in pecunia.

Sed cum iſta bona debeantur mulieri, quæ lu-
cratur ea per mortem viri, ſi reperiuntur facta,
ſin autem lucratur in pecunia, ſi conuentum eſt,
vt ſupra eſt dictum, vtrum debeant appretiari,
& æſtimari habito reſpectu ad tempus matrimo-
242 nii quo tempore fuerũt facta, † vel ad tempus ſo-
luti matrimonij? & dubium oritur ex contextu,
cum iſta conſuetudo dicat, ita quod ualor eorũ
medietatem dotium in pecunia numerata con-
ſiſtentium non excedat, & ſic uidetur attẽdi præ-
ſens tempus, inſtãs fortius quo fortè reperiũtur
vſu attritę, & vetuſtate conſumptæ, quia matri-
monium durauit per aliquod magnũ ſpatium
temporis, nam qualitas adiũcta verbo intelligi-
243 tur ſecundum tẽpus uerbi, † l. hos accuſare, §. om-
nibus, ff. de accuſ. l. in delictis, §. ſi detracta, ff. de
noxal. act. l. 4. §. totiens, ff. de dam. infec. Tu dicas
contrarium quòd immo attendatur tempus cõ-
tracti matrimonij quo fuere facta, attentis ver-
bis textus, qui dicit quod mulier habeat robbas,
corrigias, &c. ita quod medietatem dotium nõ
excedat, & quippe abſonũ eſſet, quod huiuſmo-
di iocalia, & ornamenta, ac veſtes, quæ vſui mu-
lieris deſeruierunt, & vſu inueteraſcunt cederẽt
damno mariti, & duplici onere grauaretur, cõ-
244 tra † l. nauis onuſtæ, ff. ad l. Rhod. de iact.

Sed quęro, quando ſcietur valor talium bono-
245 rum? dic, † quod per appretium factum, vel fa-
ciendum per æſtimatores, vel appretiatores, vel
communes amicos, vnum, vel plures commu-
niter electos, per partes, vel per iudicem, qui ſi
ſint diſcordes, tum quia amico facere rem gra-
tam ſtudent, vel quia natura prona eſt ad diſſen-
tiendum, l. item, ſi vnus, §. principaliter, ff. de re-
cep. arbit. ideo ad tertium deuenire ſæpe neceſſe
eſt, prout plures conſiderat caſus in hoc Soc. con-
ſil. 54. quoniam abunde, per totum, volum. 1. &
ſi tertius nolit cum vno ex duobus concordare,
quid ſit agendum, refert Signor. de Homo. in cõ-
ſilio 196. ſe vidiſſe practicari, quod compellendi
ſunt, & reducendi ad panem, & aquam, donec
246 concorditer † arbitrentur, & appretient: vel ſi di-
uerſæ ſint opinionis in appretio, omnes ęſtima-
tiones reducentur, & coaceruentur in vnum, &
247 ex tota † ſumma eligatur tertia pars pretij, ſecun-
dum Salyc. in l. hac ædictali, §. his illud, C. de ſec.
nupt. quod eſt notabile, ſecundum Alexã. in l. ſi
fundum, ff. man. facit tex. in l. ita vt omnes, ff. mã.
& faciunt dicta per Bald. in l. 1. quæſtione 6. C. ſi
ſer. exter. glo. in l. cum in eo. ff. de pact. & eſt me-
moria dignum ad ea quæ dicit Bartol. in l. arbi-
tro, ff. qui ſatis cog. & ad ea quæ tradunt Aret. &
Fely. in cap. 4. de probat. & in cap. ſignificaſti, ex-
tra de homic. quod ſemper iudex poteſt corrige-
248 re illud, † qđ p huiuſmodi appretiatores, & alios
architectos, & tabularios fiunt, nam horum ap-
pretia, & æſtimationes, nunquam tranſeunt in
249 rem iudicatam, Bal. & Alex. in l. ab hoſtibus, † ff.
ſol. matr. & Iaſ. in l. admonendi, colum. 20. ff. de
iureiur. Afflict. deciſ. 33. Maran. in 6. par. actu 13.
num. 131.

250 Vltimo quęro, † quid ſi dos conſiſtat in ſtabi-
libus, nunquid mulier habebit hoc iocalia? dic
deberi iocalia dubio procul ſi ſint conuenta, &
& in ſtipulatum deducta, vel reperiuntur facta,
cum nulla ratio diuerſitatis in hoc dari poſſit, v-
trum ſit in pecunia numerata, vel in ſtabilibus,
ergo idem erit iuris in vtroq. l. illud, ff. ad l. Aqui.
l. a Titio, ff. de fur. cum ſimi. Nec obſtat quod cõ-
ſuetudo loquatur de pecunia numerata, nam il-
la verba non determinant hoc, nec reſpiciunt ac-
quiſitionem horum iocaliorum, ſed aliud deter-
minant, ſcilicet, quod prole non ſuſcepta dotes
integrè reſtituuntur mulieri, conſiſtentes, ſiue
in pecunia, ſiue in mobilibus, & tamen multo
magis ſi conſiſterent in ſtabilibus, quæ ſemper
perſeuerauerunt in dominio vxoris, nec vxor
vnquam illa amittit, vt l. in rebus, C. de iur. doti.
& habetur infra, in conſuetud. quod ſi bona ſta-
bilia.

251 Quæro † inſuper, nunquid maritus moriens
poſſit diſponere de his mobilibus dotalibus in
dotem acceptis? dic poſſe ſi ſunt, vel fuerunt
ęſtimata, cum poſſint reſtitui in pretio, vt per
Bart. Caſſan. ad conſuetud. titu. quarto, §. tertio,
colum. 3.

252 Quæro, † nunquid hæ dotes reſtituent ſtatim
vel elapſo anno? dic vt in conſuet. item in quoli-
bet caſu, c. 9.

Sed cũ hic dicatur, ꝙ mulier habeat dodarium
253 a viro ſibi conſtitutum, † nunquid de eo poterit
diſponere ad libitum, & illud relinquere cui

volnerit?dic,quòd ſic ſi liberos,vel alios non habeat,ſecus ſi filios habeat, quia tunc tenetur mulier relinquere filijs,ſi vero liberos non habet,poteſt relinquere cui voluerit,etiamſi ſecundo nubat, Ioan. Lup. in l. 51. nnm. ſecundo, fori.

254 Pone † quòd matrimonium fuit ſeparatum, quo ad thorum alia cauſa, quam per adulteriũ, an mulier poſſit ſtatim petere dodarium? dic, quòd non,niſi deinde mortuo viro, vt not. Doctor.in capitulo plerumque, extra de dote, poſt. diuort.reſti.& per Caſſan.ſuper conſuetud. Burgund.rubrica quarta,§.ſexto,carta 149.columna quarta,numero primo,verſicu. pone,quòd matrimonium,& ibidem, numero ſecundo, quid ſi matrimonium fuerit declaratum nullum, & ſubdit quæſtionẽ quid ſi moriatur ciuiliter, vel quia ingreſſus eſt religionem.

ADDITIONES.

¶ ADde circa num. 121. an conſnetudo ſit irrationabilis,quod vir teneatur dotare vxorem,dic,vt per Bald. in rubr.extra de conſuet. numero tertio,quòd ſic,nam, & hoc pactum ſi fieret ratione careret,l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſi ſti,§.ſi tibi nupſero,& ibi no.ff.de verborum obligat.quia matrimonia non debent eſſe venalia,l. prima,ff.de donat.inter virum,& vxorem, fallit niſi fieret ex cauſa licita, quia perſona vilis, ſed diues ducit iuuenculam in vxorem, tunc poſſet in recompenſationem nobilitatis,glo.& Bartol. in l.ſi voluntate, C.de dot. promi. Secũdo fallit, quando fieret ex cauſa pacis, talis enim promiſſio,& dotatio valeret,gl.in c.ſecundo,ibi, vt puta pro bono pacis,de deſpon.impnber.Bald.in c. accedens,extra de procura.& vide Bal. in l.ſecunda,§.ſi creditum,ff.ſi cert.pet. vbi quòd maritus pro bono pacis poteſt dotem vxori conſtituere conſtante matrimonio. Tertio fallit,niſi iſta promiſſio fiat a tertio,vt per Iaſ.in d.§. ſi tibi nupſero,verſ.ſecundo limita.

¶ Adde,an mulier lueretur dodarium, vel lucrum a marito,quãdo matrimonium eſt declaratum nullum ex cauſa legitima, vel forte affinitatis,vel conſanguinitatis? in quo dic, quòd ſi mulier fuerit ſciens impedimenti, ſiue ignorans amittit hoc lucrum,per gl. in capitulo & ſi neceſſe,extra de donat.inter virum, & vxorem, vt conſuluit,& obtinuit in facti contingentia, Do. Ioan.Anton. Lanarius aduocatus celebrrimus, deinde Regius collateralis conſiliarius, & ſacri Regij Conſilij Neapolitani Regni, in conſil.88. pro Illuſtriſſimo D.Cæſare Gonzaga edito.

¶ Adde,circa num.63. qualitet, & quomodo quis probetur eſſe hæres alicuius, Petr. Rebuff. ad Conſtitut.Regias Franciæ, tomo primo, de literar.obligatio.articulo nono,glo. tertia, in fine,num.3. verſ.quomodo probatur.

¶ Adde, ad textum ibi, vt valor medictatem dotinm non excedat, quod dodarium videtur quodamodo duplicatum reſpectu dotis,ſi enim dos eſt mille,dodarium quingenta,vt infra capitu. ſexto,iocalia adhuc quingenta,ita quod doti exequatur,quod etiam de conſuetudine ſaxonica eſt inductum,vt teſtatur Io.Oinotomi, inſtit. de don.in §.eſt,& aliud.

¶ Adde,in textu,in principio, Ibi, ſi matrimonium carnali copula confirmatum, an in dubio conſuetudo, vel diſpoſitio loquens ſimpliciter de matrimonio,vel de muliere nupta, vel viro copnlata,requirat carnis copulam? vide eleganter per Bald.in conſ.228.ad euidentiam eſt præmittendum,volum.3.

¶ Adde,in tex.ibi tam in pecunia,&c. de pecunia,& quæ olim apud Romanos fuerit, Alex. ab Alex.Geniali. dier.lib.4.c.15.

¶ Adde,numero 12.quòd filiafamilias committens adulterium,licet ipſa dotem amittat,capitulo,plerunque,de do.inter vir.& vxor. non tamen in præiudicium patris,Aut.& contra,C.de de adult.& gloſ.in l.conſenſu,C.de repu. Cyn. & Bald.in l.ſi dotem,C.de iure dot.Butr.in d.capi. plerunque,Bar.in l.ſi finita,§. ſi de vectigalibus, ff.de dam.infec.Ale.in l.ſecunda,§. quòd ſi in patris,col.1.ff.ſoln.matr.quia factum filiæ non debet nocere patri,Rnbr.Alexandr.conſ.25.numero 13.immo, quod ſi filiæ renunciet iuri hypothecę in dote,iux.l.iubemus,& actio eſt communis patris,& filiæ,factum filiæ non nocet patri, vt per Bartol.in l.ſecunda,§.finali,vbi etiam alii. ff.ſolut.matrimo.quod vltimum nota,& firmat Bald. & Alexand.in dicto §.quod ſi in patris, & firmant cano.in c.ex literis,de pignori.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo iſta deuiat a iure communi, quo cauetur quòd maritus ſi ex pacto, vel ſtatuto lucratur dotem propter liberos, non lucratur ſi vir prædecedat vxore ſuperſtite.*
2 *Statutum & pactum pariſicantur.*
3 *Validum eſt argumentum de pacto ad ſtatutum.*
4 *Maritus lucrifacit dotes ex hac conſuetudine, ſiue prædecedat vir,ſiue non.*
5 *Conſuetudo iſta defert lucrum dodarij vxori indiſtincte,etiam quo ad proprietatem filijs exiſtentibus, ſiue non.*
6 *Conſuetudo,& ſi ſit dura,tamen ſeruanda.*
7 *Mulier amittit dotes in pecunia, habebit tamen æquiualens ex his conſuetudinibus.*
8 *Mulier habet electionem recuperandi dotes, & dimittere dodarium.*
9 *Hæredes viri lucrifaciunt dotes in pecunia prole ſuſcepta,& ſi ſtatim moriatur, & ſufficit momento vixiſſe.*
10 *Momentum temporis eſt in conſideratione.*
11 *Fideicommiſſum, an expiret ſi filius natus ſtatim deceſſerit.*

12 *Maritus lucratur dotes, etiam ſi matrimonium momento durauerit.*

13 *Sufficit ſemel, quid fuiſſe pro ſemper.*

14 *Legitimus ſecundũ hanc cõſuetudinem intelligitur, nedum de legitimo matrimonio natus, ſed de apto nato ad viuendum.*

15 *Abortiuus habetur pro non nato.*

16 *Abortiuus partus dicitur imperfectus.*

17 *Et an rumpat teſtamentum? remiſſiuè.*

18 *Natus in ſexto, vel octauo menſe, non dicitur legitimus, & nu. 27.*

19 *Natus in ſexto vel octauo menſe non rumpit teſtamentum.*

20 *Natus in ſexto, vel octauo menſe, non operatur defectum fideicõmiſſi, & ſi mater decedat relicto tali partu, cui dos debeatur?*

21 *Filius adulterinus probatur, probata abſentia mariti per annum.*

22 *Partus non eſt legitimus ſi naſcatur intra duos, vel tres menſes poſt contractum matrimonium.*

23 *Niſi mulier fuiſſet concubina cum qua poſtea matr. contraxit.*

24 *Matrimonium contractum cum concubina valet etiam in vltimo vitæ ſpiritu.*

25 *Vxor ſi mortuo viro incontinenti effecta eſt concubina vnius ſcholaris, natus, an præſumatur ex viro, vel ſcholari.*

26 *Natus in nono, vel ſeptimo menſe, dicitur legitimus & aptus ad viuendum.*

28 *Planetę poteſtatem maximam habent, atque operationem in generatione hominis.*

29 *Natus in octauo menſe, non ſufficit ad lucrum dotis.*

30 *Proles dicitur proprie, quæ naſcitur ex iuſtis nuptijs.*

31 *Prolis appellatione venit etiam fœmina.*

32 *Hermaphroditus, an veniat appellatione prolis?*

33 *Poſthumus an veniat prolis appellatione.*

34 *Vxorem prægnantem relinquens non dicitur deceſſiſſe ſine liberis.*

35 *Natus dicitur qui ex ſecto ventre educitur.*

36 *Natus proprie non dicitur, qui ſtatim deceſſit.*

37 *Natus viuus, & ſtatim mortuus dummodo legitimus, ſufficit ad lucrum dotis, ſecundum has conſuetudines.*

38 *Filij an ſecundum has conſuetudines poſſint repudiata hæreditate paterna habere dotes.*

39 *Filij ſuccedunt in dote materna vti hæredes patris ſecundum iſtas conſuetudines.*

40 *Pater qui lucratur dotes poteſt de illis facere, quicquid velit.*

41 *Maritus prole ſuſcepta ſiue ſuperuiuat, ſiue moriatur, lucriſacit dotes in pecunia.*

42 *Deciſio ſacri conſilij Neapolitani.*

43 *Hęres dicitur, ſiue ab inteſtato, ſiue ſcriptus, qui hæreditatem adijt.*

44 *Hæres ſanguinis, hæres hæreditatis, qui ſint remiſſiue.*

45 *Hæredis nomen, quãdo qualitatem ſucceſſoris, quando vero qualitatem ſucceſſionis denotet.*

46 *Iura ſanguinis tribuũtur ſucceſſoribus pro virili, ſed iura hæreditaria, pro hæreditaria portione.*

47 *Conſuetudo iſta, an intelligat de hæredibus ſanguinis?*

48 *Verbum, hæres, intelligitur ne dum de primo, verum etiam de vlteriori hærede, etiam extraneo, & numero 49.*

50 *Verbo hæredis, vtrum veniat hæres particularis.*

51 *Hæredis nomine venit filius in paterna diſpoſitione, ſi tamen is hæres inſtituatur.*

52 *Inſtitutus in re certa, non dato cohærede eſt hæres in totum.*

53 *Conſuetudo lucrandi dotem in pecunia cõſiſtentem, num vigeat in rebus alijs mobilibus.*

54 *Dos ſi conſiſtat in rebus ſtabilibus, non habet locum conſuetudo de lucro dotis, ſed ſeruantur iura communia.*

55 *Bona ſtabilia ſi dentur in dotem æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem, maritus lucriſacit dotem.*

56 *Aeſtimatio in dubio facit emptionem.*

57 *Aeſtimatio facit emptionem in dubio, niſi maritus ſit inops.*

58 *Mulier uiro mortuo filijs ſuſceptis, etiam mortuis nõ recuperat dotes in pecunia.*

59 *Mulier ſecundum iſtas conſuetudines lucratur dodarium, quod ſuccedit loco dotis amiſſæ.*

60 *Mulier lucratur dodarium, quo ad plenum ius.*

61 *Mulier de dodario diſponit, & ad hæredes tranſmittit.*

62 *Mulier recuperat dotes quando ei conſuli non poteſt per retentionem dodarij, etiam liberis ſuſceptis.*

63 *Mulier quando dodarium conſiſtit ſuper caſtro, vel terra feudali, non quærit illud quo ad dominium, ſed quo ad vſumfructum tantum, nu. 100.*

64 *Mariti hæredes tunc lucriſaciunt dotem, quando a muliere, vel patre fuit data, ſecus ſi ab extraneo cum pacto incontinenti appoſito de reſtituenda dote dotanti.*

65 *Dos viro mortuo prole ſuſcepta, vtrum reuertatur ad patrem mulieris dotantem?*

66 *Filij an priuentur legitima in dote materna competente, vbi dos per patrem fuit lucriſacta.*

67 *Legitima iure naturæ debita nõ recipit onus aliquod, nec grauamen.*

68 *Legitima debetur in dote materna etiam filijs ex ſecundo viro.*

69 *Filij ex primo matrimonio, an reuocare poſſint, ſi mater ſecundo viro omnia bona ſua dedit in dotem?*

70 *Intellectus, & ampliatio ad l. hac edictali, C. de ſec. nupt.*

71 *L. hac edictali, C. de ſecun. nupt. an limitetur ſi ſecundus vir ſtipuletur pro filijs naſcituris.*

72 *L. hac edictali, C. de ſecu. nup. num tollatur ſi fiat pactum de lucrando dotem ſecundum iſtas conſuetudines? & nu. 73.*

74 *Diuiſio dotis lucriſactæ, vel dodarij, qualiter fiat inter filios primi, & ſecundi matrimonij.*

75 *Frater fratri, quomodo ſuccedat in bonis maternis, paternis, vel aliunde quæſitis?*

76 *Pactum ſi fiat quod pecunia dotis conuertatur in*

emptione ſtabilium pro ſecuritate dotis, num habeat locum ſoluta dote, prole ſuſcepta, & ſic ſacto caſu lucrifactionis dotium, & nu.77.

78 *Dos quæritur filijs quo ad proprietatem, patre tranſeunte ad ſecundas nuptias.*

79 *Corredum eſt pars dotis, & ſequela.*

80 *Corredum eſt quid diuerſum a dote.*

81 *Corredum, an reſtituatur ſtatim, an vero elapſo anno.*

82 *Corredalia bona ſunt tertia ſpecies inter dotem conſiſtentem in mobilibus, & ſtabilibus.*

83 *Dominium rerum corredalium, nunquam diſceſſit a muliere.*

84 *Corredalia bona ſi per virum ſint dilapidata, num teneatur ad pretium, & num.87.*

85 *Leges abhorrent caſus remanere indeciſos.*

86 *Corredalia bona, promiſcuo vſui iugalium deſeruiunt.*

88 *Dodarium cur mulier lucriſaciat, & ratio conſtitutionis dodarij.*

89 *Dodarium quomodo, & qualiter conſtituatur, ſecundum has conſuetudines.*

90 *Dodarium ſuccedit loco quartæ.*

91 *Quarta debetur vxori, in bonis viri, de iure Regni.*

92 *Gloſ.in conſt.Regni, mulier quæ dotarium, declarat hanc conſuetudinem.*

93 *Dodarium non debetur vxori, ſi non fuit conſtitutum.*

94 *Nec ſufficit fuiſſe promiſſum conſtitui.*

95 *Auth.dos data, C.de don.ante nupt. eſt correcta per iſtas conſuetudines.*

96 *Dodarium qua actione recuperet vxor?*

97 *Dodarium num habeat mulier, quæ dotem dedit in ſtabilibus.*

98 *Vir ſi præmoritur vxori, nũ mulier amittat dotem, & de intellectu huius conſuetudinis.*

99 *Pactum de iure non valet, quòd mulier amittat dotem, & 100.*

101 *Dodarium in rebus allodialibus lucratur mulier pleno iure, ſecus in feudalibus.*

102 *Dodarium in feudo conſtituendum non requirit in regno aſſenſum.*

103 *Donationem propter nuptias de iure communi lucratur mulier etiam ſi nullam dotem dedit, nec conſtituat.*

104 *Matrimonium ſine dote eſſe poteſt.*

105 *Donatio propter nuptias cum ſit non reſpicit dotem, quæ non eſt promiſſa.*

106 *Dos promiſſa habetur pro ſoluta, marito nolente recipere dotem a muliere oblatam.*

107 *Oblatio ſimilis eſt ſolutioni.*

108 *Mulier lucratur dodarium ſoluta tamen dote, vere vel præſumptiuè lapſu temporis dati ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis.*

109 *Mulier lucratur dodarium, etiam dote non ſoluta, ſi ad diem fuit promiſſa, & ante diem matrimoniũ ſit diremptum.*

110 *Dodarium an debeatur, ſi dos conſtituta, & de dodario nulla mentio ſit facta?*

111 *Ius præſentandi in eccleſia rectorem, habet mulier, quæ lucrifecit dodarium in caſtro, vbi eſt eccleſia iuris patronatus, & nu.231.*

112 *Ius præſentandi eſt in fructu.*

113 *Mulier in feudo dodarij concedit excadentias.*

114 *Locatio per mulierem facta de rebus feudi dotalitij finitur morte mulieris.*

115 *Mulier lucrata dodarium ſuper feudo, petet adiutorium, & ſubuentionem a vaſſallis in caſibus nota.in Conſtitut. Regni. Quæritur plurium, numero 232.*

116 *Mulier lucratur dodarium integrum, etiam filio ſuperſtite, & nu.119.*

117 *Integrum dicitur id, quod non eſt mutilatum.*

118 *Plenitudo non indiget adiectione.*

120 *Dodarium amittit mulier quo ad proprietatẽ ſi tranſit ad ſecunda vota, filijs exiſtentibus ex primo marito.*

121 *Specialia plura, circa idem non debent concurrere.*

122 *Dodarium in capitulis matr.promiſſum conſtitui, nũ habeatur pro conſtituto.*

123 *Circuitus eſt euitandus, & nu.129.*

124 *Promittens ſe obligare ad decem, habetur pro obligato, & poteſt ſtatim conueniri, ac ſi ſe obligaſſet & num.127.*

125 *Aliud eſt promittere, aliud eſt conſtituere.*

126 *Aliud eſt vendere, aliud eſt promiſſio de vendendo.*

128 *Aliud eſt donatio, aliud eſt promiſſio de donando.*

130 *Conſuetudo iſta expreſſam requirit dodarij conſtitutionem.*

131 *Nec id mulier lucratur, niſi expreſſe dodarium conſtituatur.*

132 *Dodarium vtrum ex diuturnitate temporis præſumatur conſtitutum? & nu.138.*

133 *Actus ſolemnitas ſemper præſumitur.*

134 *Præſumitur factum id, quod fieri ſolet.*

135 *Factum non præſumitur, niſi probetur.*

136 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur.*

137 *Dodarij conſtitutio, cæterique contractus ſunt facti, non iuris.*

139 *Mulier agere poteſt, vt dodarium non conſtitutum conſtituatur.*

140 *Dodarij conſtitutio, num requirat ſcripturam?*

141 *Paria ſunt probare per ſcripturam, ac per teſtes.*

142 *Actus, & contractus requirentes ſcripturam, qui?*

143 *Dodarium an conſtitui poſſit matrimonio conſtante.*

144 *Dodarium, an debeatur vxori præmortuæ?*

145 *Maritus vtrum in teſtamento poſſit indicere legem mulieri in dodario, vt id lucretur ſi non nubat?*

146 *Dodarium debetur vxori vigore conſtitutionis.*

147 *Dodarium an vxor petere poſſit conſtante matrimonio?*

148 *Aequalitas ſeruatur in dote ac dodario.*

149 *Filij in dodario, num ſuccedant, vt filij, an vt hæredes, & nu.150.*

151 *Dodarium an mulier poſſit vni tantum ex filijs legare?*

152 *Mulier num de dodario poſſit teſtari?*

153 Mu-

153 *Mulier ſoluto matrim. an poſſit petere, vt ſibi conſtituatur dodarium?*

154 *Dodariũ conſtitutum, an debeatur, ſi matrimonium non fuit ſecutum.*

155 *Dodarij conſtitutio tacitam habet conditionem, ſi matrimonium ſequatur.*

156 *Et iccirco non debetur non ſecutis nuptijs.*

157 *Mulier, an habeat in integrum reſtitutionem, ſi dodarium minus medietate fuerit conſtitutum?*

158 *Mulier tam de iure communi, quam municipali Regni non habet in integrum reſtitutionem in contractibus.*

159 *Dodarium poteſt conſtitui in minori quantitate.*

160 *Dodarium a minoribus, num abſque iudicis decreto conſtitui poſſit in rebus ſtabilibus?*

161 *Minor maior factus ſi tacuit, vel ratum habuit, ſibi præiudicat.*

162 *Mulier minor vtrum lucrifaciat dodarium?*

163 *Mulier lucrata dodarium, num pendente aſſignatione fundi dotalitij tranſmittat fructus ad eius hæredes?*

164 *Dodarium num lucretur mulier in matrimonio contracto inter perſonas prohibitas?*

165 *Vxor putatiua tenetur reſtituere viro, quicquid ab eo accepit.*

166 *Datum a marito vxori, cenſetur ſub conditione, ſi matrimonium ſequatur, & ſequatur diſpenſatio.*

167 *Dodarij conſtitutio num valida, abſque ſolemnitate?*

168 *Dodarium tranſit ad mulierem mortuo viro, abſque traditione.*

169 *Dominium regulariter non tranſit, abſque traditione.*

170 *Dodarij ſi mulieri non ſit promiſſum, nec conſtitutũ, recuperabit ſuas dotes.*

171 *Dodarij conſtitutio ſuper re feudali non valet de iure communi ſine domini aſſenſu, ſecus de iure municipali huius regni, & nu. 172.*

173 *Excambium an ſine aſſenſu poſſit dari per virum pro feudo dotalitio?*

174 *Feudum dotalitium ſi aperiatur regiæ Curię, quomodo ſuccurratur vxori?*

175 *Mulier ad petendum dodarium habet condictionẽ, ideſt perſonalem actionem.*

176 *Reſoluto iure debitoris, reſoluitur ius creditoris.*

177 *Aſſenſus legis, & aſſenſus hominis æquiparantur.*

178 *Dodarium ſi filiofamil. ſit conſtitutum patre matrimonio conſentiente, num ſit expectanda mors ſoceri?*

179 *Proteſtatio patris nolentis ſe obligare in totum, ſed in parte tantum, num eum releuet.*

180 *Dodarium feudale num mulier ſecundo viro in dotem dare poſſit?*

181 *Mulier num pro vſufructu, quem habet in feudo dotalitio cauere debeat.*

182 *Mulier in feudo dotalitio poteſt locare baiulationes, & præſentare rectores in eccleſia patronatus, & num. 183. 184. 185. & num. 231.*

186 *Mulier pro dodario poteſt petere ſibi aſſignari terras vicinas.*

187 *Mulier in multis caſibus amittit dodarium, & numero 188.*

189 *Mulier an perdat dodarium ſi tranſeat ad ſecunda vota infra annum luctus?*

190 *Matrimonij libertas non impedienda.*

191 *Metus pœnæ retrahit a contrahendo matrimonia.*

192 *Mulier num amittat dodarium ſi renubat ſtatim infra annum luctus, & num. 193*

194 *Pœnæ ſecundo nubentium, an hodie ſint ſublatæ.*

195 *Filij ex pluribus maritis vnius vxoris, quomodo ſuccedent.*

196 *Dodarium ſecundæ vxori debitum, an ſoluendum de tota hæreditate, an vero de portione tangente filijs ſecundæ vxoris.*

197 *Inuidia inter fratres eſt tollenda.*

198 *Dodarium eſt debitum hæreditarium.*

199 *Dodarium debetur filijs eius matrimonij, vnde debetur dodarium.*

200 *Mater non tranſiens ad ſecunda vota retinet dodarium in proprietate.*

201 *Dodarium habent filij ſecundæ vxoris, tanquam ex prouidentia legis.*

202 *Qui ſentit commodum, debet ſentire incommodum.*

203 *Filij prioris matrimonij retinent proprietatem dodarij, matre tranſeunte ad ſecunda vota.*

204 *Maritus lucrum dotis tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij, & nu. 206. & 213.*

205 *Mater ſuccedit in ſolo vſufructu filio morienti exiſtente fratre vtrinque coniuncto.*

207 *Lucra nuptialia dicuntur ſubiacere reſtitutioni.*

208 *Mater ſuccedit filio in vſufructu tantum ſtantibus alijs filiis, ſi ſecundo nupſit.*

209 *Eadem iuris cenſura ſeruatur in patre tranſeunte ad ſecundas nuptias, & num. 221.*

210 *Coniuges ſuccedunt filijs quo ad vſumfructum in lucris nuptialibus ſi tranſeunt ad ſecunda vota, atque etiam in alijs bonis parẽtum, niſi aliunde ſint quæſita, & num. 211.*

212 *Bona quando dicantur peruenire ex ſubſtantia paterna.*

214 *Portio filiæ renunciantis in hæreditate paterna, mortuo patre, num ſpectet ad filios primi, an ſecundi matrimonij, vel ad omnes æqua lance.*

215 *Renunciatio filiæ in manibus patris operatur, vt bona renunciata ſint in hæreditate patris.*

216 *Renunciatio filiæ patri prodeſſe debet.*

217 *Filia renunciando patri, videtur donare patri, & conſequenter filijs eiuſdem ex quocunque matrimonio, & num. 218.*

219 *Pactum de non petendo hæreditatem paternam factum per ſororem vni fratri, non prodeſt alteri.*

220 *Pactum cum vno factum, non extenditur ad aliam perſonam non ſpecificatam.*

222 *Mulier non lucratur augmentum dotis per maritum factum, niſi dote ſoluta.*

223 *Augmentum dotis reſpiciet dotem, & tacitam habet conditionem ſi dos ſoluatur.*

224 Mulier pro feudo dotalitio tenetur præſtare domino iuramentum fidelitatis.

225 Iuramentum aſſecurationis quid contineat?

226 Iuramentum aſſecurationis non præſtatur filio in feudo dotalitio.

227 Mulier pro terra feudali dotalitia tenetur domino ad ſeruitium, ſeu ad adhoa.

228 Et ſi grauat vaſſallos, tenetur emendare omne intereſſe.

229 Vaſſalli terræ dodarij tenentur præſtare mulieri iuramentum aſſecurationis.

230 Vaſſalli terræ dodarij tenentur iurare comiti, vel baroni à quo terra tenetur.

233 Vaſſallorum ſuorum nomine non veniunt vaſſalli terræ, in qua quis habet vſumfructum.

234 Mulier ob ſeruitium militare ad quod tenetur domino in feudo dotalitio, debet habere ſubuentionem à vaſſallis.

235 Mulier pro feudo dodarij non ſubeſt domino Baroniæ, uel caſtri comitatus ſub quo eſt feudum, nec ratione vaſſallagij, ſed tantum ratione vtilis dominij.

236 Grauamina feudi dotalitij emendantur per iuſtitiarium regionis, vel alium delegatum.

237 Fructus, & obuentiones peruenti a ſuffeudo excadenti, an pertineant mulieri poſſidenti feudum dotalitium?

238 Fructus omnes ex re ipſa naſcentes, & obuentiones fundi dominantis, & illius occaſione ſpectant ad vſufructuarium.

239 Feudum deuolutum non pertinet mulieri poßidenti Caſtrum dotalitium, ſed proprietario.

240 Theſaurus inuentus in fundo dotalitio ſpectat ad dominum, non autem ad mulierem.

241 Theſaurus non eſt fructus naturalis, nec ciuilis, ſed donum fortunæ.

242 Dominus feudi, an poßit renunciare iuri caducitatis in præiudicium mulieris vſufructuariæ dodarii.

243 Mulier in feudo dotalitio creat magiſtratus, & alia.

244 Niſi in conſtitutione dodarij fuerint proprietario reſeruata.

245 Vel niſi aliter eſſet de conſuetudine.

246 Vel niſi mulier non per ſe, ſed per manus hæredis viri fructus perciperet.

247 Mulier ſi dodarium poſſidet in communi, & pro indiuiſo cum alijs, num contribuat in expenſis pro rata? & num. 248. & 250.

248 Expenſæ factæ gratia fructuum quærendorum deducuntur ex ipſis fructibus.

249 Fructus dicuntur deductis expenſis.

251 Expenſæ, quæ dicantur fructuum quærendorum?

252 Dos legata per virum vxori, an debeatur, vt dos?

253 Dos per virum lucriſacta legata vxori debetur vigore legati, & in ea præferentur creditores.

254 Verba teſtatoris, quod fiat æqualiter diuiſio inter filios non porriguntur ad bona dotalia lucriſacta.

255 Operantur tamen, vt ſi dos eſt in pecunia, alius frater non vtetur perceptione.

256 Niſi teſtator expreſſerit, vt diuidantur etiam prædia, vel quod omnia communicent.

257 Frater moriens ſi inſtituerit hæredem extraneum diuitem, & fratrem pauperem præterijt, an hæres diues poſſideat bona illa cum tuta conſcientia?

258 Hæres vnde dicatur, eiuſque ethymologia?

C A P. V.

SI matrimonium morte viri ſoluatur, prole ex vxore ſuſcepta, etſi ſtatim natus partus, dum tamen legitimus, in fata deceſſerit, viuo tamen nato, hæredes viri lucrifaciant dotes in pecunia tantũ, corredum, robbæ, & alia ornamenta vxori remaneant, & dodarium ſibi a viro conſtitutum, ſibi integraliter eſoluatur.

IN proxima præcedenti conſuetudine
dictum eſt, quando matrimonium
ſoluitur morte viri, prole non ſuſce-
pta, in hac uero dicitur, quando mo-
ritur maritus prole ſuſcepta. & dicit in effectu,
quòd ſi matrimoniũ
ſoluitur morte viri
prole ſuſcepta, & ſta-
tim partus deceſſerit,
hæredes viri lucrãtur
dotes conſiſtentes in
pecunia tantum, ioca-
lia remanent vxori ſu
perſtiti, & dodariũ cõ-
ſtitutum a viro inte-
graliter ſibi ſoluitur.
1 Hæc † conſuetudo ali
qualiter deuia à iu-
re communi; ſi enim
maritus propter libe-
ros lucratur dotes ex
ſtatuto, non lucratur
eas ſi ipſe præmoritur
vxore ſuperſtite, vt ha
betur per Bald. in l. qđ
ſcitis, in prin. C. de bo.
quæ liber. & magis clare voluit Bart. in l. prima,
ff. de dote præleg. pro quo uidetur tex. in l. ſecun-
da, ff. de pact. dot. & Robert. Maran. in conſ. pri-
mo, qui Doctores, & ſi loquantur in pacto de lu-
crando, tamen eadem iuris cenſura erit in ſtatu-
2 to, † cum parificentur, & de uno ad aliud validũ
3 ſit argumentum, l. non impoſſibile, & † ibi Doct.
ff. de pact. glo. rubricaria, C. de decurio. libro 10.
& ibi Bar. cum ſecus ſit per hanc conſuetudinẽ,
nam ſiue præmoriatur vxor ſiue maritus, mari-
4 tus † lucratur dotes, & ſimiliter hæres mariti, vt
hic dicitur, quæ conſuetudo niſi eſſet, vtique hæ
redes viri non lucrarentur dotes viuente vxore;
vt per Bart. & Bald. in locis proxime allegatis.
5 Deuiat, † & in alia hæc conſuetudo a iure cõ-
muni, nam mulier prole ſuſcepta, & exiſtẽte, nõ
lucratur donationem propter nuptias, niſi quo
ad vſumfructum tantum, non exiſtentibus filijs
quo ad vſumfructum, & quo ad proprietatem,
vt per Innoc. in cap. dilecto, columna 2. extra de
off. Archid. Venafr. in conſi. quinto, & dictum
eſt ſupra proxima præcedenti conſuetudine: hęc
vero conſuetudo indiſtinctè dat dodarium vxo
ri prole exiſtente, uel non exiſtẽte quo ad vſum-
fructum, & quo ad proprietatem, pro quo vide
glo. in conſtit. Regni, mulier quæ dotarium, quę
meminit de hac conſuetudine, & ſi ſit dura hæc
conſuetudo, tamen eſt ſeruãda, l. proſpexit, ff. qui
6 & a quibus, nec † eſt omnino dura, nam quam-
uis mulier amittat dotes in pecunia, tamen lucra
tur dodarium integraliter, & inſuper iocalia, ut
7 dictum eſt ſupra † conſuetudine proxime præce
dente, & ſic habebit æquiualens tãtundem, imò
habebit electionem recuperandi dotes, & dimit
8 tere dodarium, † vt per gloſ. in d. conſtit. Regni,
Mulier quæ dotarium.
Nota ex hac conſuetudine, quòd hæredes ma
riti lucrantur dotes in pecunia exiſtentes, pro-
le ſuſcepta, & ſi partus ſtatim poſt natiuitatem
moriatur, nec requiritur perſeuerantia vitæ, &
9 ſufficit momento vixiſſe, † facit l. cum vxori, C.
quan. dies, leg. ced. & vide ibi nota. momentum
10 enim † temporis eſt in con
ſideratione, vt in ſimili re-
lictum fideicommiſſum,
ſi ſine liberis deceſſerit, ex
piret, ſi filius momento vi
xerit, Bald. in cap. primo, §.
11 quin † etiam, epiſ. vel abb.
Iaſ. in l. inter ſtipulantem,
§. ſacram, numero octauo,
ff. de uerborum obli. Aret.
conſilio 10. Phil. Dec. con-
ſilio 309. columna finali,
& conſ. 623. columna pri-
ma, Soc. in l. cum auus, ff.
de condi. & demon.
12 Inſertur † etiam ſi matri
monium momento dura
uerit, maritus lucratur do-
tes ex ſtatuto, vel cõſuetu-
dine, Iaſ. in l. ſi donaturus,
§. primo, ad fin. ff. de con-
di. ob cauſ. & ſufficit ſemel pro ſemper, Bald. in
13 l. ſiquis † hæredem, C. de inſt. & ſubſti. cum ſimi-
libus congeſtis, per Corn. conſil. 7. rudis, & incõ-
poſita, colum. 1. 2. & vltima, vol. 1. & Catel. Cot-
ta in ſuis memor. ver. momentum.

Dum tamen legitimus.

Non intelligas tantum, ꝙ ſit natus de legitimo
matrimonio, ſed quod ſit natus aptus ad viuen-
14 dum, abortiuus enim habetur, † ac ſi nõ eſſet na-
15 tus, licet † viuus naſcatur, vt per Soc. in l. cũ auus,
numero 3. ff. de condi. & demonſt. vbi quòd talis
16 partus non dicitur perfectus, † ſed imperfectus, vt
ibi concludit poſt Gale. & Iul. Firmicum, & poſt
addent. ad Tranquil. in vita Octauij, in capit. de
17 reform. Senat. & † ibi an rumpat teſtamentum.
Natus igitur in ſexto, vel octauo menſe non dici
18 tur legitimus, quia viuere non poteſt, † ſicut non
rumpit teſtamentum, nec eius exiſtentia deficit
19 fideicommiſſum, † Afflict. deciſ. 236. & ſi mater
20 decedat relicto tali filio cui debeatur dos: † vide
Nic. Boer. deciſ. 220. in 2. par.
21 Adde quod † abſentia mariti per annum pro
bata, probatur filius adulterinus, cap. tranſmiſſę,
extra qui fil. ſint legit. vide latiſſime Iac. Menoc.
libro ſecundo, centur. prima, caſu 89. de arb. iud.
quæſtio.
22 Et ſi † naſcatur contracto matrimonio intra
duos, vel tres menſes poſt contractum matrimo
nium, non eſt partus legitimus, vt per Barto. in l.
Gallus, poſt gloſ. ff. de liber. & poſthum. Intellige
23 tamen † ſanè, niſi mulier prius fuiſſet concubina,
cum qua poſtea contraxit matrimonium, & in-
fra duos, vel tres menſes poſtea peperit, partus e-
rit legitimus, Lup. ad l. Thori, l. decimatertia, à
numero 16.
24 Et † cum ea muliere valebit contractum matri-
monium,

monium,etiam in vltimo vitæ ſpiritu. Bald. in
conſil. 319.par.4.Curti.iun.conſili.136. Lup. in
cap.per veſtras,§.6.

25 Si tamen mortuo viro incontinenti† vxor eſt
effecta cõcubina vnius ſcholaris,natus eſt puer,
an infans præſumatur ex viro,an ſcholaris? Bal.
in l.ſi mater.C.de ſuis,& legi.dicit, quod fauore
matrimonij præſumitur ex marito, quod pro
ſingulari tradit Fran. Crem. in ſuis ſingula.126.

26 Eſt autem partus legitimus aptus†ad viuendũ
ſcilicet natus in nono menſe, ſecundum glo.&
docto.in l.Gallus.ff.de lib.& poſth.& in ſeptimo
menſe ſecundum Hyppocratis ſententiam, in
l.ſeptimo menſe,ff.de ſta.homi.natus tamen in
27 octauo menſe non dicetur legitimus, † quia nõ
eſt aptus ad viuendum,vt nuper diximus, & ſu-
pra in conſuetudine tertia. & ratio eſt,quia ſunt
ſeptem planetæ firmamento cæli aſſixæ deſcen-
dendo,ſcilicet Saturnus,Iuppiter,Mars,Sol, Ve
nus,Mercurius,& Luna ſecundum glo. in l.om-
28 nes,† C.de fer.quæ quidem planetæ poteſtatem
maximam habent atque operationem in gene-
ratione hominis, nam ſecundum Aſtrologos,
Galenum,& cæteros Medicos cum mulier con
cipit in primo menſe ibi operatur Saturnus,
qui ſemen in matrice mulieris receptum coa-
gulat, & condenſat frigiditate,& ſiccitate ſua,
iuxta illud Iob.c.10.ſicut caſeum me coagulaſti,
in ſecundo menſe Iuppiter ibi membra, & ſan-
guinem tribuit, & ſi ſit maſculus anima ratio-
nalis à Deo infunditur, ſcilicet quadrageſima
die a die conceptionis computãda, vt nota. in l.
Diuus.ff.de ext.crim.in tertio menſe Mars ſub-
tiliat ſanguinem,& humores condenſat, ordi-
nat, & componit, & à Deo anima rationalis
infunditur embrioni, ſi eſt fœmina die octua-
geſima,pariter a die cõceptionis computanda;
5.diſt.capitulo.1.nota.in c.ſi aliquis extra de ho
mi.& in l.ſi aliquod,ff.de pœnis.

In quarto menſe Sol vitalem calorem,& ſpi-
ritum epati, & cordi tribuit. In quinto menſe
Venus organa ſenſibilia, & officialia membra,
ſcilicet aures,& nares,& ſimilia perficit, & di-
ſponit. In ſexto menſe Mercurius omnia fora-
mina corporis componit. In ſeptimo menſe
Luna ſuis limitibus membra diuidit, & diſtin-
guit,& in hoc ſeptimo menſe,quia non ſunt ni-
ſi prædicti ſeptem planetæ conceptui principa-
liter operantes,naſcitur partus perfectus vitalis,
& ſalubris,d.l.ſeptimo menſe, ff. de ſta. homi.
ſeptenarius enim numerus eſt,ſecundum natu-
ram,& artem numerorum perfectus, & conſen
taneus,l.1.§.ſed cum omnia,C.de veter.iur.enu-
cle. Ariſtoteles enim in libris ſecretorum, dicit
quod primum ſuper quo ſunt omnes res funda-
tæ, eſt trinitas, & mediantur per quinarium,
ſed perficiuntur per ſeptenarium.ſufficit tamen
intraſſe in hoc ſeptimo menſe per duos dies,l.in
teſtamento,§.fi.ff.de ſuis,& legi.hæred.ſi autem
in hoc ſeptimo menſe partus naſci diſtulerit, &
naſcatur in octauo menſe,tunc partus moritur,
quia Saturnus redit ſuper eo,qui frigiditate, &
ſiccitate ſua partum mortificat, anima quippe
quia ſpiritus eſt,in ſicco habitare non poteſt: ſi
vero in octauo menſe naſci diſtulerit, & naſca-
tur in nono,tunc redit Iuppiter, qui ſuo calore
temperato partum refouet, & cuſtodit taliter,
quod naſcitur vitalis,de quo nato in octauo mẽ-
ſe loquitur Afflict.in deciſio.236.Hæc refert Pe.
Iacob. Aureliacus, in eius praxi.in titu. de cond.
ex l.omnimodo,& Gugli. de Bene. in cap. Ray-
nutius in verbo, & ſoboles quam geſtabat in v-
tero.num.24.25.extra de teſtam. & vide Boer.
deciſ.220.& quamuis alij velint in octauo men-
ſe natum excludere à fideicommiſſo,vt Ang.in
l.quod dicitur,ff.de lib.& poſth. vt ſufficiat mo-
29 mento vixiſſe, † tamen contrarium concludo,
quo ad lucrum dotis in hac conſuetudine,quod
natus in octauo menſe non ſufficit ad lucrum
dotis, & moueor primo, nam Angel. & alij in
dicta Boer.deciſio.220.allegati fundant eorum
dictum in eo,quod natus in octauo menſe præ-
ſumitur legitimo tempore,non tamen negant,
quod ſi clare appareret octimeſtris quin habere
tur pro non nato, & ſic dubium conſiſtit in fa-
cto,& quia hæc conſuetudo expreſſe,dicit dum
tamen legitimus: qualiter autem fiat huiuſmo-
di probatio per expertos,& obſtetrices,vide Af-
fli.in deci.226. Lupus in l.13.ad l. Thori. Adden.
ad d.dec.Affl.& Caſſan.conſ.19.

Prole ex vxore ſuſcepta.

30 Proles† qualiter accipiatur,nota.extra de clan
deſt.deſponſ.c.fin.& de cond.appoſi.c.fin. & di-
citur proles propriè,quæ ſuſcipitur ex iuſtis nu-
ptijs,in authent.de nupt.in princ.col.3.Sed quid
31 ſi ſuſcepit fœminam,† dic idem prolis,in appel-
latione veniunt tam maſculi, quam fœminæ:
Phi.Dec.conſil.495. numero 6. Item quid ſi ſu-
32 ſcepit hermaphroditum,† ideſt maſculum eun-
demque fœminam,ſic dictum ab herma græce
qui dicitur Mercurius, Venus autem aphrodite
quaſi natus ex Mercurio,& Venere, vt fabulan-
tur Poetæ de quo loquitur tex.in l.quæritur, ff.
de ſta.homi. dic quod adhuc venit appellatione
prolis,& filiorum, vt nota.in Specu.de Inſt.ædi.
§.12.verſi.quid ſi vnus,& in titu.de teſta.§. pri-
mo, verſicu. item quod eſt hermaphroditus.&
quid ſi eſt monſtrum? dic quod non,l.non ſunt
liberi.& l.oſtentum, ff. de verb. & rer. ſignifica.
33 ſed quid ſi mortuus † vir reliquit vxorem præ-
gnantem,quæ peperit poſthumum? dic quod
adhuc dicitur ſuſcepta proles, ex quo non dici-
34 tur deceſſiſſe ſine liberis, † qui vxorem reliquit
prægnantem,l.ſi quis prægnantem, ff. de regu.
iur.l.ſed ſi.ff.ad Trebel.l.ſi cui,quando dies,leg.
35 cedat. † Item ſi ex ſecto ventre naſcatur, vt per
docto.in proœm.inſt.& dictum eſt ſupra conſue
tudine tertia.

36 Et nota,quod† quamuis nõ dicatur natus, qui
ſtatim deceſſit,cap.nam,& ego,extra de verb.&
rer.ſigni.tamen ſufficit,ſecundum hanc conſue
tudinem,quod viuus, & legitimus naſcatur, li-
37 cet ſtatim moriatur,& ſic † etiã dicamus,quod
non ſufficit vxorem fuiſſe prægnantem, vſque
ad ſeptimum, vel nonum menſem, partumque
peperiſſe

peperiſſe,niſi pepererit viuum ex verbis illius,viuo tamen nato.

Hæredes viri lucrifaciant dotes in pecunia tantum.

Hæredes viri ſiue ſint filij ſuſcepti ex eodem
matrimonio,quia ſuperuixerunt,ſiue alij, ſiue
extranei hæredes,qui ſint,habetur inſt. de hære.
quali.& differ. lucrifaciunt dotem in pecunia.
38 Sed †an filij poſſint repudiata hæreditate pater-
na habere dotem vti hæredes matris? dic quod
non,cum iſta conſuetudo clare loquatur, quod
hæredes viri lucrifaciunt,& ſic dotem non con-
39 ſequuntur à matre, † ſed à patre, nam ſi pa-
ter eſſet ſuperſtes,vtique dotem fuiſſet lucratus,
vt expreſſe dicitur ſupra conſuetud. capitu. 3. in
princ. & de dote poſſet facere quicquid vellet
40 ſecundum †has cõſuetudines de quibus memi-
nit glo.in Conſt.Regni mulier, quæ dotarium,
& in conſtitut.licentiam,vbi habetur,quod ma-
41 ritus prole ſuſcepta,† ſiue ſuperuiuant,ſiue mo-
riantur dotem lucrifacit, & mulier amittit do-
tem conſiſtentem in pecunia, ſeu mobilibus,&
42 ſic per † Sacrum Regium Conſilium fuit deci-
ſum in facti contingentia, & dicitur hæres ne
43 dum ab inteſtato,†ſed ſcriptus,qui adijt hæredi-
tatem,l.3.§.ſiquis ita, ff. de hær. inſtitu. dec. in l.
hæredem.ff.de reg.iur.& in l.eius qui, §.quod ſi,
num.8.ff.ſi cert.peta.alias dicitur quidam hęres
44 ſanguinis, † quidam hæres hæreditatis, vt per
Bald.in capit. 1.de eo, qui ſibi, & hære. ſuis ma-
ſcu.& fęmi.inueſt. accep. Inno. in rub. extra de
iur.patro.in quibus conſtituitur differẽtia, quia
in hæredibus ſanguinis nomen hæres habet
ſignificare qualitatem ſucceſſoris: in alijs vero
45 qualitatem ſucceſſionis: † item iura ſanguinis
46 tribuuntur ſucceſſori pro virili, † ſed iura hære-
ditaria pro hæreditaria portione, vt per Bald.
in d.cap. 1.Caſſan.ad conſuetud. Burg. rub. 4. §.
16.carta 181.col.4.verſi.aduerte, quod hæres ſu-
47 mitur. † An autem hęc conſuetudo intelligat
de hæredibus sãguinis?& an de primo hærede?
dic quod intelligitur,ne dum de primo hęrede,
48 verum etiam de vlterioribus, † l.hæredis, & l.
49 ſciendum,ff.de verb. † & rer. ſigni. atque etiam
de extraneis,Caſſan.vbi ſupra, & in titu. de ſuc-
ceſſi.titu.7.§. 5.in glo. meilleur de lautre. verſi.
50 reaſſumendo.†Vtrum veniant hæres particula-
ris.Gui.Pap.quæſ.458. vbi quod ſic, atque,quod
in diſpoſitione paterna,ſub nomine hæredis ve-
nit filius,dum tamen hæres inſtituatur, l. ex fa-
51 cto.§.1.& ibi gloſ. ff. ad † Trebel.vbi id expreſſe
notat Bald.& verum inſtitutus in re certa, non
52 dato cohærede,† vel etiam dato,de quo in l. 1.§.
ſi ex fundo,ff.de hær.inſt. l. quoties, C.eo. vide
Cyn.plene in l.fin. C. de ædi.di.Hadr.toll.& in l.
quoties, C.fami.erciſ.Bal.in l.liberti.C. de ope.
libert. Alex.in l.cum ſpeciali.col. fin. C. de teſta.
& add.ad d.quæſt.Gui.Pap.458.

Et nota,quod conſuetudo lucrandi habet lo-
53 cum in dote conſiſtente in pecunia: † quid autẽ
ſi conſiſtat in rebus mobilibus? † videtur dicen-
dum, quod non,nam loquitur per dictionem,
tantum,quæ eſt dictio taxatiua præciſa, tn dic,
quod non excludit caſus ſimiles,glo.in l. ob æs,
C.de prædi. min. & quod conſuetudo militet
etiam in dote conſiſtente in mobilibus, tradit
glo.in Conſt.Regni mulier,quæ dotarium,quæ
id clare dicit.Secus ſi dos conſiſtat in rebus ſta-
54 bilibus, † tunc enim non habet locum conſue-
tudo,ſed ſeruantur iura communia, vt habetur
infra in conſuetudine,quod ſi bona ſtabilia, ca.
10. niſi bona ſtabilia dentur in dotem æſtimata,
55 & appretiata ita,† vt faciat emptionẽ,tali enim
caſu, quia maritus nõ tenetur ad reſtitutionem
rei ſtabilis,ſed in pecunia, tunc bene lucrabitur
dotem,ad nota.in l.ſi æſtimatis,ff.ſolu. matrim.
ſecus ſi fuerint æſtimata, ea æſtimatione, quæ
emptionem non facit,ſed ad ſciendum valorẽ,
ita vt deterioratio cedat damno viri, tunc enim
remanet in primęuo ſtatu rei ſtabilis, in dubio
56 tamẽ præſumitur facta æſtimatio,† vt faciat em
ptionem,vt per docto.in d.l.ſi æſtimatis, & hoc
intelligas marito exiſtente ſoluendo,ſi vero ma-
57 ritus eſſet inops,†tunc licet æſtimatio faciat em
ptionem,tamen in ſubſidium tranſit in fundũ
dotis, nec facit emptionem, & hoc ad finem, vt
mulieri ſit cautum, vt not. Ale.Iaſ.Dec.& Curt.
in l.ex conuentione,C.de pact.& Bald.& Saly.in
l.in rebus,C.de iur dot.Imol.in d. l. ſi æſtimatis,
ff.ſolu.matrim.

Item eſt ſciendum,quod ſi dos conſiſtat in pe
58 cunia,†ſi contingat matrimonium diſſolui mor
te viri liberis ſuperſtitibus, mulier non recupe-
rat dotem in pecunia conſiſtentem, & idem eſt
ſi ſuſceperit liberos, & non ſuperuiuant, quia
mortui ſunt conſtante matrimonio, nam licet
poſtea matrimoniũ diſſoluatur morte viri,vxor
non recuperat dotes, nec hoc videatur durum,
59 quoniam loco dotis † amiſſæ, habebit vxor do-
darium conſtitutum,& dodarium ſuccedet lo-
60 co dotis, † & illud habebit quo ad plenum ius
proprietatis,& vſusfructus, & de eo poterit diſ-
61 ponere, † & tranſmittit ad hæredes, vt per gloſ.
in d.cõſtitutione Regni.mulier, quæ dotarium.
Verum ſi dodarium non ſit conſtitutum,& mu
lieri non poteſt propter hoc conſuli per reten-
tionem dodarij,tunc mulier indiſtincte recupe-
62 rat dotes ſiue fuerint ſuſcepti liberi, † ſiue non,
vt dicitur in gl.prædicta,vbi etiam ſubdit,quod
ſi dotarium fuerit conſtitutum ſuper aliquo ca-
63 ſtro, vel terra,† tunc quia non poteſt habere do-
darium ſuper terra quo ad dominium,habebit
tamen vſumfructum illius terrę ſicut caſtri,eius
vita durante ſeruata forma dictę conſtitutionis,
mulier,quæ dotariũ, & nihilominus dotem in
pecunia amittit,vt ibi per gloſam.

Quæ tamen ſupra dicuntur de lucro dotis,
64 procedunt,† niſi dos fuerit data per extraneum
de ſua pecunia dotãtem, & cum expreſſo pacto
incontinenti appoſito in inſtrumento dotali,
tunc enim dos redibit ad dotantem omnio etiã
extantibus filijs,l.fi.§.1.C.de iur. do. & Gui. Pap.
quæſtio. 423. & ſic limitatur hæc conſuetudo,
& quæ dicuntur ſupra capitulo tertio,in qua ma
ritus lucratur dotes in pecunia, niſi per extra-

neum

neum, vt ſupra dotentur, licet contra prædicta
videantur ſcripta per Felyn. in cap. cauſam, quæ,
col. 12. extra de reſcrip. & Claudi. in l. interdum,
§. quod ex naufragio, ff. de acqui. poſſ. vide tamẽ
Alexand. conſil. 134. volum. 5. Dec. in l. Diuus
Pius, num. 8. ff. de regu. iur. vide docto. in l. fru-
ctus, ff. ſolut. matrim. Boer. deciſio. 44. nume. 31.
Anan. ſingula. 414. & vide dicta per me ſupra
conſuetudine tertia.
65 Sed quid ſi proles ſuſcepta viuat, † viro mor-
tuo, vtrum dos reuertatur ad patrem, iuxta not.
in l. dos à patre, C. ſolut. matrim. vel hæredes vi-
ri lucrifaciant dotes, id eſt filij? de intellectu il-
lius l. poſt doctores in l. dos à patre, & in l. poſt
dotem, ff ſolut. matr. vide plene per Gre. Tholo-
ſan. lib. 9. ſintag. vniuer. iur. capitu. 22. à nume. 8.
Quæſtio ceſſat hic ex conſuetudine, quæ dat lu-
crum dotis hæredibus mariti, nec eſt locus reſti-
tutioni, nec dicta per glo. & docto. in d. l. dos à pa
tre, nec conſuetudo Martini.
66 Sed retentis † terminis huius conſuetudinis,
& etiam ſuperioris, in capitulo tertio, in quibus
maritus, & hæredes mariti lucrifaciunt dotes in
pecunia prole ſuſcepta, ſiue ſuperuiuat proles,
ſiue moriatur, modo quæro, quid ſi filius, vel fi
lij ſuſceptus, vel ſuſcepti ſuperuiuãt, deinde mo-
ritur pater, qui dotes in pecunia lucrifecit, an fi-
lij priuentur dote materna lucrifacta per mari-
tum eundemque patrem? & ſic, an hæc conſue-
tudo priuet filium legitima iure naturæ debita
in dote materna, quæ eſt proprium patrimo-
nium matris, l. 3. ff. de minori. cum in legitima
67 nullum onus, † nec grauamẽ imponi poſſit, iux.
l. quoniam in prioribus, C. de inoffi. teſta. cum
ſimilibus? in quo dic, quod licet per hoc ſtatutũ
mulier priuetur dote, quæ acquiritur marito,
tamen filij debetur legitima, quæ per ſtatutum
hoc non eſt ſublata, vt per Zaſi. conſil. 5. volu. 1.
& per Io. Petr. de Ferra. in forma liber. quo vxor
agit ad dot. in glo. dictæ dominæ Margaritæ, ver
ſicu. ſed an filij nati, &c.
Vbi etiam ſubdit, quod hæc mulier ſi tranſit
ad ſecunda vota, ſuſcepta prole ex primo matri-
monio, & ex primo viro, qui lucratus eſt dotem
ob ſuſceptionem prolis, & ex hoc ſecundo viro
68 ſimiliter ſuſcepit liberos, † vtique debent habere
legitimam, quemadmodum & filij ex primo
matrimonio, ſecundum Iac. de Beluiſo, vt habe
tur in §. ne illud. in auth. de nupt. & l. cum alijs,
C. de ſecun. nupt. vide eund. Pract. Pap. vbi ſupra
in d. gloſa, dictæ dominæ Margaritæ, nu. 9.
Sed quid ſi mulier dedit omnia ſua bona in
69 dotem ſecũdo viro, † an filij prioris matrimonij
nati ex d. muliere totum reuocare poſſint? dic
quod non, ſed id tantum quantum ſecũdus vir
de iure retinere poteſt, vt ſic viriles inter omnes
fiant portiones, vt not. in §. optime, in authent.
de nupt. cum mulier ſecundo nubens nõ poſſit
dare viro, niſi quantum dederit filijs primi ma-
70 trimonij, l. hac ædictali, C. de ſec. nup. † & ſi fue
rit datũ, reuocabitur per filios primi matrimo-
nij, vt ibi not. per doctores, quæ lex procedit in
dote, & donatione propter nup. tantum, non au
tem in alijs bonis, ſed in lucris nuptialibus tan-
tum, ſecundum Bald. conſil. 19. volum. 3. circa
fin. quicquid Alber. & Bertran. ibi ſenſerint, con
tra quos vide Ant. Gabri. commu. opini. lib. 3.
71 titu. de ſec. nup. Sed ſuccedit alia quæſtio, † quid
ſi ſecundus vir ſtipuletur pro filijs ſecundi ma-
trimonij naſcituris, an limitetur d. l. hac ædicta-
li? dic quod non, ſed remanet in eius robore, &
ſic videtur tenendum poſt conflictus maximo-
rum doctorũ, vt videre licet per Pet. Phil. Corn.
conſilio 82. volum. 3. & vide d. de Franch. deciſ.
436. circa fin. in intellectu illius legis l. hac ædi-
72 ctali. † & ſi fiat pactum de lucranda dote cum ſe
cundo viro ſeruata forma huius conſuetudinis,
adhuc talis conuentio non officit filijs prioris
matrimonij, vt per Bald. in d. l. hac ædictali, &
ibi Saly. in ſexta quæſt. Roma. conſil. 44 in tertio
dubio, vide tamen Ant. Gabr. commu. opin. lib.
73 3. titu. † de ſecun. nupt. niſi expreſſe ſtatutum, vel
conſuetudo clare loqueretur, ſcilicet quod ma-
ritus lucretur dotem integram etiam ſtantibus
filijs prioris matrimonij, ſecus ſi ſimpliciter lo-
quatur, vt per Bald. in conſil. 495. volum. 1. vide
Io. Pet. de Ferr. in titu. ſeu forma libelli, quo vxor
agit ad dotem, in gl. dictæ dominæ Margaritæ,
vbi dicit ſic ſeruari de conſuetudine in tota Lõ-
bardia, & Curt. conſ. 122. teſtatur de communi,
ſed vide Ant. Gabr. vbi ſupra concluſio. quarta,
titu. de ſecũ. nupt. vbi ad declarationem d. l. hac
ædictali, ponit vigintiocto ampliationes, & vi-
ginti quatuor limitationes.
74 Qualiter autem † ſit facienda diuiſio horum
bonorum inter filios primi matrimonij, & ſe-
cundi, & decidit prædicta doctor Papienſis vbi
ſupra poſt Iac. de Beluiſ. quod omnes accipient
eorum legitimam; deinde reliquũ inter ipſum
maritum, & ſolos filios prioris matrimonij di-
uidetur, ita vt ſinguli æquales ferant partes, qui-
bus filijs eſt facta iniuria per tranſitum ad ſecun
da vota: alij vero filij ſecundi matrimonii, qui-
bus nulla eſt illata iniuria vltra eorum legitimã
nil amplius percipient, vt nota. per gloſ. in § opti
me, in authent. de nupt. & ſequitur Io. Petr. de
Ferrar. in loco proxime allegato, in d. glo. d. do-
75 minæ Margaritæ. † Mortuo tamen fratre ex his
in rebus maternis præferuntur fratres vterini, in
rebus paternis fratres conſanguinei, in bonis ve-
ro aliunde quæſitis ſuccedunt æqualiter vterini
tantum cum conſanguineis tantum, l. de eman
cipatis. C. de legitimis hære. quando non ſuper-
ſunt vtrinque coniuncti, nam ipſis exiſtentibus
tanquam duplici vinculo fultis, in bonis prædi-
ctis excluduntur vterini, vel conſanguinei tan-
tum. authent. itaque mortuo, C. commu. de ſuc-
ceſſi. Bened. in c. Raynutius, in verb. & vxorem
nomine Adelaſiam, num. 665. extra de teſtam.
gloſ. communiter recepta in Authent. poſt fra-
tres, C. de legi. hære. & in authent. Itaque, C. cõ-
mu. de ſucce. & communem dicit Rubeus. con-
ſil. 76. Iaſ. in l. poſt dotem, ad fin. ff. ſolut. matrim.
Couar. in epito. ad quartum librum decreta. in
titu. de ſucc. ab inteſt. concluſi. octaua.
Sed quid ſi promiſſę, & conſtitutę ſint dotes,
cum

76 cum expreſſo pacto , quod tempore ſolutionis
earum conuertantur in emptionem ſtabilium,
vel annuorũ introituum pro ſecuritate dotis, &
mulieris, cõtracto deinde matrimonio prole ſu
ſcepta, ſit depoſitum debitę quantitatis dotium
cum conditione in depoſito adiecta, quod con
uertantur in emptionem ſeruata forma capitu-
lorum matrimonialium, & inſtrumẽti dotalis,
ex aduerſo prætendente marito ad id amplius
non teneri, ſtante quod eſt factus caſus lucrifa-
factionis dotium, quo caſu ceſſat conditio in in-
ſtrumento dotali adiecta, de conuertendo in
emptionem, quæritur quid iuris? dic quod vxo-
re mortua ſi ſit depoſitum, vel ſolutio dotis,
ceſſat conditio ſtante lucrifactione dotium per
maritum acquiſitarum, cum amplius non ſit
dos, ſed acquiſitio mariti, ſecus ſi vxor viuat, nã
77 quamuis maritus dotes lucrifecerit, † poterit da-
ri caſus, quod vxori viuenti dos ſit reſtituenda,
vel aſſecuranda, iuxta l. ſi conſtante, ff. ſolut. ma-
tr. & l. vbi adhuc, C. de iur. dot. vel niſi ſuperuiuãt
78 filij, † quibus ob tranſitum patris ad ſecundas
nuptias, dos quæritur quo ad proprietatem, iux-
ta tradita in authent. hoc lucrum, C. de ſecund.
nupt. & vt ſup. diximus in conſuetudine præce-
denti, & infra in cõſuetudine, capit. 8. & per Bar.
in l. fęminæ, §. illud, & ibi Saly. C. de ſecun. nupt.
Aret. in §. præferuntur, inſt. de ſenatus conſ. Ter-
tulli. & dicitur etiam infra.

Corredum robbæ, & alia ornamenta vxori remaneant.

Habes hic quod hæredes viri lucrifaciunt do
tes in pecunia, mulier autem deſtituta dote reti-
nebit corredum, robbas, & alia ornamẽta, & po
terat dubitari probabiliter de corrredo, cum ſit
79 pars dotis, † & quaſi ſeqnela per ea, quæ dicun-
tur in l. fi. C. de pact. dota. per Caſſan. ad conſuet.
Burgun. titu. 4. §. 24. in fin. verſi. ſi tamen mulier,
& tamen hęredes viri nõ lucrantur id, cum cen
80 ſeatur quid diuerſum à dote, † & ſic remanebũt
vxori corredum, & iocalia miſſa, & facta per
maritum vxori, vt hic dicetur, & expreſſe ſupra
conſuet. proxima præcedenti, vbi etiam de hoc
verbo corredum, & infra in conſuetudine, c. 11.
81 Sed nunquid † ſtatim reſtituetur corredum,
viro mortuo, an vero dabitur annus, ſicut datur
ad reſtitutionem dodarij, vt infra in conſuetu-
dine. Item in quolibet caſu, capitulo 9. dic ſta-
tim deberi nõ expectato anni lapſu, cum de cor
redo non loquatur illa conſuetudo, ſed de dote
tantum, & dodario, nec etiam, §. ex actio. l. vni-
cę, C. de rei vxor. act. & quia dum ibi dicitur de
reſtitutione mobilium, non loquitur de corre-
82 dalibus, † quæ ſunt tertia ſpecies, etiam quoniã
reperiuntur pęnes vxorem, vnde hæredes viri
non poſſent lucrum capere ſicut de pecunia.
83 Tum etiam, † quia dominium rerum correda-
lium nunquam diſceſſit à muliere, ideo ſecum
retinebit. Vltimo per textum huius conſuetudi-
nis, quæ expreſſe dicit, mortuo viro corredum
vxori remaneat, quod eſt verbum præſentis tẽ-
poris, & ſic videtur concludere glo. conſuetud.
Neapolita. in conſuetud. Itaque, in glo. reliqua
bona corre. ſub. titu. de iur. dot. quæ in hoc æqui-
parat corredum ſtabilibus.

Quid autẽ ſi vir dilapidauit bona corredalia,
quæ iu capitulis matrimonialibus promiſit con
ſeruare, ſalua facere, & reſtituere inueterata, &
vſu cõſumpta, prout reperientur, num teneatur
84 ad pretium? & quidem Ant. † Capy. in addi. in-
cipi. ad iſtam glo. in conſil. Neapolita. Ita quod
de iur. dot. dicit Sacrum Regium Conſilium
Neapolitanum in contingentia facti ſubſtetiſſe
nec voluiſſe determinare, ſed reſeruaſſe deciſio-
85 nem huius quæſtionis, † & quoniã leges abhor-
rent caſus remanere indeciſos, vt ait Alberi. in
tracta. ſtatuto. quæſt. nona: propterea ſi mihi da-
retur dicendi facultas, concluderem, quod om-
nino teneatur ad pretium, ea ratione, cum ta-
lia bona quo ad dominium remanent vxoris, li-
86 cet † promiſcuo vſui vtriuſque conſtante matri-
monio deſeruiant, l. in rebus, C. de iure do. quod
ſi aliter maritus abutatur, nec deſeruiant ad v-
ſum communem, vtique ad æſtimationem te-
neri debet, tum quia id in ſtipulationem dedu-
87 ctum eſt, † tũ etiam ad inſtar aliorum vxoris bo-
norum paraphernalium, vel extra dotem con-
ſiſtentium per maritum conſumptorum ex l. fi.
C. de pact. conuen. & cum ad deſtinatum vſum
non deſeruierint, & ita reſiderem ſaluo ſaniori
conſilio, l. Claudius fęlix. ff. qui poti. in pign. ha-
be. facit infra, c. vlti.

Et dodarium ſibi à viro conſtitutum, ſibi integraliter eſoluatur.

Cur autem mulier lucretur dodarium con-
88 ſtitutum? † & ratio conſtitutionis dodarij, quæ
nam ſit, tradunt docto. in authent. dos data, C.
de don. ant. nupt. Areti. in §. eſt, & aliud, inſt. de
donati. Afflict. in conſtitut. Regni, mulier, quæ
dotarium, & gloſ. conſuetud. Neapolita. in con-
ſuetud. Quartam autem, de iur. quartæ, & dixi-
mus ſupra in prælud. in verbo. conſtitutione do-
darii, vt in conſuetud. ſecunda, quæ hic repeten-
da eſſent, ne ſepius id dicam contra præceptum
Iuriſconſul. in l. Meuius. §. duobus, ff. de leg. 2. ad
ibi dicta lectorem remitto.
89 Habebit † igitur hæc mulier vltra corredum
& iocalia dodarium conſtitutum, & quando
conſtituitur debet conſtitui eademmet die ſpõ
ſaliorum ante fores eccleſiæ, ſecundum gloſ. in
conſt. reg. mulier, quæ dotarium, & Andr. in ca.
1. §. donare. quali. olim feu. poter. ali. Iſta ſunt in-
ducta de iure Francorum à quo deriuauit hæc
conſuetudo Auerſana, quæ iure viuit illo, quod
eſt ſpeciale ius in regno, vt Andr. in c. imperia-
lem, §. præterea ducatus, de prohi. feu. ali. per Fri
der. & quod viuat iure Francorum, eſt gl. in con
ſtit. regni puritatem legum, quo iure dodarium
90 ſuccedit loco quartæ, † nam iure regni debetur
91 quarta † vxori ſoluto matrimonio per mortem
viri, vt habetur in glo. in d. conſt. mulier quæ do
92 tarium, quæ gl. † declarat hanc conſuetudinem,

&

93 & dicit quod non debetur dodarium niſi ſit cō-
ſtitutum, prout, & dicit hæc cōſuetudo, & ſic no
ta, quod ſi dodarium fuerit promiſſum conſti-
tui, non autem conſtitutum, non debetur vxori
viro mortuo, nam non ſufficit fuiſſe promiſ-
94 ſum, † ſed conſtitutum, vt ſic videatur correcta,
autheut. dos data, C. de don. ante nupt. per iſtud
95 ius conſuetudinarium, † vt late habetur per glo.
ſępius allegatam, in d. conſt. mulier, quæ dota-
rium.

Nunc quæro, mulier amittit dotem in pecu-
96 nia quam lucrantur hæredes viri defuncti, † quo
iure recuperet dodarium, & contra quos aget?
reſpond. quod gloſ. in d. conſti. regni mulier, quę
dotarium, diſtinguit: nam aut agit contra hære-
des viri, & tunc aget actione perſonali, vt tradat:
alias non tradendo, quia non vult, vel quia non
poteſt, aget ad intereſſe: aut contra tertios poſſeſ
ſores, & tunc actione in rem, quæ cōcluſio gloſ.
procedit quando ageretur ad recuperationem
dodarij conſtituti conſiſtentis in terra, vel Ca-
ſtro, ſecundum dictamen dictæ conſtit. Regni;
Sed ſi agatur ad dodarium conſiſtens in pecu-
nia, quia maritus conſtituit dodarium ducato-
rum quingentorum ſuper omnibus ſuis bonis,
tunc aget contra hæredes viri condictione ex l.
ideſt ex iſta conſuetudine, qua dicitur, quod do-
darium ſibi integraliter eſoluatur, l. 1. ff. de con-
dict. ex l.

Quæro etiam, mulier dedit in dotem rem ſta
97 bilem, † & maritus conſtituit dodarium ſuper
terra, vel alia re ſtabili, nunquid viro præmor-
tuo, mulier habebit dodarium? dic quod non,
& ratio eſt ſatis aperta, & magna æquitas, quo-
niam ſiue maritus habeat ex muliere filios, ſiue
non ſuſceperit filios, mortua muliere nihil ex
dote lucratur, ſed ea ad hæredes mulieris reuer-
titur, vnde non eſt iuſtum in iſto caſu, quod
mulier aliquid de dodario conſtituto in terra
præmortuo viro lucretur, niſi ei fuerit conſtitu-
tum dodarium in pecunia, vel mobilibus, vel
eidem mulieri legatum in quātitate per virū;
alioquin non, vt habetur in d. glo. per Mari. de
Carama. in d. conſt. mulier quæ dotarium.

Sed quæro, nunquid ſi vxori præmoritur vir
98 ſuſcepta prole, † amittat dotem mulier in pecu-
nia, vel in mobilibus? videtur quod non, nam va
lidum eſt argumētum de pacto ad conſuetudi-
nem, glo. rubricę, C. de decret. decuri. ſed per pa-
99 ctum id minime fieri poteſt, † quod vxor ſuper-
ſtes amittat dotem, l. 2. ff. de pact. dota. ergo nec
per conſuetudinem. Contrarium tamen eſt di-
cendum attenta forma huius conſuetudinis, &
huius iuris Francorum, quia mulier non debet
habere vtrunque, & ſic cum habeat dodarium
in plena proprietate, vt etiam dicit hæc conſue-
tudo, non debet habere dotem in pecunia ita di
cit glo. in d. conſt. Regni mulier, quæ dotarium,
quæ meminit de hac conſuetudine, quam dicit
vigere in multis partibus regni.

Quæro conſuetudo dicit, quod mulier lucra
100 tur dodarium integraliter, † & ſic ſine diminu-
tione, ſcilicet tam quo ad vſumfructum, quam
quoad proprietatem, quid ſi conſtituatur in re
feudali Caſtro, vel feudo, nunquid mulier habe
bit illud, quo ad proprietatem? dic quod non,
ſed ſolum quo ad vſumfructum, vnde poſt mor
tem mulieris reintegratur vſusfructus proprie-
101 tati, in alijs autem rebus allodialibus, † & bur-
genſaticis lucrabitur quo ad vſumfructum, &
proprietatem, ſecundum Bart. de Capua. & Na-
pod. in c. Regni mulier dotarium, & ſic in dota-
rio feudali mulier erit vſufructuaria, directo,
ſeu proprietate reſidente pænes hæredes viri, ſe-
cundum præfatos doctores, Ana. alleg. 85. nu. 3.

Succeſſiue ſi ſit conſtitutum dodarium ſu-
102 per feudo, in qua conſtitutione, † non requiri-
tur aſſenſus, ſecundum conſtitutionem regni,
licentiam, de conſt. dotar. ſed morte viri feu-
dum eſt deuolutum Domino, vel Regi, quo-
modo ſuccurretur mulieri petenti dodarium?
dic quod cum habeat aſſēſum legis, & prędicta
conſt. licentiam, poterit agere contra fiſcum poſ
ſidentem, vt per Bart. de Capua. in dict. conſtit.
licentiam.

103 Vnum nota, † quod mulier de iure lucratur
donationem propter nuptias, etiam ſi nullam
104 dotem dedit, † cum matrimonium eſſe poſſit
ſine dote, l. quod ſi nulla, ff. de reli. & ſumpt. fun.
& l. fi. C. de don. ante nupt. quod quidem ſanè
intelligas quando nulla dos data eſt, nec pro-
miſſa, tunc enim debetur domino propter nu-
ptias, l. lege Leonis, vbi hæc no. per gl. C. de pact.
conuen. quæ incip. quod ſi in dote nihil eſt pa-
ctum, ſecus tamen ſi dos fuit conſtituta, vel pro-
miſſa, & non ſoluta, tunc enim mulier non lu-
cratur donationem propter nuptias, ſi non fuit
ſoluta dos, vel ſi pars dotis fuit ſoluta, partem do
nationis lucratur habita ratione ad partem do-
tis ſolutę, & non vltra, vt in authent. de non elig.
ſecund. nuben. §. fi. quæ ſignatur, C. de pact. con-
uen. l. ex morte, & ſic de facto vidiſſe ſeruari, &
ſententiari, teſtatur Andr. de Iſer. in c. 1. colu. 1.
ibi, item mulier de natu. ſucc. feud. & ratio eſt,
quia fit matrimonium nulla facta promiſſio-
ne dotis, vt multotiens fit, & maritus conſtituit
donationem propter nuptias, tunc talis promiſ-
105 ſio † non reſpicit dotem, quæ non eſt promiſſa,
ſed de per ſe ipſa conſtitutio donationis propter
nuptias valida eſt, ſed vbi dos promittitur p̄ mu-
lierem, & donatio propter nuptias per virū, tūc
talis promiſſio donationis propter nuptias reſpi
cit dotem, cum dos data donationem propter
nuptias mereatur, auth. dos data, C. de don. ante
nupt. vnde tūc promiſſio donationis propter nu
ptias reſpicit dotem, vnde deficiente dote debet
deficere donatio propter nuptias in totum, vel
pro parte ſi pars dotis fuerit ſoluta, arg. l. cū pro-
ponas, C. de pact. & l. ſtipulatione, ff. de iur. dot.
& in auth. de ęqua. dot. in princ. l. ex morte, C. de
pact. do. & in aut. ſed quæ nihil, vt expreſſe dicūt,
Bart. de Capua, & Nap. in d. cap. mulier dotariū,
in cap. Regni, quæ tamen recipiunt limitationē,
106 niſi † dos fuerit per mulierem oblata, & vir no-

luerit

lucrit recipere,tunc enim habetur,ac ſi fuiſſet ſo
luta,& ſimilis eſt ſoluenti, vt in authent. vt exa.
in it.in §.fi. vel niſi matrimonium durauerit per
tantum tempus,& maritus non fuerit proteſta-
tus dotem ſibi non fuiſſe ſolutam, ita quod nō
poſſit amplius opponi exceptio non ſolutæ do-
tis, tunc enim habetur ac ſi ſoluiſſet dotem, &
lucratur mulier donationem propter nuptias,
vt in §.generaliter,in authent. de tempo.non ſo-
lu.dotis,& in authen. quod locum, C. de dote
caut.non nume. vel niſi dos fuiſſet promiſſa ad
109 diem certam, & † antequam veniſſet dies fuit
matrimonium ſolutum, tunc enim lucratur do
nationem propter nuptias,& ratio eſt, quia non
poteſt imputari mulieri,cur ante diem non ſol-
uerit cum reſpiciat iſta dilatio eius fauorem, ſe-
cundum Doctores prædictos,& vide Afflict.de
ciſ.333.& Bocr.in deciſ.100.
110 An † autem dodarium debeatur,ſi dos fuit con
ſtituta,& de dodario nulla ſit facta mentio? cer-
te conſuetudo iſta requirit ꝙ dodariū ſit conſti-
tutum,iccirco in caſu iſto non debetur, quid ta-
men erit de iure communi, vide Steph. Bertr.cō
ſilio 98.parte prima,& adden.ad Affl.in d.deciſ.
ſacri Concilij 333.
111 Et † cum mulier in feudo lucretur dodarium
quo ad vſumfructum, habebit ius præſentandi
in eccleſia patronata,cum præſentatio ſit in fru-
112 ctu,capitulo,conſultationibus,† extra de iu. pa-
tron. ſecundum Napod. in dicto capitulo mu-
lier dotarium in capitulo Regni,itidem locabit,
113 & concedet excadentias & bona feudi,† quæ ad
feudum deuoluuntur eius vita durante, verum
114 finietur locatio morte mulieris † finito iure do-
darii,ſecundum Napod. vbi ſupra, & ſimiliter
115 petet adiutorium,† ac ſubuentionem in ſex caſi
bus notatis in conſtitut. Regni, quam plurium,
vt per Afflict.in conſtit. Regni prædicta, colum-
na ſeptima,in octaua dubitatione, Capic. in de-
ciſ.184.& Campa. in capitu. Regni, item ſtatui-
mus,quod communitates, numero decimoter-
tio,& per Bart.de Capua.in conſtitut. Regni, li-
centiam.
116 Sed † pone quod moritur vir vxore ſuperſtite,
& filio ex eo matrimonio, an lucrifaciat doda-
rium quo ad proprietatem? videtur quod non,
niſi quo ad vſumfructum, C. de ſecund. nupt.l.
tertia,§.finali,a contrario ſenſu. In contrarium
videtur quòd lucriſaciat,quo ad vtrumq;, vſum-
fructum, nempe,& proprietatē, & hoc propter
verbum illud in hac conſuetudine poſitum (ſci-
licet integraliter) nam illud intelligitur integrū
117 quod nō eſt mutilatum,† l.prima,C.de debi. ci-
ui.lib.vndecimo,nec in aliquo deficiens,l.quam
diu,de diſtr.pig.l.fundos,C.de fun.patri.& l.pri-
ma,C.de frum. vrbis Conſtan.in l.ſecunda,§. ad
filiorum,C.quando,& quibus quar.pars debe.li
bro decimo,ſicut plenitudini nil poteſt adijci,6.
118 quæſtione prima,† capitu. ſi omnia,& C.de rep.
quæ fiunt in iud.l.prima, ita quod ſi ex eius ſub-
ſtantia detrahitur,non eſt integrum,l.prima, C.
de ſent.paſſ.& l.ſecunda, C. de bon. vacan. libro
decimo,capitulo miramur,61. diſtinct. & l. pri-
ma,C.ſi aduer.tranſ. & in proprijs terminis hu-
ius conſuetudinis voluit Napod.in dicto capitu-
lo regni, mulier dotarium, ex numero decimo-
ſeptimo. Vera igitur erit cōcluſio, quòd quam-
119 uis de iure communi † mulier quærat donatio-
nem propter nuptias exiſtēte filio quo ad vſum-
fructum tantum,l.tertia,& l.quarta,C.de ſecun.
nup.tamen ſecundum has conſuetudines lucra
tur dodarium integraliter etiam filio exiſtente,
quo ad vſumfructum, & proprietatem, hoc ta-
men intelligas muliere in viduitate permanen-
120 te. Si † tamen ad ſecundas nuptias migrauerit,
perdit proprietatem, ſecundum Napod. in loco
proxime allegato,in verſiculo,& hoc verū, quo-
121 niam plura concurrerent ſpecialia,† circa idem,
quod lex abhorret,l prima,C.de dot.promiſſ. in
gloſ.& ſpecialia non ſunt multiplicanda, glo. in
c.ad eius, 5.diſt.
Sed quid ſi dodarium non eſt conſtitutum,
122 ſed † in capitulis matrimonialibus, quæ præce-
dunt ſolemnia matrimonij,fuit promiſſum con-
ſtitui,nunquid ex hoc habeatur pro conſtituto?
dic,quòd gloſ.conſuetud. Neapol.in conſuetud.
Quartam autem,de iur.quartæ,in glo. conſtitu-
tam,tenet quòd ſic, ad euitandum circuitum,
123 qui † euitandus eſt,l.cū fundus,§.ſeruum tuum
imprudens,ff.ſi cert.pet.l.dominus teſtamento,
ff.de condi.indeb.clem.auditor,de reſcript.cum
ſimil.& Iaſ.in l.prima,§. finali, ff. de verborum
obligat.per ea quæ dicit Ioan.Andr. in addit.ad
Specul.in tit.de oblig. & ſolut. ſuper rubrica,co-
lum. penultima, vbi quòd qui promiſit ſe obli-
124 gaturum † ad decem,poteſt ſtatim ad decem cō
ueniri,euitandi cauſa circuitus,& tenent Docto
res in dicto §.ſeruum,licet Dec.& multi videan-
tur impugnare ſententiam Ioan. Andr. tamen
eam ſequitur Iaſ.in dicta l.dominus teſtamēto,
ff.de condi.indeb.& firmat Rub.Alexan. in con
ſilio 29.qui reſpondet in contrarium adductis.
Contrariam tamen opinionē amplectaris, quia
aliud eſt promittere, aliud eſt conſtituere, ſicut
125 aliud eſt † vendere, aliud eſt promiſſio de ven-
126 dendo,l.in bonæfidei, † §.finali, ff. de eo, quod
cer.loco,ſicut aliud eſt promittere decem, aliud
127 ſe obligaturum ad decē, † & ita per multa tenet
Lancel.Galiaula.in repet.rubricę, ff. de verborū
obligat.numero ſexageſimoſecundo,& ſexage-
ſimotertio,& Ruin.& Alciat. in l. prima, ff. de
verborum obligat. & Hieron. Buttigella in l.4.§.
Cato,ff.de verborum obligat.cum aliud ſit pro-
128 mittere de donando, † aliud eſt donatio, vt per
Galiaul. vbi ſupra. Nec obſtat,quod circuitus eſt
euitandus,quia intelligunt Doctores,ſi eſt inuti
129 lis,vt in dictis iuribus,ſecus † ſi vtilis,ſcilicet pro
pter ortum obligationis,propter tranſactionem
dominij, acquiſitionem fructuum, obligatio-
nem bonorum,& aliorum, quæ conſiderantur
in caſu Gramma.in deciſione 103. a nume. 188.
vbi videas. Tum quia hæc conſuetudo expreſ-
130 ſe vult conſtitutionem dodarij, † quæ cum ſit
ſtricti iuris, non debere ampliari, ſed reſtrin-

gi.l.quicquid aſtringendæ,cum ſimil.ff.de verb.
oblig. nec obſtat quòd contrarium fuerit deci-
ſum per ſacrum Cōſilium,vt habetur in deciſio
ne prædicta Gram. & per Afflict. deciſio. 61. &
per eūdem in conſt.Regni licentiam, cum pro-
cedant in caſu ſuo,& de iure communi, ſecus ta
men per hanc conſuetudinem cum mulier non
131 lucretur dodarium, † niſi expreſſe ſit conſtitu-
tum, vt habetur in capitu. 2. vt ibi dodarium
non habeat,quantunque cōuentum, niſi ſolem
niter in facie eccleſiæ conſtitutum,& ſatis innui
tur in conſtitutio.Regni mulier,quæ dotarium.
In qua conſtitutione dodarij requiritur certa ſo
lemnitas,vt ibi per gloſam, & per Andr. in cap.
1.§.donare,quali.olim ſeu. poter. alien. & dictū
eſt ſupra in præludi.
132 Sed pone, †quod fuit contractum matrimo-
nium,quod diu durauit, vtrum alio non appa-
rente, præſumatur conſtitutum dodarium ? vi-
133 detur,†quod ſic,nam vbi datur matrimonium,
ibi videtur omnia ſolemniter acta,& præſumē-
134 dum eſt † id quod fieri ſolet, & id quod ſæpius
contingit,l. ea quæ. ff. de reg. iur. vt dicit Caro-
lus,Gloſator legum Longobardarum in l.fina-
li, de his, quæ ſine volu. mund. ad mari. amb.
contrarium tamen eſt dicendum, quoniam iſta
135 eſt quæſtio facti,& †factum non præſumitur,ni
ſi probetur,l. in bello,§.factæ,ff.de capt.& poſth.
reuer.& facit quia requirit hęc cōſuetudo,quòd
ſit conſtitutum,& ſolemniter per ea, quæ ſupra
136 diximus,& † ſolemnitas extrinſeca nō præſumi
tur,niſi probetur,l.ſciendum,§. finali, ff. de cur.
fur.l.item quæcunque,§.finali,vbi not. ff. de pu-
bli.in rem act.& per Doctor.in l.ſciendum,ff.de
verborum obligat.& conſtitutio dodarij eſt fa-
137 cti quemadmodū, & † cæteri contractus,l.in bo
138 næ fidei,§.fi.ff.de eo, quod cert.lo.& †conſequen
ter non præſumitur niſi probetur conſtitutum,
& ſic tenendum eſt.

Poterit tamen mulier, quæ dotem conſtituit,
139 vel dedit, ſi dodarium † non ſit conſtitutum, a-
gere condictione ex hac conſuetudine, vt con-
ſtituatur,vt per Angel.in §.aliud quoque, in au-
then.de æqua.dotis,colum.2. qui allegat glo. in
auth.dos data, C.de don. ante nupt. Vtrum au-
140 tem † huiuſmodi conſtitutio dodarij requirat
ſcripturam,& in probatione eiuſdem ſcriptura
requiratur?dic quod non,cum paria ſint proba-
re per ſcripturam,ac per teſtes, l. in exercendis,
141 C.de fide inſtrum. capitulo, Ioannes, † extra eo-
dem,& certi ſunt caſus, & cōtractus ſcripturam
142 requirentes, † de quibus per gloſ. in capitulo pri
mo,extra de cenſ.& per gloſ.in l.ſecunda, C. de
iure emphyteu.& per gloſ. in l.ne cui, C. locati,
qui ſunt ſpeciales, & quòd non requiratur ſcri-
ptura, videtur velle gloſ.conſuetu.Neapo.in con
ſuetud.Quartam autem,in gl. in verbo, ſed vbi
liberos,columna ſecunda,verſiculo item quid ſi
teſtator,& Andr.de Iſern. in capitulo primo, §.
donare,qualit.olim feud.poter. alie. verſic. item
quia tantum,vbi loquitur de conſtitutione doda
darij,iuxta hanc conſuetudinem.

143 Sed † quid,ſi dodarium non fuit conſtitutum
in die votorum,ſeu nuptiarum,an poſſit per ma
ritū conſtitui conſtante matrimonio?dic, quod
ſic,vt per Carol.in l.nulli,de his,quæ dant in do.
muli.a viro,facit text.in l.ſi conſtante, & l.finali,
C.de donatio.ante nupt.& firmat Andr.in dicto
capitulo primo,§.donare,columna tertia, quali.
olim feud.poter.alien. & per Afflict. in conſtitu.
licentiam,in vltima quæſtione,cum ibi not.poſt
Andr.
144 An † autem debeatur dodarium vxori præ-
mortuę? dic,quod non,nam ſolum lucratur mu
lier dodarium viro præmortuo, l. ex morte, in
principio,C.de pact.conuen.& §.finali,in Auth.
vt exacti.inſtan.dot.& l.vbi adhuc,C.de iure do-
tium, & in capitulo Regni, mulier dodarium,
& ibi Doctor.& expreſſe dicitur in hac conſue-
tudine.
145 Infertur † ex his ad quæſtionem,videlicet po-
ne maritus conſtituit dodarium tempore con-
tracti matrimonij,deinde in teſtamento voluit,
quòd dodarium, ita debeatur vxori, ſi non tran-
ſeat ad ſecunda vota, vtrum hoc poſſit dicere?
dic,quòd non, ſecundum Bald.& Salyc.in Au-
thent.quod locum,C.ſi ſecund.nup. muli. nam
146 dodarium debetur vigore cōtractus, & † conſti
tutionis,non autem virtute vltimæ voluntatis,
vt ibi per eos.
147 Quæro, † an conſtante matrimonio poſſit v-
xor petere dodarium?hęc cōſuetudo dicit, mor-
tuo viro, dic tamen quòd ſic, ſi maritus vergit
ad inopiam,vel vtitur male ſubſtantia ſua,vt per
gloſ.conſuetud.Neapoli.in conſuetud.Quartam
autem in glo.in verbo,poſt mortem,facit textus
in l.vbi adhuc,C.de iure dot. cum authent. ſequ.
bene faciunt dicta per Bartol.in l.ſi conſtante,ff.
ſolut.matrimon.cum æqualitas ſit ſeruanda, tā
148 in dodario,† ſicut in dote,& ſicut mulier aſſecu
ratur pro dote in caſibus in quibus aſſecurari de
bet,ita & ſimiliter in dodario, vt arguit Napod.
in proxime allegato loco.
149 Nunquid † autem ſuccedant filij in hoc doda
rio vti hæredes patris, a cuius ſubſtantia proue-
nit dodarium?dic,quòd non ſuccedunt vti hęre
des patris, & poterunt renunciare hęreditati pa-
ternę,& habere dodarium,etiam quòd patris nō
150 ſint hęredes,l.fęminę,†& in authen.hęres, C.de
ſecund.nupt. Afflict. in deciſione 37. & in deci-
ſione 314.in cauſa creditorum, & ibi late per ad-
dentes.
151 Vtrum † autem mulier,quæ dodarium lucra
tur,poſſit illud vni tantum ex eius filijs legare?
in quo dic non poſſe,cum mater non habeat ius
eligendi vnum ex filijs in lucro ex coniuge pro-
ueniendo, ſeu proueniente, vt per Bartol.in §. ſi
vero ſit, in authen.de nupt.& Paul.de Caſtr.con
ſilio 441.colum. 1.vol.1.
152 An † autem mulier iſta valeat teſtari de iſto do
dario, vide tex.& ibi Bal.in authen.hoc lucrum,
in fine, C. de ſecund. nupt. vbi traditur lucrum
hoc æqua lance inter filios a iure diſtribui, nec
poſſe matrem aliquid diſponere.

Quæ-

153 Quæro, † an poſſit mulier ſoluto matrimonio petere, vt ſibi conſtituatur dodarium, ſi non fuit conſtitutum a viro viuente? Dic quòd non, ſed ſibi imputet mulier, quæ conſtante matrimonio non petijt ſibi conſtitui, vt dicit Angel. in §. aliud quoque, in Authen. de æqual. dot. columna ſecunda, verſiculo, ſed quæro, & tangit Afflict. in conſtitutio. licentiam, in decima quæſtione.

154 Quæro † inſuper ſi fuerunt contracta ſponſalia, & conſtitutum dodarium, ſed matrimoniũ non fuit ſecutum, an debeatur? dic mulierem hoc caſu non lucrari, nam talis promiſſio, ac cõ-
155 ſtitutio † dodarij tacitam in ſe habet conditionem, ſi matrimonium fuerit ſubſecutum, l. dotis promiſſio, & l. ſtipulatione, ff. de iure dot. hoc tamen intellige, quando oſculum non interuenit, quoniam tunc lucratur mulier iocalia, robbas, & ornamenta, ſecundum diſpoſita ſupra in prima conſuetudine, & ibi diximus, & ita tenet Bald. in l. ſecunda, C. de bon. quæ liber. quòd
156 non † debeatur illud lucrum nõ ſecutis nuptijs, & dixi ſupra, in conſuet. capitulo ſecundo, vide Napod. in conſuetud. Neap. in conſuetud. Quartam autem.

Quæro, dodarium eſt medietas valoris dotium, vt dicitur infra in proxima ſequenti conſuetudine. item ſi de quantitate, &c. pone quod eſt conſtitutum in minori quantitate, an mulier
157 poſſit petere reſtitutionem in integrum, † tanquam læſa, vt conſtituatur integra medietas? dic quòd Matth. Afflict. in conſti. Regni, licentiam, in tertia quæſt. tenet quòd non, quoniam mulier
158 habet † regulariter in integrum reſtitutionem, nec etiam de iure municipali iſtius regni, niſi in iudicio, vt in conſt. Regni, obſcuritatem legum,
159 & † iccirco poterit conſtitui dodarium in minori quantitate, vt ibi per Affl. & per Bald. in auth. dos data, in ſecunda lectu. C. de donatio. ante nupt.

160 Quæro, † mulier eſt minor, & ſimiliter maritus, nunquid poſſit conſtituere dodarium, abſque iudicis decreto? dic in rebus mobilibus, quę ſeruando ſeruari non poſſunt dubio procul poſſe conſtitui ſine decreto, l. prima, C. ſi aduer. dot. & Nicol. de Napod. in l. prima, ff. de rebus eor. ſecus in rebus ſtabilibus, quæ requirunt iudicis decretum, vt per Bart. in dicta l. prima, & in l. præ
161 dia, C. de præd. mino. Si † tamen factus maior, tacuit, ratum habuit, vel per quinquennium non contradixit, ſibi præiudicium facit. l. fin. C. ſi maior fact.

162 Quæro, † quid ſi mulier quæ nupſit, erat minor duodecim annorum, & nondum cognita a viro, an eo mortuo, lucrifaciat dodarium? & quid ſi fuerit cognita? iſta quæſtio ſoluitur in cõſuetudine prima, & ibi diximus, hic nõ repeto, ad ibi dicta me remitto.

Quæro, quid ſi moritur maritus, & vxor lucratur dodarium, pendente dilatione anni dati ad
163 ſolutionem ipſius dodarij, iux. † tex. in l. 1. §. exactio. C. de rei vxo. act. & infra conſuetud. 9. item in quolibet caſu, moritur vxor ante finem anni, an tranſmittat ad eius hæredes perceptionem fructuum tertij dotalitij, ſuper quo dodarium eſt conſtitutum pro toto anno, an pro rata anni, ſicut dicitur in marito, iuxta l. fructus, l. de diuiſione, & l. diuortio, ff. ſolut. matrim. dic pro rata anni, vt per Luc. de Pen. in l. prima colum. 2. in fin. C. quan. & qui qua pars debe. lib. decimo, vbi videas.

164 Quæro, fuit † cõtractum matrimonium inter perſonas prohibitas, fuit cõſtitutum dodarium, & ante obtentam diſpenſationem à ſede apoſtolica ſolutum eſt matrimonium morte viri, an mulier lucrifaciat dodarium? dic quod non, ex quo inter eos matrimonium non fuit, nec conſiſtere potuit, capitulo, & ſi neceſſe, extra de dona. inter virum, & vxo. l. qui contra, C. de inceſt. nupt. immo ſi quid vxor a viro acceepit, cogi
165 tur † relaxare, vt ibi dicit textus, & ſi dos fuerit ſoluta viro, debet reſtitui mulieri, quoniam habuit in ſe tacitam conditionem, ſi matrimoniũ
166 ſequeretur, † & ſi obtineretur diſpenſatio, l. dotis promiſſio, l. ſtipulatione, ff. de iure do. itaque declarato matrimonio nullo per iudicem eccleſiaſticum ad hoc competentem, ceſſat lucrum dodarij, vt late diſeritur in hac quæſtio. per D. Vincen. de Franc. in deciſ. 52.

Sed pone, quod reperitur conſtitutum dodarium per inſtrumentum, ſed non apparet conſti
167 tutum ſeruata forma iuris conſuetudinarij, † ſeu Francorum ante fores eccleſiæ per cultrum plicatum, ſecundum Andr. in cap. 1. §. donare, qualit. olim feud. poter. alien. vtrum valida ſit conſtitutio alio non apparente? dic valere, ſecundum gloſ. in conſtitut. regni, Mulier, quæ dotarium, & ſufficit dotarium fuiſſe ſimpliciter conſtitutum, licet ea ſolemnitas fuerit omiſſa, ſufficient enim aliæ ſolemnitates, quæ in matrimonio interueniunt, ſecundum gl. prædictam.

168 Singulariter † vnum notabis, quod iſtud lucrum dotalitium tranſit ad mulierem adueniente caſu mortis mariti, etiam ſine traditione, ex ſola prouiſione, ac promiſſione, & ipſius conſtitutione, gloſ. in authent. donationem, circa fin. C. de iure dotium, quæ gl. communiter per omnes Doctor. eſt recepta, ſecundum Guid. Papæ in queſtione 424. habebit igitur mulier rei uendicationem, etiam nulla facta traditione, ſecundum Cyn. ibi, quod ſpeciale eſt, vt ſine traditione trã-
169 ſeat dominiũ † cõtra regulam, l. traditionibus, C. de pact. alij ſunt caſus in quibus tranſit dominium ſine traditione, qui notantur in l. finali, C. de ſacroſan. eccleſ. & per Docto. in dicta l. traditionibus.

170 Sed † quid ſi mulieri non ſit dodarium conſtitutum, nec in pecunia, nec in terra, & ſic ei cõſuli non poteſt per retentionem dodarij, quid faciet, priuabitur ne dote, ſecundum has conſuetudines, & dodarium non habebit? dic, quod in hoc caſu recuperabit ſuas dotes, iam quòd dodarium habere non poteſt, quia non fuit conſtitutum, vt per gloſ. in conſtitutio. Regni, mulier, quæ dotarium, quod quidem eſt ſatis æquum, ne mulier priuetur vtroque.

171 Quæro † maritus conſtituit dodarium vxori
ſuper caſtro, feudo, vel terra feudali, quo caſu
non requiritur aſſenſus regis de iure municipa-
172 li huius Regni, vt conſtitur. licentiam,† quic-
quid alias ſit de iure communi per gloſ. & Do-
ctor. in capitulo primo,§.donare,qual. olim feu.
poter.alien.modo maritus vult dare ex cambiū
vxori,nunquid hoc poſſit ſine aſſenſu domini,
vel Regis? vide Afflictum remiſſiue in dicta con
ſtitut.licentiam,qui mouet, ſed nō remouet hoc
Dubium. Sed ſe remittit ad dicta per eum in ca-
pitulo primo,§.cum autem,de contro.inueſtitu.
dubium depēdet ex hoc, cum fiat commutatio
de perſona vxoris in maritum, quæ commuta-
tio eſt prohibita per conſtitut. Regni conſtitu-
tionem diuæ memoriæ, poſſet attentari, quod
poſſit, nec requiratur aſſenſus, cum per excam-
bium datum,feudum remaneat liberum,& me
173 lior † ſit conditio feudi per nota.per Andr. de
Iſern.in rubr. an ille, qui inter fratrem domini,
& per Anton.Capic. in deciſione, & per Came-
ra.in capitulo Imperialem,carta decimaquinta,
litera P.

Quæritur inſuper, quid ſi maritus,qui conſti-
tuit dodarium ſuper feudo,moriatur abſque le-
174 gitimo ſucceſſore in feudo,& † feudum aperitur
Regiæ Curiæ,quomodo ſuccurratur mulieri vi
duæ petenti dodarium per eius virum conſtitu-
tum? dic quod nodus huius dubij ſtat, quod pe-
tere dodarium conſtitutum ſuper feudo in pecu
nia nullo alio competit iure, niſi conditione cō
ſtitutionis regni,licentiam, quæ conditio eſt a-
175 ctio perſonalis,† quæ non datur contra tertium
poſſeſſorem,l.prima,§.ſi hæres,ff.ad Trebel. l. fi-
deicommiſſum,§.tractatum,ff.de iud.l.finali, ff.
de contrahen.empt. cum ſimil. & ſic fiſcus non
conuenitur, quia eſt reſolutum ius vaſſalli, &
176 conſequenter ius mulieris,† l. lex vectigali,ff. de
pign.& hoc ſentit Bart.de Capua in dicta conſti.
licentiam,& ibi Affl.ſed tamen ſuccurritur mu
lieri per hypothecariam,quæ a viro tribuitur in
dodario,l.vbi adhuc,C.de iur. dot.l. aſſiduis, C.
qui pot.in pign.habe.Nec obſtat quod agitur ſu-
per feudo ſine aſſenſu, cum interueniat aſſenſus
legis,id eſt illius conſtitutionis, qui operatur eū-
177 dem effectum,ſicut † aſſenſus hominis, argum.
l.ſecundæ,§.primo,ff.de reb.eo.& nota. in l.fina-
li,C.de legi.tute.& videtur hoc ſentire Afflict.in
dicta conſtit. Regni,licentiam.

Vtrum ſi filiusfamil. patre conſentiente ma-
trimonio conſtituat dodarium vxori, mortuo
178 eo expectanda † ſit mors ſoceri in petendo doda
rio? dictum eſt ſupra in conſuetud. proxime præ-
cedenti,vbi vide in qua conſuetudine multas a-
lias quæſtiones in hac materia diſſerui, quæ hic
repetendæ forent, huic tamen quæſtioni adde
Ioan.Lup.in rubrica de donatio.inter virum, &
vxorem,§.vigeſimoprimo,numero ſexto, & de-
ciſio.Octau.Cacher.43.& Viuium in ſuis com-
mun.opin.in verbo,pater & filius.

179 Qua quæſtione retenta,† an proteſtatio patris
nolentis ſe obligare in totum , ſed in parte tan-
tum eum releuet? in quo dic non releuare in his
quæ de iure tenetur,tenetur tamen in totum pa
ter ſic conſentiens filio dodarium conſtituere,
vt per Doc.in l.ſi cum dotem,§.tranſgrediamur,
ff.ſolut.matrimon.merito proteſtatio, vt in par-
te tantum teneatur,cum non releuat, vt per Io.
Lup.in rep.d. rubr.extra de don. inter vir.& vxo
rem,§.vigeſimoprimo,& vide addit.ad Barto.in
d.§.tranſgrediamur.

180 Vtrum † autem mulier, cui eſt conſtitutum
dodarium in terra feudali,poſſit tranſeundo ad
ſecunda vota illud in dotem dare ſecundo viro?
dic non poſſe ex diſpoſitione capituli Regni,
mulier dotarium,& ſic fuiſſe deciſum, refert Af
flict.in conſtit. regni,licentiam,& melius in con
ſtitut.mulier,quæ dotarium,columna 4.in ſexta
dubitatione.

181 Sed † nunquid mulier,quæ habet vſumfructū
tantum in terra feudali ſui dodarii,debeat caue-
re de vtendo,fruendo arbitrio boni viri, iuxta l.
primam,ff.de vſufruct. quemad mo. caue.& in l.
prima, C. vſufruct. vide Afflict. in conſtitut.
mulier quæ dotarium,columna quarta,in octa-
ua dubitatione,vbi quod ſi habet filium,non te-
tenetur cauere:ſi autem lucratur quo ad proprie
tatem, in allodio ceſſat dubium,cum ſit proprie
182 taria,† vbi etiam ſubdit,mulierem vſufructuariā
183 feudi dotalitii † poſſe locare baiulationes, &
184 præſentare † rectores in eccleſiis patronatis, vi-
de Afflict.in conſti.regni,licentiam,vide tamen
de hoc vltimo Imol.Butri.& Abb. in capitulo fi
nali,extra de conceſſ. præben. Picum in l. Titia
cum teſtamento,§.Titia cum nuberet, numero
129.ff.de leg.ſecundo, Bellon. in conſilio ſexto,
numero decimooctauo, vbi videntur tenere,
185 quod ius præſentandi in eccleſia feudi † compe-
tat proprietario, licet præſentatio ſit in fructu ,
vt per gloſ.in capitulo,cum Bertoldus, extra de
re iud.& not.in capitulo conſultationibus, de iu
re patronat.de quo tetigi ſupra hac eadem lege.

186 Et † nota, quod poterit hæc mulier pro doda-
rio petere ſibi aſſignari terras,& caſtra vicina,&
ſibi coherentia, Lucas de Penna in l.quicunque,
columna octaua, C. libro vndecimo, de omni
agr.deſert. Anton.Capic. deciſione 42. nume. 3.
in addit.

Nota tamen, mulierem amittere lucrum do-
187 dorii † in multis caſib. notatis ſupra in conſuetu-
dine proxime præcedenti,& ob adulterium, ca-
pitulo plerunque,de do.inter virum,& vxorem,
188 & † propter oſculum luxurioſum,& alia,vt ibi di
xi,& allegaui,hic non repeto.

189 Sed † an perdat dodarium,ſi infra annum lu-
ctus, iuxta l.ſecundā, vbi nota.C.de ſecund.nu-
pt. tranſeat ad ſecunda vota? breuiter reſpond.
quod non,ſecundum veram, & communem o-
pinionem,cum hodie huiuſmodi pœnæ ſint ſub
latæ ſecundo nubentium, vt per glo. & Doctor.
in capitulo penultimo, & capitulo finali, extra
de ſecund.nupt.& tenet Neuiz. in ſua Silua nup.
libro ſecundo, numero quadrageſimoſeptimo,
vbi etiam, numero quadrageſimoquinto , po-
nit pœnas ſecundo nubentium , & per Ioann.
And.& alios in dicto capitulo finali, de ſecund.
nupt.

nupt.& Salyc.in l.2.C.de ſecun.nupt.qui reſpon-
dent ad iura contraria,quod ſint ſublata per ca-
nones, & per dictum Apoſtoli illud melius eſſe
nubere,quam vri,& cum eſſent contra liberta-
190 tem matrimonij,† nam metu pœnæ ſe retrahe-
191 rent† a cõtrahendo matrimonia,& daretur ma
teria delinquendi,& fornicandi.

Sunt qui limitent hoc dictum procedere, niſi
192 infra breue tempus duorum,† ſcilicet aut trium
menſiũ mulier ad ſecundas conuolaret nuptias,
& hoc propter ſanguinis perturbationem, pro
ut tenent Bald.poſt Rayn.de Forliuio,& Pau. de
Leazar.in l.decreto,C.ex quibus cauſ.infa.irrog.
& Neuiz.in ſua Silua nupt.libro ſecundo, nume
ro 47.cum alijs ibi, quam partem putant verio-
rem Paul.de Caſt.in dicta l.decreto, licet diuer-
ſam ſententiam ſenſerit Ioan. Andr. in capitulo
finali,extra de ſecund.nupt.vbi indiſtincte, ſiue
timeatur ſanguinis perturbatio, ſiue non, licet
mulieri tranſire ad ſecunda vota,& ibi Abb.cla
rius id exprimit,& Felyn.in capitulo,eccleſia ſan
ctæ Mariæ,columna vigeſimaprima, verſiculo
ſecundo.Si tamen prima opinio Pauli eſſet tenẽ
193 da,† illam limitarem,niſi ceſſaret ſuſpictio, ſeu
perturbatio ſanguinis, vt puta, quia mulier eſſet
ſterilis,vel ſenex,vel peperit poſt mortem mari-
ti,vel in ea, cuius maritus deceſſit vltra mare,&
ſic non ſtetit,nec concubuit cum matito per an
num,quia tunc ceſſaret dicta ſuſpictio,& pertur-
batio ſanguinis,vt per Bald.in d.l.decreto,& per
addit.& Bald.in l.prima, columna penultima,
C.de ſecun.nupt.& eſt de mente Raynu.& Pau.
de Leazar. relatorum, in dicta l. decreto, per
Bald.

194 Nunquid † autem pœnæ ſecundo nubentiũ,
hodie ſint ſublatę,ſecundum dictum Apoſtoli;
quod melius eſt nubere,quam vri? dic,quod cõ-
munis eſt concluſio doctorum, quòd pœnæ illæ,
quæ reſpiciunt odium mulierum tranſeuntium
ad ſecundas nuptias, ſint ſublatæ: quæ vero ſunt
inductæ fauore filiorum,remanent, nec cẽſen-
tur ſublatæ,vt latiſſimè per exempla vtriuſque
caſus recenſent Innoc.Hoſt.Ioan.Andr.Abb. &
alij in cap.finali,extra de ſecund. nupt. plene de
hoc dixi infra in conſuet.octaua,in verbo, ad ſe-
cunda vota migrare voluerit,& pulchre per Mõ
taluum in l.13.tit.de las arras, libro 3. in verbo,
pierda la meytad.

195 Quæro † nunc mulier lucrata eſt dodarium
per mortem viri, tranſiuit ad ſecundas nuptias,
& ſimiliter ob mortem ſecundi viri lucrata eſt
aliud dodarium,& ſic deinceps tranſiuit ad alias
vlteriores nuptias, & ſimiliter lucrata eſt doda-
riũ,moritur hæc mulier relictis filijs ex primo,
ſecũdo,& tertio matrimonio,quomodo ſucce-
dent filij in his dotarijs lucrifactis? dic breuiter,
quod filij prioris matrimonii ſuccedent in dota
rio lucrifacto per matrem eorum a primo viro,
filij nati ex ſecundo matrimonio habebunt do-
darium lucrifactum per matrem per mortem ſe
cundi viri,& ſic deinceps,per tex. in §. nec illud,
in authent.de nupt. & in principio, in authent.
neque vir,quod ex dote, & per Doctor. vtrobiq.
& per gl.in §.veniunt,in verbo,prioribus, in au-
thent.de nuptiis,l.cum alijs,& in authen.vxori,
& ibi Doct.C.de ſecun.nup.

196 Succeſſiue† quæritur, pater habuit primam
vxorem,& ex ea liberos,moritur vxor relictis hi
ſce liberis,maritus contraxit ſecundas nuptias,
& conſtituit ſecundæ vxori dodarium, ex qua
ſecunda vxore ſuſcepit filios, & mortuus eſt ſu-
perſtite vxore,quæ lucrifacit dodarium, dubita-
tur modo,an iſtud dodarium huic ſecundæ vxo
ri debitum debeat ſolui de portione contingen-
te filijs ſecundæ vxoris,ex quo ipſi poſt mortem
matris in eo ſuccedunt,an debeatur de tota hæ-
reditate communis patris? & videtur dicendum,
quod debeatur de portione tangente filiis ſecun
di matrimonij,quoniam mortua matre ipſi ſuc
cedunt in dodario,dicto §.nec illud, in authent.
de nupt.cum alijs iuribus in proxima præceden
ti quæſtione allegatis, alioquin eſſet inequalitas
inter filios, quia filij ſecundæ vxoris haberent
iſtud dodarium præcipuum, quod eſſe non de-
bet,l.penultima,C. de collatio. & ad tollendam
inuidiam inter fratres, quæ maxima oritur, l.
197 cum oportet,† §.ſecundo,C.de bon.quæ liber.l.
cum pater,§.euictis,ff.de leg.ſecundo, tangit gl.
in verbo,ſecundis,in d.§.nec illud,in authent.de
nupt.In contrarium facit, quia iſtud dodarium
fuit conſtitutum per patrem defunctum, & ſic
198 eſt† debitum hæreditarium,vnde actiones acti-
ue,& paſſiue tranſeunt ad hæredes pro hæredita
rijs actionibus,l. ſecunda,C.de hæredit. actio. &
ſic omnes filij hæredes patris tenentur pro rata
præſtare dodarium ſecundæ vxori,& illud doda
199 rium qđ lucrifit per† ſecundam vxorem,debetur
filijs illius matrimonij,dicto §.nec illud,& l.cum
alijs,C.de ſecund.nupt.cum alijs ſuperius addu-
200 ctis, immo † ſi mater non tranſiret ad ſecunda
vota, haberet etiam portionem proprietatis pro
nnmero filiorum,auth.ſi tamen, C.de ſecũ.nup.
201 & in corpore vnde ſumitur, & † ſic habebunt
iſtud dodarium filij ſecundæ vxoris, tanquam
ex prouidentia legis.

Nec obſtat quod dicebatur de inæquali-
tate, nam ex quo pater communis habuit v-
xorem in eius obſequio, & fructus dotis fuere
conuerſi in vtilitatem mariti, & conſequenter
in commodum, & vtilitatem omnium filio-
202 rum,merito † qui ſentit commodum,ſentire de
bet incommodum,regu.qui ſentit, de reg. iuris
in ſexto, & l. cum qui, ff. de iureiuran. quod
nota.

Vnum adde ſuperioribus dictis in eo, ſcilicet
quod mulier lucrata hoc dodarium ſtantibus
filiis tranſeundo ad ſecunda vota, retinebit ſo-
lum vſumfructum, filij vero prioris matrimo-
nij proprietatẽ, iuxta textum in §. ſi vero expreſ-
ſim, in auth. de nupt. vbi hæc probatur conclu-
ſio,ſcilicet mulierem ob tranſitum ad ſecundas
nuptias,priuari proprietate omnis largitatis,quę
a viro ad eam peruenit, ſiue ex donatione pro-
pter nuptias,ſiue ex teſtamento, aut mortis cau-

ſa donatione, vel alia quauis ſimplici donatio-
ne,& plene habetur in l.fœminæ, l.generaliter,
& in Authen.vxore, C.de ſecun.nupt.& Dec. in
l.1.colum.5.verſic.ex his,cum ſequen.C.de ſecū.
204 nup.vbi quod † ſicut maritus de lucro dotis per
eum lucratæ vigore conſuetudinis vxore dece-
dente, tenetur reſeruare filijs prioris matrimo-
nij,Salyc.in dicta l.fœminæ,§.illud,idem in mu-
liere dicendum ſit.Ex quo infertur quod ſi mo-
205 ritur † filius prioris matrimonij ſuperſtite ma-
tre,quæ tranſiuit ad ſecunda vota , & ſuperſtite
fratre vtrinque coniuncto,quod mater ſuccedet
ſolum in vſufructu,& proprietas reſeruatur filijs
illius prioris matrimonij,l.generaliter, l.hac ædi
ctali,§.his illud,& vtrobique ſcribentes, C.de ſe-
cund.nupt.& Anchar.in conſi.278.præmittam.
206 Itaque † quod vnus coniugum lucratus eſt ab al
tero,tenetur reſeruare poſt mortem ſuam filijs
ex eo matrimonio ſuſceptis ſi tranſeat ad ſecun-
da vota,vt dicit Pau.de Caſtro conſ.441.pro de-
claratione eius,columna prima, volum. primo,
207 &† ſic dicitur ſubijacere reſtitutioni,iuxta diſpo
ſitionem,l.fœminæ.C.de ſecun.nup.vt dicit An
gel in l.mater,C. ad Tertullian.quod mater ho-
die ſolum ſuccedit filio in bonis paternis in vſu-
208 fructu,ſiue nubat ante mortem filij, † ſiue poſt,
& proprietas eſt fratrum,vt in Authen. ex teſta-
mento,& ibi Bald.C.de ſecund.nupt.Alex. con-
ſilio 63.volumine quinto, Afflict.in deciſ.75. co
lumna ſecunda , & Aret. conſilio 72.vbi appro-
bat hanc Angeli opinionem tanquam veram,
hoc idem affirmat Socin. in conſilio trigeſimo-
quarto, Omnipotens Deus , volumine primo,
Boer.deciſione 185.& 186.& ſequent.& Cæſar
Vrſil.in eius ad dictam Afflict.deciſione 75. pa-
209 raphraſi,† vbi quod eadē iuris cenſura ſeruatur
in patre ad ſecundas nuptias tranſeunte, quæ ta-
210 men intelligas † procedere in bonis ex ſubſtātia
paterna prouenientibus,ſecus tamen in aliis bo-
211 nis aliūde quæſitis, † quoniam in illis mater ſuc
cedit pleno iure,vt per Ludou.Roman. conſilio
405.præſuppoſitis,Ioan.de Anan. in conſilio 73.
ex his,vt ibi addit.Aretin.in §. præſeruntur , co-
lumna quinta,Inſtit.de ſen.conſul.Tertul. Aret.
conſilio trigeſimoſecundo,Aim.conſilio 37.vo
lumine primo, Boer. deciſ. 192. vbi pulchre ha-
212 bes quando † dicātur bona prouenire ex ſubſtan
213 tia paterna,quemadmodum † etiam pater tene-
tur lucrum ex ſucceſſione pręmortuorum filio-
rum reſeruare filijs ex eodem matrimonio, vt
per Bartol.in l.fœminæ, §. illud , & ibi Salyc.&
Angel.Aretin.in §.præferuntur , Inſtitu.de S. C.
Tertul.columna tertia, vbi late diſputat , & tan-
dem ita concludit Ioan. Andr.in addit. Specul.
in titulo de ſecund.nupt.in rubrica , & in addit.
& Benedict.Capra , conſilio quadrageſimoſex-
to,columna penultima,& conſilio 47.Dec.con-
ſilio 87. & rurſus conſilio 187. pro reſolutione
caſus,columna ſecunda,in fine,Maria.Socin. cō
ſilio trigeſimoquarto , proſequendo ordinem ,
volumine primo,& Bapt.de Blaſio in tracta.cor
relatiuorum,in quarta parte , princip. columna
octaua,verſiculo procedit,& in quinta parte, co
lumna decima,verſiculo 80. fallit Dec. conſilio
130.volumine ſecundo,& Neuizan. in ſua Silua
nupt.libro ſecundo, columna 171. & late Boer.
in deciſi.187. 190. 191. 192. cum concordan.ibi
Bartol. Cæpol. cautel. 235. ſicut dictum eſt in
matre.

Ex his infertur ad quæſtionem. Pone pater ex
214 prima † vxore habet filios maſculo,& fęminas,
mortua prima vxore,tranſiuit ad ſecunda vota,
& procreauit ſimiliter filios ex ſecunda vxore ,
deinde nuptui tradidit filiam ex prima vxore ,
quæ filia renunciauit in manibus patris bonis
maternis,& paternis in ampla forma , denique
moritur pater ſuperſtitib. filiis ex primo , & ſe-
cundo matrimonio,ſuſceptis , filii prioris ma-
trimonii dicunt , quod portio bonorum pater-
norum,quæ ſpectabat ad ſororem vtrinque con
iunctam ſpectat ad eos,nō autem ad filios ſecun
di matrimonii,& e cōuerſo filiis ſecundi matri-
monii contrarium prætendentibus,ſcilicet con-
currere in ſucceſſione bonorum , quæ ſpectabāt
ad ſororem conſanguineam , id eſt ex patre tan-
tum,ea ratione cum p renunciationem patri fa-
215 ctam , † ſit effectum patrimonium patris,in quo
æqua lance omnes filii prioris,& ſecundi matri-
monii ſuccedere debent. In quo dic , quod talis
216 renunciatio † filiæ patri facta,recipienti pro ſe,&
ſuis hæredibus,ipſi patri prodeſſe debet, & por-
tio renunciata ſpectat patri , quia videtur dona-
217 re ipſi patri , † & ſic debetur filiis vtriuſque ma-
218 trimonii cohæredibus,† etiam quod pater tran-
ſiuerit ad ſecunda vota,vt vī tenere Paul. de Ca.
cōſ. 252.viſo puncto ſupra ſcripto,volumine pri
mo,ſequitur Alexand.conſilio 149.viſo thema-
te,columna penultima,volumine ſeptimo,facit
Afflict.in deciſione 161.in fine, ea ratione , quia
ſicut ſi ex duobus fratribus vnus maritat ſororē,
& illa faciat ſibi pactum de non petendo hæredi
219 tatem paternam,† hoc pactum non prodeſt al-
teri fratri,quin poſſit ſoror experiri aduerſus eū
pro rata,vt ſentit Alexan. in l. ſi actionem, C.de
pactis.

Diuerſam opinionem,quod illa bona , quæ
ſpectabant filiæ renuncianti , debeantur filiis
eiuſdem matrimonii, & non aliis ob tranſitum
patris ad ſecunda vota , tenuit Aretin. conſilio
90.columna ſecunda,Socin.conſilio trigeſimo-
quarto,volumine primo, incip. proſequendo or
dinem, ferè per totū, Phi.Dec.conſ.396.viſis his,
vbi reſpondet rationib. Pauli Caſtrenſis, & pro
iſta parte faciunt adducta per Ang. Aret. in §. 1.
col.3.inſtitu.de S.C.Tertulli.& quæ ſcribit Capr.
conſil.46.47.& Gloſſ. conſuetudinum Neapol.
in conſuetud.ſi qua mulier,in verbo ſuccedunt,
& iſta opinio eſt verior, æquiror , communior,
ſecundum Boer. deciſio. 184. ſecundum quam
dicit pluries fuiſſe iudicatum in Senatu illo Bur
degalenſi , vt ſuccedant filij ex priore tantum
matrimonio in bonis prædictis . Nec obſtat do-
ctrina Alexand.in d.l.ſicut actionem,C. de pact.
nam loquitur in pacto cum vno inito, quod nō
exten-

220 extenditur ad aliam perſonam, † non ſpecifica-
tam, l. ſi vnus, §. ante omnia, vbi Bart. & alij, ff. de
pact. caſus iſte eſt diuerſus, quia pater per tranſi-
221 tum ad ſecunda vota amittit proprietatẽ, † quę
ſeruatur filijs prioris matrimonij, & remanet ſi-
bi ſolum vſusfructus, & hanc partem tenuit Ol-
dr. in conſil. 33. Areti. conſil. 72. col. 2. Corn. con-
ſil. 242. col. 3. circa medi. volum. 2. Dec. in l. 1. in
princ. C. de ſecund. nupt. & conſil. 87. col. 2. &
conſil. 230. in primo dubio. Aymo. conſil. 37. &
ſequitur Vinc. Maxilla. in conſuetu. Barens. dos
à patre, num. 32. facit etiam pulchra quæſtio per
Saly. in l. fęminæ, §. illud, C. de ſecun. nupt. quem
vide.

Quæſtio tamen euenit de facto; maritus, cui
mille fuerunt pro dote conſtituta, donauit vxori
quingenta in augmentum dotis ſibi promiſſæ,
& propter nuptias, & contemplatione matri-
monij, de quibus poſſit, & valeat ipſa mulier ad
ſui libitum diſponere, & ad eius voluntatem fa-
cere, ſoluitur matrimonium morte viri, & repe-
ritur, quod dos non fuit ſoluta marito, vel pars
dotis tãtum fuit ſoluta, nunquid mulier debeat
222 conſequi hoc augmentum dotis? † breuiter dic,
quod non, ſi dos non fuerit ſoluta, & ſi pars fue-
rit ſoluta, conſequetur de augmento pro rata
dotis ſolutæ. Authent. ſed quæ nihil, C. de pact.
conuen. & in authent. de non elig. ſecundo nu-
ben. §. illudque, col. 1. nec obſtaret iuramentum
deſuper interpoſitum, cum in eo inſit tacita cõ-
223 ditio, ſi dos fuerit ſoluta. Gui. † Papæ, quæſ. 274.
& facit Affl. in deciſ. 242. quod nota.

Et cum in ſuperioribus ſit dictum, mulierẽ ha
bere vſumfructum in terra feudali dotalitia vi-
gore conſtitu. regni licentiam, mortuo viro co-
mite, vel barone tenetur hæc vidua pro terra
224 feudali præſtare iuramentum fidelitatis, † ſeu
aſſecurationis comiti, vel baroni, ſeu alteri in cu
ius comitatu, vel baronia ſitum eſt feudum do-
darij, vel hæredi ipſius mariti mortui qui ſucceſ
ſit in feudo comitatus, vel baroniæ, ſub qua eſt
terra data in dotarium, vt dicit d. conſtitut. mu-
lier, quæ dotarium, quod quidem iuſiurandum
225 tria in ſe continet, † vt aſſecuret dominum de
vita, & membris, Secundo de captura corporis
ſui. Tertio quod non quærat artem, vel inge-
nium, quod terra data in dotarium ſubtrahatur
de comitatu, vel baronia, niſi ex bene placito Re
gis, quæ aſſecuratio fit extraneo tantum hæredi
marito, non autem filio mulieris ſucceſſori in
226 Baronia, † vel Comitatu. Inſuper tenetur præſta
227 re ſeruitium, vel adhoa regiæ Curiæ ſub † pœna
228 priuationis ſuæ poſſeſſionis dictæ terræ. † Et ſi
grauauerit vaſſallos, tenetur emendare omne in
229 tereſſe. Tenenturque † vaſſalli dictæ terræ doda
rij prȩſtare mulieri iuramentum aſſecurationis,
comitis, vel baronis, iuribus ſemper ſaluis, item-
que tenentur iurare comiti, vel baroni, ſaluo iu-
230 re † ipſius mulieris, † vt hæc omnia habentur ad
literam in dicta conſtitut. Regni, mulier, quæ do
tarium, vbi gloſ. Andr. Afflict. & omnes. item hã
231 bet ius † præſentandi rectorem in eccleſia iuris
patronatus exiſtente in feudo, vel caſtro dotali-
tio, in quo dominus feudi habet ius patronatus,
vt per Napod. Sebaſt. in capitulo Regni, mulier
dotarium.

Sed nunquid hæc mulier, quæ eſt vſufructua-
rij caſtri, vel terræ dotalitiæ, poſſit habere ſub-
uentionem a vaſſallis in ſex caſibus poſitis in cõ
232 ſtitut. Regni, quam plurium? videtur † quod nõ,
quoniam ſubuentio non debetur, niſi a vaſſallis
ſuis, & ſuorum appellatione non veniunt vaſſal-
233 li terræ, in qua † habet vſumfructum, ſed de do-
mino, qui habet proprietatem, l. ſi quis ſeruos, ff.
de leg. 3. & l. acquiritur, §. de his, ff. de acquir. rer.
dom & l. ſi ſerui legatus ſit vſusfructus, ff. de vſu
fruct. & Afil. poſt Barth. de Capua in d. conſtitu-
tione Regni, mulier, quæ dotarium, in nona du
bitatione, decidit mulierem ob ſeruitium mili-
234 tare, † quod pro feudo Domino Regi præſtat,
habere ſubuentionem a vaſſallis dotalitijs, cum
enim ſentiat onus, ſentire debet & emolumen-
tum: neque enim obſtat, quòd appellatione ſuo-
rum intelligatur ratione proprietatis, nã in ma-
teria de qua agimus, vaſſallorum ſuorum appel-
latione, intelligitur de domina dodarij, per ratio
nem l. pediculis, §. Labeo, ff. de aur. & argen.
lega. & in l. Publius, §. Titia, ff. de condi. & de-
monſtr.

335 Aduerte tamen quod non per hoc † ſuberit
domino Baroniæ, vel Caſtri Comitatus, ſub quo
eſt terra, vel caſtrum dotalitium, nec ratione vaſ
ſallagij, ſed tantum ratione vtilis dominij ſepara
ti a proprietate, quã habet dominus, cui eſt ſub-
dita, 16. quæſtione ſecunda, capitulo poſſeſſio,
vnde dicit ibi Bart. de Capua, relatus ibidem per
Afflict. grauamina vaſſallorum dotalitiorum
236 tolli, † emendarique per iuſtitiarium regionis,
vel quemuis alium a Regia Curia delegatum, &
hęc eſt communis practica, & vniuerſalis cõſue-
tudo, & ſic de facto ſeruatur vbique receptum,
ſecundum prædictos Doct. & caſus in exemplũ
ponitur per Afflict. in d. conſtitu. Regni, mulier
quæ dotarium, in 9. nota. verſiculo, ſed hoc non
obſtat, &c.

Et per prædicta alia determinatur quæſtio; hæ
res mariti propter ſeruitium non præſtitum a
ſubuaſſallo, vel quia deceſſit ſine hærede, appre-
hendit feudum, & cum feudo fructus pluriũ an-
norum, an hi fructus, & obuentionis pertineant
237 mulieri, † vel proprietario? dic, quod mulieri, nõ
autem proprietario, nam ad vſufructuarium ſpe
ctant fructus omnes nedum ex reipſa naſcentes,
228 verum etiam omnes obuentiones † fundi domi
nantis, & illius occaſione, vt per Oldr. conſil. 24.
Ioan. Andr. in addit. Spec. de loca. §. nunc aliqua,
verſic. 93. in ver. qui tabernas, Albet. in l. vſufru-
ctu legato, ff. de vſu. lega. & in rubrica, C. de vſu-
fruct. Paul. de Caſtr. in l. ſecunda, C. de vſufruct.
Alexand. in l. diuortio, §. ſi fundum, ff. ſolut. mat.
& in l. vltima, addit. ad Bald. in l. fi. C. de iure em
phit. Guid. Papæ quæſt. 477. numero 2. Iaſ. in l. 3.
col. 10. quæſt. 5. C. de iur. emph. Bened. in c. Ray-
nutius, in verb. cætera bona, num. 33. extra de te-
ſtam.

ſtam. ſecus ſi deuolueretur res feudalis feudo,
239 vel reintegraretur, † quia quæritur proprieta-
rio, non autem mulieri, vt per ſupradictos doct.
240 in locis prædictis. † Et Theſaurus inuẽtus in fun-
do dotalitio domino ſpectare debet, non autem
huic mulieri vſufructuariæ, l. ſi is qui, §. ſi cõmu
nis ſeruus, ff. de acquir. re. dom. cum non ſit fru-
241 ctus naturalis, nec ciuilis, † ſed dominium fortu
næ, l. vnica, C. lib. 10. de theſaur.
242 Nunquid † autẽ dominus proprietarius poſ-
ſit renunciare iuri caducitatis in præiudicium
huius mulieris in feudo dotalitio uſufructua-
riæ: & facere gratiam caducitatis inuito vſufru-
ctuario? dicam inferius dante domino in con-
ſuetud.

Pro nunc tamen dico, viduam hanc in feudo
243 dotalitio, † & creare magiſtratus, & præſentare
ad ius patronatus, & alia facere, quæ poteſt vſu-
fructuarius, & tanquam domini procuratrix,
244 quæ limita niſi in cõſtitutione dodarij †, proprie
tario fuerint reſeruata, vel aliter eſſet de conſue
245 tudine, † vel ſi mulier non per ſe, ſed per manus
246 hæredis viri fructus perciperet, † vt per ibi alleg.

Sed quid ſi mulier iſtud dodarium poſſidet
in communi, & pro indiuiſo cum hæredib. mari
247 ti, † an teneatur contribuere in expenſis pro ra-
ta, ratione fructuum quærendorum, recolligen-
dorumque? dic, expenſas factas gratia fructuum
quærendorum ex ipſis fructibus deduci, nec da-
248 tur caſus qui impediat hãc deductionem, † l. fun
dus, qui dotis, ff. fami. erciſc. fructus enim dicun
249 tur deductis expenſis, † l. fructus, vbi not. per do-
cto. ff. ſoluto matrim. l. inſulam, §. fructus, ff. de
vſur. l. fructus, ff. de oper. ſeruo. l. ſi à patre, vel à
domino, §. fin. ff. de pet. hæred. Tenebitur itaque
250 mulier † contribuere pro rata in dictis expenſis,
& nota quod dicuntur expenſæ factæ gratia fru-
251 ctuum quærendorum, † hæ ſcilicet, quæ fiunt
in arando, ſerendo, triturando, & in conducen-
dis horreis, atque alijs huiuſmodi, de quibus in
d. §. fin. l. ſi à patre, vel à domino, vbi glo. & do-
ctor. ff. de peti. hæredi. & in l. diuortio, §. impen-
dia, vbi etiam not. docto. ff. ſolu. matrimon. Ha-
bes igitur lector enucleatam hanc conſuetudi-
nem circa lucrum dotis per hæredes viri quæſi-
tum, nec non lucrum dodarij per mulierem, per
multas quæſtiones, vide de materia dodarij ſu-
pra in conſuetudine proxime immediectate præ
cedenti, & ſupra in præludijs, in verb. conſtitutio
ne dodarij, vbi vide.

Pro complemento non omittam, quid ſi dos
fuit lucrifacta per virum prole ſuſcepta, maritus
tamen legauit dotem vxori in teſtamento, vel
vltima voluntate, quæritur quid iuris? dic quod
252 mulier † habebit dotem, non tanquam dotem,
ſed iure relicti, quod valde refert: concurrent e-
253 nim creditores, † & præferentur mulieri, glo. no
tab. in conſt. Regni mulier, quæ dotarium.

Sed pone, teſtator habebat filios ex diuerſis
vxoribus, & ab vtraque habuerat dotem lucri-
factam, vel ex teſtamẽto, dicit, iubeo filios meos
tempore diuiſionis æqualiter diuidere, ex hoc
inſurgit, quod vnus ex filijs, cuius mater habue-
rat prædium, & pecuniam, volebat illud prædiũ,
ad hoc contradicebatur, quod debebat æquali-
ter diuidi, quæritur quid iuris? dico quod illa
254 verba patris, † quod æqualiter diuidantur; non
porriguntur ad prædium, quod eſt huius pro-
prium ex matre, l. cum pater, §. dulciſſimis, &
ibi not. Bart. ff. de leg. 2. & probatur in l. magis
puto, §. ſi. cum l. ſeq. ff. de reb. cor. Sed hoc opera-
255 bitur, † vt ſi dos erat in pecunia tempore diuiſio
nis, alius frater non vtetur perceptione, de qua
in l. filiæ, §. 2. ff. fami. erciſc. ſi vero teſtator vult,
quod diuidant æqualiter etiam prædia, hoc de-
256 bet exprimere, † vel dicere, quod omnia com-
municent, l. ſi. §. Lucius, ff. ad Trebellia. vide Al-
fon. Montaluum, in l. 12. quando el ome, in gl.
in verb. la buona de ſu hormano, verſic. ſed po-
ne, in titu. de las herencias, quod nota, quia quo-
tidie poteſt contingere in facto.
257 Fui hodie interrogatus, † ſi moriens relinquit
fratres, ſeu ſorores indigentes, & extraneum di-
uitem inſtituit hæredem, an inſtitutus in foro
conſcientiæ ſit tutus, poſſitque dictam hæredi-
tatem retinere? Dixi, quod Petrus Ancharanus
in cap. poſſeſſor malæ fidei. de regu. iur. in 6. quæſ.
prima, referr, quod non poſſit inſtitutus cum bo
na conſcientia hæreditatem retinere, quia teſta
tor ordinem charitatis non eſt ſecutus, cum etiã
illos indigentes viuos pro ſua neceſſitate tene-
batur prouidere iux. nota. in c. 1. de infan. & lan.
expo. ſi tamen conſanguinei eſſent diuites, & in-
ſtitutus forte indigens, vel teſtatori magna ami-
citia copulatus, & plus dilectus quam conſan-
guinei, tunc poteſt inſtitutus licite, & cum bo-
na conſcientia dicta bona retinere, vt late per
eum vbi ſupra, vt per Montaluum. foro legum,
lib. 3. titu. de las herencias, l. 13. & Io. Lup. ad le-
ges thori. l. 8. num. 15.

ADDITIONES.

258 ADde, in textu ibi, hęredes † viri, ſiue vnus
ſiue plures, & dicitur hæredes, ab hæros
Grecè, ideſt dominus, §. ſi. inſt. de hær. quali. &
differen. & an intelligatur de filijs, vt l. ex facto.
§. 1. ff. de hær. inſt. c. 1. §. & ſi clientulus, de ali. feu.
die etiam in extraneis, vt per Caſſane. ad conſue.
Burg. titu. de ſucceſſio. §. 2. & de vero ac iuſto hæ
rede, vt per eundem, in §. 1. in verbo. hæritier ha-
bile. carta 228. & vide Ant. Goucan. in l. 1. ff. de
vulg. & pupi. ſubſti.

¶ Adde, in verb. hæredes viri, num. 38. quod
veniunt hæredes in infinitum, Bart. doct. & Iaſ.
in l. Gallus, §. etiam ſi à parente, ff. de lib. & poſt-
hu. Bello. lib. 4. ſupput. cap. 16. Monferra. in l. 4. §.
Cato. num. 134. ff. de verb. obligati. licet in mate-
ria non tranſitoria in perſona primi hæredis fi-
nitur. Tiraq.

Adde, circa, num. 186. Pet. Rebuff. ad conſt. re
gi. tomo, ideſt de liter. obligat. arti. 11. glo. 4. nu-
mero 4.

mero 4. verſic. quæro ſi duo.

Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le uif. declar. 4. parte 4. & in 2. declara. par. 5. num. 6. Iaſ. in l. in annalibus, C. de lega.

¶ Adde ad hanc conſuetudinem, quod liberi procreati mortui non faciunt deficere fideicommiſſum, vt l. qui duos, vbi Soci. in §. in bello. ff. de reb. dub. Dec. conſil. 578. Alex. conſil. 121. lib. 2. Pariſi. in conſil. 36. num. 45. lib. 2. Alcia. de præſum. regu. prima, præſumpt. 49. nu. 6. doct. in l. ex facto. §. penul. ff. ad treb. Bern. Peruſi. in collecta iuris ciui. c. 894.

¶ Adde in textu, ibi legitimus, quod filius nõ tenetur credere matri aſſeueranti filium eſſe illegitimum, de quo vide Bart. pulchre in l. filium, ff. de his, qui ſunt ſui, vel ali. iur. & Catell. Corta. in ſuis memor. in verb. inuentarij confectio, ad fin. & Sylua. nup. in verb. non eſt nubendum, verſic. ſextum inconueniens, carta 17. colum. 4. in paruis, præſumitur enim legitimus, & filius mariti, etiam ſi mater eſſet meretrix, & ſtaret in proſtibulo. l. miles, §. defuncto, ff. de adulte. Ang. in l. ſeptimo menſe, ff. de ſtatu homi. Hyppol. in l. 1. §. 1. col. 6. ff. de quæſtio. & ſi non aſſimiletur marito, ſed cuidam adultero, an ex hoc præſumatur illegitimus? quod non, vt per Alciat. in tract. de præſumpt. præſumpt. trigeſimaſeptima, regu. tertia, numero ſeptimo, vbi etiam ampliat etiam ſi naſcatur ex matre, quæ longo tempore cum marito remanſerat ſterilis. Limitat tamen ſupra dicta pluribus caſibus, vt ibi, & ſignanter, quando cum confeſſione matris hoc confitentis concurreret fama, vt per Alcia. vbi ſupra, numero 10. vel ſi vxor fuit concubina alterius, & partus fuit agnitus per cõcubinarium, maxime ſi filius ſit natus in domo concubinarij vicinis ſcientibus. Benedic. Capra. conſilio ſecundo, columna prima, & ſecunda, & quod natus in domo ex vxore præſumitur mariti, etiam ſi probetur vxorem fuiſſe adulteram tempore conceptionis filij, ex quo illo tempore iacebat cum marito, Ioan. Lup. in repe. rubr. extra de donatio. inter virum, & vxorem, §. 60. numero duodecimo.

¶ Adde, quid ſi mulier poſt mortẽ viri dicatur prægnans? dic quod ad inſtãtiam hæredum viri plures ſolemnitates, circa ventrem cuſtodiẽdum, requiruntur, ne, ſcilicet alienus partus ſubijciatur; quinque enim mulieres liberę adhibẽdę ſunt, quas per iudicẽ eligi oportet, vt ſimul inſpiciant, an ſit grauida vidua, & debet certa domus honeſtiſſimę fœminæ conſtitui, vbi pariat, & ante dies triginta quam parituram ſe putet, ipſa denunciabit his, quorum intereſt, vt mittãt ſi velint, qui ventrem cuſtodiant, & in conclaui in quo mulier paritura erit, plures aditus quam vnus eſſe non debent, & ante oſtium tres liberi homines cuſtodes apponendi ſunt, & tempore partus quinque mulieres liberæ, & duæ obſtetrices adſciſcendę, quas omnes excuti decet, ne qua alia in eo conclaui ſit prægnans fœmina, & de nocte tria lumina ad minus ibi debent eſſe, quia tenebræ ad ſubijciendum partũ ſunt aptiores, vt dicitur in l. prima, §. de inſpiciendo, ff. de ventr. inſp. & Praxis huius Theoricæ ponitur per D. Vincent. de Franch. in eius deciſio. 332. deceſſit Marcus Cimminus, colum. penultima, & vltima.

An autem hic filius natus ex vxore prægnantem poſt mortẽ patris tranſmittat hæreditatem patris ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato non agnitam, ad eius matrem? dic quod ſic, cum enim primum locum obtineat ſuitaris, ex teſtamento, vel ab inteſtato ſuccedit aſcendenti, in cuius eſt poteſtate, etiam ſi infans ſit, vel furioſus, & ſic moriendo tranſmittit iure ſuitatis hæreditatem paternam non agnitam in quoſcunque etiam extraneas perſonas hæredes, l. ſi. §. ſin autẽ, C. de cura. furio. l. 3. C. de iur. delib. l. apud hoſtes, C. de ſuis, & legiti. hæred. l. ex militari, §. ſi. vbi Bart. ff. de teſta. mili. & plenius decidit Bar. in l. ventre, ff. de acqui. hæred. & idem Barto. & Bald. in l. ſi infanti, C. de iur. delib. & l. vnica C. de his, qui ante aper. tabu. Benedict. in capitulo, Raynutius, in verb. mortuo itaque teſtatore, nu. 102. 103. extra de teſta.

Vnde quamuis partus non emiſerit vocem, attamen ſi viuus natus fuerit, rumpit teſtamentum patris, & hæreditatem paternam ad matrẽ tranſmittit licet illico in manibus obſtetricis deceſſerit, dum tamen viuus ad orbem totus proceſſit, ad nullum declinans monſtrum, vel prodigium, vt dicitur in l. tertia, C. de poſthu. hære. inſt. vide Io. Oinotomium, inſt. de bon. poſſeſſ. §. ſeptima autem, num. 10. in fi. vide Gaill. 2. obſeruatio. 131. addit. Bald. conſilio 187. volumine 3.

An autem credatur mulieri aſſerenti ſe ex aliquo prægnantem? dic quod non, ſi aliter non probatur, vt per nota. in l. prima, §. mariti, cum §. ſequent. & §. fi. & ibi docto. ff. de liber. agno. vbi habes qualis debeat eſſe iſta probatio, nec ſufficit probatio, quod iſte conuerſaretur in domo cum conſanguineis mulieris, Bald. in conſ. 377. volu. 2. ſi mulier.

Quo autem tempore præſumatur quis natus, & quomodo ſit articulandum, & an partus ſit iudicandus ex matrimonio, vel ex coitu damnabili, vide Bald. in conſ. 390. tam profundę, volum. 2. & quomodo probetur filiatio. Grat. cõſ. 146. volum. 2.

¶ Adde, in textu ibi, & ſi ſtatim natus partus, &c. quod ſi mortuo patre naſcatur poſthumus, qui vocetur nomine patris, illud nomen probat illum eſſe filium eius qui mortuus eſt, l. vxor. ff. de manu. teſta. quem textum ſingularem dicit Bald. in cap. tuam, col. pen. de ord. cogni. tu vide Iaſ. in rubr. ff. ſolut. matr. col.. verſ. in ead. gl. Ger. in ſing. 80. incip. magnum.

Sed quid, ſi mater ſtatim mortuo partu, & ipſa

ſa moriatur, an tranſmittat hæreditatem filij ſibi delatam non aditam?pendet nunc de facto, vide Benedi.incap.Raynutius,in verb.mortuo itaque reſtatore in materia tranſmiſſionis, dixi ſupra,& vide Pet.Greg. Tholoſ.lib. 42. Syntag. vni. iuris, par. 3.capitulo decimotertio, dum loquitur, an tranſmiſſarius, an ſubſtitutus præferatur.

¶ Adde,num. 215.ad renunciationes, quæ quotidie fiunt à filia dum nubit,& dotatur,quãdo dicatur dote contenta,de renunciatione ſucceſſionis præteritę,& futuræ, & de dolo, & metu interuenientibus,atque de iuramento, quod interuenit in huiuſmodi renunciationibus, & ſi talis filia patri ſuperuiuat, & caſus notabiles in quibus filia non obſtante renunciatione ſuccedere poſſit, vide præter alios in locis ordinarijs Pet.Grego.Tholoſa.lib.41.Syntagm.vniuer. iuris,parte tertia,capitulo vndecimo, cum pluribus ſeqq.ad quem remitto lectorem, nam munus ſuſceptum interpretandi has conſuetudines tantum omnino ſtatui, & in meſsem alienam (vt aiunt)falcem non immittere.An autem poſſit non obſtante renunciatione hæreditatis paternæ,vel maternæ agere de inofficioſa dote, vt ſuppleatur ſibi legitima, vide Hyer.Grat.conſilio 109.volumine primo.

SVMMARIVM.

1 *Dos data donationem propter nuptias meretur, inter quæ de iure communi debet eſſe æqualitas.*
2 *Diſpoſitio tex.in authent.dos data,C.de don.ante nuptia.non eſt in vſu.*
3 *Pacta debent eſſe æqualia de iure communi in dote,& donatione propter nuptias.*
4 *Pacta tamen inæqualia dotis, & donationis propter nuptias tollerantur ex conſuetudine.*
5 *Conſuetudo iſta tollit diſpoſitionem iurium diſponentium æqualitatem dona.propter nuptias.*
6 *Hodie nulla fit donatio propter nuptias, vel minor dote conſtituitur.*
7 *Aequalitas quandoque non ſeruatur in dote, & donatione propter nuptias, ſi iuuenis, & nobilis ducat vetulam.*
8 *Iuuenis, & nobilis ſi nubat ſine dote plebeio, & ſeni, videtur remuneratio, quæ tolleratur, & numero 9.*
10 *Diſparitas pactorum in dote, & don. propter nuptias circa lucra eorum tollerantur ſi fiant ante matrimonium.*
11 *Aequalitas pactorum in dote, & don. propter nuptias militat conſtante matrimonio.*
12 *Dotis conſtitutio valet quamuis nullum conſtituatur dodarium.*
13 *Dodarium conſtitutum,ſecundum expreſſam quantitatem eſt ſeruandum.*
14 *Dodarium conſtitutum non expreſſa quantitate, cenſetur conſtitutum pro medietate dotium, ſecundum iſtam conſuetudinem.*
15 *Dodarium ſi ſit conſtitutum in minori ſumma, num maritus lucrabitur dotem integram?*
16 *Maritus lucratur integram dotem quamuis dodarium conſtituatur minoris quantitatis.*
17 *Maritus vltra dotes lucratur iocalia aſcendentia ad valorem medietatis dotium, non vltra.*
18 *Dos, & donatio propter nuptias pari paſſu ambulant.*
19 *Dos differt à dona.propter nuptias, quando maritus non tenetur conſtituere donationem æqualem doti.*
20 *Dodarium ſufficit conſtitui,quamuis non tradatur.*
21 *Cautela datur ad euitandum iſtam conſuetudinem.*
22 *Pacta inęqualia dotis, & donationis propter nuptias poſſunt morderi.*
23 *Conſuetudo iſta habet locum in dodario conſtituto ſuper quantitate, vel pecunia.*
24 *Corpus ſemper eſt certum quantitas vero incerta.*
25 *Dodarium ſi conſtituatur vltra medietatem dotium, num reducatur ad quantitatem per hanc conſuetudinem præſcriptam?*
26 *Maius reducitur ad minus pro æqualitate dotis.*
27 *Pactum inæquale reducitur ad æquale per modum diminutionis, non autem augmenti.*
28 *Pactum ſi fiat de minori quantitate, non poteſt redire ad conſuetudinarium.*
29 *Maritus lucratur minus de dote, ſi minus conſtituatur dodarium.*
30 *Antifatum ſi eſt conſtitutum, numquid reducatur ad conſuetudinarium dodarium?*
31 *Mulier num habeat reſtitutionem in integrum, ſi minus dodarium ſibi ſit conſtitutum.*
32 *Mulier tam de iure communi, quam municipali huius Regni, non habet in integrum reſtitutionem in contractibus.*
33 *Dodarium conſtitui poteſt in minori quantitate, quam iſta conſuetudo diſponit.*
34 *Quantitas eſt vnum de decem prædicamentis.*
35 *Quantitas hic qualiter accipiatur, & num. 37.*
36 *Dodarium ſiue conſiſtat in pecunia ſiue in ſtabilibus ſemper cenſetur conſtitutum pro medietate dotis.*
37 *Aeſtimatio ineſt rei.*
38 *Dos ſi non eſt expreſſa, vel quia in ſtabilibus, vel quia in genere, quid iuris?*
39 *Dos æſtimatur arbitrio iudicis quomodo, & quando?*
40 *Dos prima cenſetur data ſecundo viro.*
41 *Dote declarata, declarabitur dodarium.*
42 *Maritus recepta dote, ſi donat mulieri intelligitur donare propter nuptias.*
43 *Mulier maritata, an in dubio præſumatur dotata.*
44 *Dos ſi non eſt promiſſa nec conſtituta, num cenſeatur conſtitutum dodarium?*
45 *Quod intellige, quando vxor, vel pater eius eſſet ſoluendo nec ſolueret dotem.*
46 *Dodarium cur in dubio cenſeatur conſtitutum pro medietate dotis?*
47 *Exemplis maiorum mouemur.*
48 *Triens dodarium conſtituitur in nonnullis partibus pro ſemiſſe dotis.*

49 Do-

49 *Dodarium ſi eſt promiſſum, ſed non conſtitutum, quid iuris.*
50 *Dodarium, an conſtituatur habito reſpectu ad dotem?*
51 *Dodarium ſi conſtituatur tam reſpectu dotis, quam matrimonij, & virginitatis, quid operetur?*
52 *Dodarium conſtituendum eſt, ſecundum confeſſionem dotis receptæ, per maritum factam, & numero 53.*
54 *Conſuetudo certam tradit regulam, vt hic.*
55 *Meta vocatur dodarium in nonnullis partibus.*
56 *Pecunia largo ſumpta vocabulo quid?*
57 *Dos de qua moneta ſit conſtituenda?*
58 *Vncia quid, & quot faciant libram?*
59 *Libra quot aureis conſtet?*
60 *Hæreditatis diuiſio in 12. vncias.*
61 *Quæſtio pulchra.*
62 *Conſuetudo iſta, num militet in vidua?*
63 *Dodarium cenſetur conſtitutum in damnum virginitatis amiſſæ.*
64 *Dodarium datur principaliter habito reſpectu ad dotem.*
65 *Dodarium datur, vt mulieri magis ſit cautum in dote.*
66 *Sponſalitia largitas in multis differt à donatione propter nuptias.*
67 *Contrahentes cum viduis renunciant expreſſe, vel tacite huic conſuetudini.*
68 *Dodarium inæquale ſolet conſtitui ex conſuetudine.*
69 *Mater excluſa à dodario propter adulterium, num ſuccedat deinde filio in eo.*
70 *Semel excluſa ſemper cenſetur excluſa.*
71 *Mater excluſa ſuccedit filio in dodario non tanquam in dodario, ſed vt in hæreditate filij.*
72 *Titulus ſuperueniens nouum ius tribuit.*
73 *Dodarium, ſi non apparet conſtitutum, quid iuris?*
74 *Intellectus ad iſtam conſuetudinem.*
75 *Dodarium non conſtitui, vel minus legitime conſtitui, idem eſt.*
76 *Mulier, an habet electionem petendi dotem, vel dodarium? & num. 78.*
77 *Mulier amittit dotem, ſecundum iſtas conſuetudines, quæ lucriſit per maritum.*
79 *Dos multa habet priuilegia, quæ dodario non communicantur.*
80 *Quantitas quomodo diuidatur?*

Hæc

Hæc conſuetudo remouet dubium,
quod ſuberat de iure communi, il-
1 lo etenim iure dos dara donationē
propter nuptias meretur, & maritus
cogitur dare tantum vxori ex cauſa donationis
propter nuptias, quā
tum ipſe ex dote ac-
cepit, authē. dos da-
ta, & ibi nota. C. de
donatio. ante nupt.
diſpoſitio tamen il-
lius textus non eſt in
2 vſu, † vt teſtatur glo.
fina. in Auth. æqua-
litas. de pac. conuen.
quam refert Pariſi.
in conſi. 95. num. 35.
volum. 2. Bald. in d.
authent. dos data,
num. 2. in fi. Alba. in
conſi. 22. num. 8. Iu-
li. Clar. libr. 5. recep.
ſent. in verb. donat. queſtio. 11.

C A P. V I.

SI de quantitate dodarij conuentum, & expreſſum non fuerit tempore conſtitutionis ipſius, intelligatur, & conſtituatur pro integra medietate pecuniæ aſſignatæ in dotem, videlicet ſi dotes ſunt viginti vnciæ, dodarium cōſtituatur decem.

Sed nonne hæc
3 conſuetudo videtur iniqua? † cum de iure com
muni in pactis de dote, & ipſius dotis augmēto,
ſeu donatione propter nuptias, tam in ea con-
ſtituenda quam augenda, & in pacto de lucran-
do debeat æqualitas ſeruari, vt ſi dos eſt viginti
vnciarum, vt exemplo vtar quo iſta cōſuetudo,
itidem, & dodarium eſſe debeat, & eiuſdem quā
titatis, quo dos ipſa, vt in authent. de æquali. do-
tis, §. 1. colla. 7. & in authen. æqualitas, C. de pact.
con. Sed dic tu, quod quicquid ſit de iure com-
4 muni, tamen inæqualitas dotis, † & dodarij tol
leratur ſi vſus, & conſuetudo ſit in contrarium,
tollitur ergo diſpoſitio dictorum iurium ex hac
5 conſuetudine, † vt dicit glo. in verb. pari. ſcilicet
quantitate, in d. auth. æqualitas. prætextu igitur
huius cōſuetudinis, non ſeruatur hic æqualitas,
6 cum hodie, † vel nulla fiat donatio, vel minor
dote conſtituatur, vt dicit Io. Faber. in authenti.
ſed quæ nihil, C. de pact. dota. & Saly. in d. auth.
ęqualitas. Secundo non ſeruatur ęqualitas ſi iu-
7 uenis ducat vxorem vetulam, † vel nobilis igno-
bilem, vel viduam, iſtis enim caſibus inęquali-
tas pactorum etiamnum tolleratur, cum pactū
inæquale adiectum, cenſeatur eſſe quædam re-
8 muneratio iuuentutis, vel nobilitatis, † & talis
remuneratio valet de iure etiam inter coniuges.
l. quod autem, §. ſi vir. ff. de don. inter vir. & vxo.
prout ſic intelligendus eſt Bar. qui dictum §. al-
legat. in l. ſi diuortio, 1. quæſtio. & in l. ſi ita ſti-
9 pulatus, §. 1. de verb. obli. † & maxime ſi huiuſmo
di pactum fuerit iuramēto vallatū, vt per Gui.
Pap. quæſt. Delp. 363. licet in pactis, de quo vide
Io. Lup. in repet. rub. extra de dona. inter vir. &
vxor. §. 10. & rurſus in §. 31.

10 Diſparitas quoque † pactorū in lucrando plus
vel minus poteſt eſſe ſi ſic à principio coniuges
cōueniunt tēpore promiſſionis, puta, quia vult,
vt vir præmoriente vxore lucretur medietatem
dotis, & viro præmoriente vxor lucretur tertiā
partem donationis propter nuptias, vel dodarii,
ſeu quartæ, & vt nonnulli aiunt baſiaturę, nam
tunc pactum maius valebit nec reducitur ad mi
nus, vt dicit Inno. in capitulo. donatio. extra de
11 donat. inter uir. † & uxor. Intelligitur ergo ęqua-
litatem ſeruandam, quando pactum fieret con-
ſtante matrimonio,
ſed ante matrimō-
nium bene poteſt eſ-
ſe diſparitas, quod di
ctum multum excla
mat Angel. in auth.
æqualitas, C. de pact.
conuen. dicens men
ti tenendum ſemper
cordi fixum, quod ſe
quitur ibi Salyc. &
magis communiter
docto. & Venafra. in
conſilio quinto, col.
fin. num. 17.
Et nota † quod ſi-
cut ualet conſtitutio
12 dotis † quamuis nullum conſtituatur dodariū,
vt per glo. in dicta Anthent. ęqualitas, C. de pa-
cti. conuē. ſic erit matrimonium cum dote, quā-
uis nullum conſtituatur dodarium, & nihil pe-
nitus de eo ſit dictum: ſi vero ſit conſtitutum
13 dodarium, † ſecundum expreſſam quantitatem
illud eſt ſeruandum: ſi autem ſit conſtitutum,
14 non expreſſa certa quantitate, † tunc cenſetur
ſecundum hanc conſuetudinem conſtitutum,
pro medietate dotium, vt hic dicitur, & ſic in
minori quātitate quam ſit dos. facit textus in l.
ex morte, C. de pact. conuen.

Sed quum dodarium ſit conſtitutum in mi-
15 nori ſumma, † num maritus lucrabitur dotem
integram in caſibus notatis per has conſuetudi-
nes, videlicet, cap. tertio, capitulo quarto, & cap.
quinto, habito reſpectu ad dodarii quantitatem
per eum conſtitutam? videbatur quod non, per
tex. in l. lege Leonis, vbi nota. C. de pact. conuen.
quod verum eſt de iure communi, ſecus tamen
16 eſt ſecundum has conſuetudines, † ſecundum
quas maritus lucrifaciat integras dotes, quam-
uis dodarium ſit minoris quantitatis, & mulier
17 lucrabitur vltra dodarium † iocalia, & ornamē-
ta per virum facta aſcendentia ad valorem me
dietatis dotium in pecunia, non vltra, ut ſupra
in conſuetud. ſi mattimonium carnali copula,
capit. 4. & ſic omnibus penſatis reducetur ad æ-
qualitatem.

18 Et ſi dos, † & donatio propter nuptias in mul
tis ambulent pari paſſu, ut declarat Veron. caut.
110. Catelli. Cotta. in ſuis memora. in verb. do-
natio propter nuptias, differunt tamē, quoniam
maritus non tenetur conſtituere donationem
propter nuptias ęqualem doti. alioquin dos
19 nullam commoditatē viro afferret, † vt ibi per
eum: ſufficit tamen ſi conſtituatur dodarium,
20 licet non tradatur, † vt per Bald. in conſilio 223.
quia ſi donatio. volum. 4. Cautela tamen datur
21 ad euitandum † hanc conſuetudinem, quod
fiant pacta antequam matrimonium contraha-
tur,

tur,vt per Cępol.in caute.110.Angel.in l.ex mor
te,C.de pact.con.Inn.in c.donatio.extra de don.
inter vir.& vxor.licet ſecundum aliquos huiuſ-
22 modi pacta poſſint morderi,† vt per Deci:conſ.
644.viſo.quoniam innitant ad incontinentiam,
vt per Cottam in d.verb.donationes propter nu
ptias,per Bar.& doct.in l.ſi ita ſtipulatus fuero,§.
ſi tibi nupſero.ff.de verbo.obligatio.
23 Quod† autem hic dicitur,procedit in dodario
conſiſtente in pecunia, alias, ſi conſtituatur in
terra, vel territorio,non loquitur hæc conſuetu
do, nec poteſt habere dubium, quia tunc doda-
rium eſſet ſuper certa re,& certo corpore, & ſic
non egeret declaratione quantitatis,cum res,&
24 corpus ſint certa; quantitas vero incerta, † niſi
certificetur,l.in ratione,§.incertæ,ff.ad l.falcid.
Sed quid ſi maius dodarium conſtituatur,
25 quam medietas reſpectu dotis,† prout hæc con-
ſuetudo dicit,nunquid debeat reduci ad quanti-
tatem per hanc conſuetudinem præſcriptam,
videlicet ad medietatem,& e conuerſo,ſi minus
quam medietas conſtituat̄, nunquid debeat ſi-
militer reduci ad medietatem? dic quod in hoc
26 non ſeruatur æqualitas,† nam maius reducitur
ad minus, non è conuerſo, per tex. in Authent.
æqualitas,C.de pact.conuen.& in l. lege Leonis.
eo. titu.vbi Bald.dicit quod maior pars lucri ad
minorem reduci debet, non autem minor ad
maiorem,& pactum inæquale reducitur ad æ-
27 quale per modum diminutionis,† non autē per
modum augmenti, & ibi pulchre aſſignat ra-
tionem diuerſitatis,& cum mulier viro mortuo
habeat dodarium conſuetudinarium, ſi de mi-
28 nori conueniat, † non poteſt vlterius redire ad
conſuetudinarium,vt ibi per eum, & per Caſſa.
in conſuetud. Burgun.titu.4 §. 8. carta 171. co-
29 lum.2.† lucrabitur ergo minus de dote maritus.
Sed quid ſi eſt conſtitutum antefatum in lo-
30 cum dodarij,† vel ſimpliciter conſtituit antefa-
tum,vel donationem propter nuptias, nunquid
reducatur ad quantitatem dodarii conſuetudi-
nis,& an ſapiat naturam eandem quam doda-
rium conſuetudinarium? videtur quod ſic, quo
niam reducere eſt,ad priſtinum ſtatum, & for-
mam ducere,l.3.§.pen. ff. de itin. actu. priua. &
Caſſan. in conſuetud.Burgund. in ſimili quæſt.
rub.4.§. 8.carta 171. colum. prima,verſi. quæro,
an hæc.
31 Et num, ſi eſt cōſtitutum dodarium,† non pro
medietate dotium,vt hic dicitur, ſed in minori
quantitate, an mulier poſſit petere reſtitutio-
nem in integrum tanquam læſa, vt reſtituatur,
& conſtituatur integrum dodarium? iſtam quæ
ſtionem mouet Afflict.in conſtitutio. Regni,li-
centiam, vbi loquitur de quarta,vbi reſidet non
32 reſtitui in integrum,† nam mulier in contracti-
bus tam de iure communi, quam conſtitutio-
nis Regni nō habebat reſtitutionē in integrum,
niſi in iudicio,vt in conſtit.Regni legum obſcu-
ritatem,vbi quod in iudicio tantum reſtituitur,
iccirco poteſt conſtitui dodarium in minori
33 quantitate, † vt ibi per eum,& per Bald.in auth.
dos data,in 2.lectu.C.don.ante nupt.

Nota ex textu,ibi ſi de quantitate: quantitas
34 enim eſt vnum de decem prædicamentis,† quæ
ſunt ſcilicet ſubſtantia,quantitas,relatio, quali-
tas, actio,paſſio,habitus,locus,tempus,ſitus,de
quibus ample diſſerit Azo. in eius præludijs in
ſum.C.in verſi.interpretantur,& quid ſit quan-
titas apud iuriſconſultos,vide l.1.ff.de contr.em
pt.& l.à diuo pio.§.ſi pignora.ff.de re iudi.poni-
35 tur ibi pro æſtimatione, ſeu valore,† vt ſentiunt
peritiores neoterici, non autem pro ſumma,&
numero,vt omnes Doctorum difficultates eno-
dentur,de quo vide Alcia.lib.6.paradox. c. 3. &
in l.creditor.ff.ſi cert. peta.& Franc. Duar. lib. 1.
anniuer.quæſt.c.6.ſiue igitur conſtituatur in pe
36 cunia,ſiue in ſtabilibus, ſemper intelligatur,† &
conſtituatur pro medietate integræ pecuniæ
datæ in dotem,& hic eſt verus, & genuinus in-
37 tellectus huius verbi †(ſi de quantitate) ideſt va-
lore æſtimatio ineſt rei.Franc.dec. 308.
Sed quid ſi de quantitate dotis nō eſt dictum
38 expreſſe, † vel quia conſiſtit in ſtabilibus non
adhuc æſtimatis,vel dos in genere,quæ arbitrio
39 iudicis æſtimatur, † ſecundum patrimonij vi-
res,numerum liberorum,& conditionem & di-
gnitatem perſonarum,ſecundum Andr.in con
ſtitu.Regni in aliquibus,l.quæro, ff. de iure dot.
40 l. filiæ,ff. de leg.3.† vel quia alias nupta primam
dotem cenſetur dare ſecundo viro,vel quia mu
lier ſe ipſam dotauit, intelligitur de dote con-
grua, ſecundum Bar. in ſua quæſtio. mulier ha-
bens amplum patrimonium? dic quod ex futu-
41 ro euentu declarata dote, † declarabitur quan-
tum erit dodarium,arg.l.1.de ſent.quæ ſin.cert.
quan.profer.& vide Ferr. in conſue.Burd. tit. 4.
§.6.colum.fi.
42 Infert igitur ex hoc,† quod maritus contracto
matrimonio, & recepta certa dote ſiue in pecu-
nia ſiue in ſtabilibus, ſi donat mulieri, videtur
donationem facere propter nuptias,valebitque
donatio vſque ad valorem, & æſtimationem
medietatis dotium, hac conſuetudine ſic per-
mittente, vt per Bald. de Bartolinis, quem No-
uellum appellant,in tra.de priui.dot. par.6.priu.
14.Lup. in repet.rub.extra de donatio.inter vir.
& vxor.§.6.verſi. imprimis quidem, & dixi ſu-
pra,capit.2.& vide Rode.Suar.in l.1.de las arras.
num.23.verſi.quæro tertio, & nota quia accidit
quotidie in facto.
An autem nupta mulier nulla apparente do-
43 te, † nec inſtrumento dotali, præſumatur do-
tata ex eo ſolo, quod ſit maritata, cum non ſit
præſumendum,quod ſine dote. vide Albe.Bru.
in tract.ſtatu.excl.fęmi.arti.6.quæſt.8.num.227.
verſi.octauo,quæro.
Si tamen nullas dos eſt promiſſa, nec conſti-
44 tuta,† an mulier lucretur dodariū,vel cenſeatur
conſtitutū? dic breuiter,non cenſeri cōſtitutū,&
proinde non lucrari.Gui.Pap.quæſti. 439. quod
45 tamen intellige,quando vxor,† vel pater eius eſ-
ſet ſoluendo,nec ſolueret dotem, vt per addent.
ad prædictam deciſionem Gui. Pap.
46 Cur autem cēſeatur conſtitutū† dodariū pro
medietate quātitatis dotium,& nō maiori, vel

minori?dico iuris eſſe poſitiui, & ſufficit pro ra-
tione voluntas,l.non omnium, ff. de legi. Tum
47 etiam exemplis mouemur,†fuit enim apud græ
cos mos dari vxoribus pro acceſſione dotis, di-
midiam partẽ dotis,quod, & Tholoſę in Gallia
obtinere meminit Pet.Grego .Tholoſan. lib. 8.
ſintagm.vni.iur.c.7.num. 31. & Conſtant. Har-
menopolus in nonnullis partibus pro ſemiſſe
48 conſtituen. trientem tantum lib. 4.† promptu.
iur.titu.7.& id quod pacto cõuentum eſt, id eſſe
ſeruãdum,& ſi nihil placuit ad trientem virum
obligari, vt per eundem ,in loco præcitato, lib.
tamen 4.cap.10.

De donatione iſta propter nuptias doti æquã-
da , & varijs iuribus circa eandem, ipſiusque
conſtitutione, vide omnino pulchre per Dua-
ren.in eo quo agitur ſoluto matrimonio tracta-
tu, de donatione propter nuptias, ad intelle-
ctum plurium iurium in materia .

Sed quid ſi non eſt conſtitutu m dodarium,
49 ſed promiſſum conſtitui , † & quando , & quo-
modo conſtituatur,& an debeatur ſi eſt promiſ
ſum conſtitui , ſed non fuit cõſtitutum, dictum
eſt ſupra in ſuperiori,& præcedenti conſuetudi-
ne.vide glo. conſuetud. Neapoli. in conſuetud.
Quartam autem, in glo.conſtitutam , & per do-
cto.in conſt.Regni mulier quæ dotarium,& Ni-
50 grum. in c. Regni mulier dotarium ; & an† de-
beatur habito reſpectu ad dotem,vt videtur hæc
conſuetudo reſpexiſſe,& quid ſi addatur in in-
ſtrumẽto dotali, quod cõſtituit dodarium tam
reſpectu dotis quam etiam matrimonij,& vir-
51 ginitatis,† vtrum operetur,vt acquiratur doda-
rium etiam non ſoluta dote promiſſa,vide add.
in d.conſuetud.Neapolit.Quartam autem,quæ
addi.Incipit.nota ex iſta glo.ad quam recurre.

52 Si tamen dotes promiſſę,†nõ ſunt integrè re-
ceptę,maritus tamen confeſſus eſt eas integre
recepiſſe,vel plus recepiſſe quam cum effectu re
53 ceperit,† dodarium conſtitui debet ſecundum
dictam confeſſionem , quamuis integre dotes
non receperit,licet poſſit maritus agere, vt id;
quod vere non recepit,accipiat,& conſequatur,
l. ſi voluntate, vbi Bart. C. de dot. promi.quem
pro ſingulari tradit idem Bart. in ſuis ſingulari.
ſuis eſt, num. 172. incip: ille qui confitetur , ad
quod faciunt allegata per eundem Bart.& Paul.
de Caſtr.in l.pen.§.ſi vir.ff.ſolut.matrim. Bal. in
addi.Specu.titu.de confeſſ.Fel.in c. ſi cautio. de
fid.inſt.Areti.in §.fuerat,colum. 11. inſt. de act.
Campe.in tract.dot. prima parte,quæſt. 52. col.
3.verſi.ſecundo caſu, & Bald. no. in tra. doti. 8.
parte priui.24.Neuiza.in ſilua.nup.in verb. diui-
ti non eſt nubendum,carta 74.verſic. limitat ſe-
ptimo.

Et ſic in hac conſuetudine certa traditur re-
54 gula,†vt alio non expreſſo,intelligatur conſtitu-
tum pro medietate dotium,itaque certa dicitur
55 meta, † vti vulgus metam vocant in nonnullis
partibus hanc donationem, ſeu dodarij conſti-
tutionem.

Nota in verb.pecuniæ,vt ponatur hic pro pe
56 cunia largo ſumpto vocabulo ad l. †pecuniæ
verbum,ff.de verb.& rer.ſigni. ſed de qua pecu-
57 nia dos cõſtitui debeat,†vtrum de vſuali curren
te in regione antiqua,vel de minori,ſi plures ſũt
monete ? vide Fabia. de Monte. in tra. de empt.
& vendi.in 5. quæſtio. princ. num. 14. cum ſeq.
in qua vè moneta reſtituenda, dixi infra conſuẽ.
cap.8.

58 In verb. † vnciæ,quot ponderibus vncia con-
ſtet, & quot vnciæ faciant libram olim , & ho-
die? dic quod vncia habet vigintiquatuor ſcro-
pulos,& octo dragmas,C.de metalli. & metalla.
l. 1.lib. 11.& duodecim faciunt libram,l. ob me-
tallum,C.eo.libram autem auri conſtituunt ſe-
59 ptuaginta duo aurei,l.quotiens,† C.de ſuſcept.
& Arcar.li.10.hodie vero conſtat ex nonaginta
ſex ducatis Venetis, vt ibi dicit Bart. de quo vide
Panor.& Fely.in c.conquerente, extra de offi.or
di.& Bude.in tract.de aſſe.lib.4.Dida. Couar. in
tract.veter.collatio.numis.cap.4.& de libra auri
loquitur tex.in l.quintus,la 2.ff.de aur. & argen.
lega.l.1.C.de monopo.l. duo. C. de ſuſcepto. &
arca.lib.10.& in authent.de armis.col.6.pro ſin-
gulis argenti libris quinque tantum ſolidi ideſt
aurei inferuntur,l.1.C.de arg.præſi. quod Theſ.
infer.lib.10.quæ non ſunt negligenda ad intelle-
ctum multorum iurium,l.ſancimus,C. de don.
l.ſiquis argentum,& ſimilium,licet alias vnciæ,
& libra faciant diuiſionem hæreditatis in duo-
60 decim vncias diuiſę,in l.ſeruum,† §.ſi.ff.de hær.
inſtitut.& inſtitu.eo.§.hæreditas,de qua pulchre
per Duar.lib.2.anni.diſputati.cap.36.& Alexan.
Geni.dier.lib.4.c.24.

Fuit tamen quæſtio de facto,nec cauſam no-
61 mino nec perſonas,† fuit conſtituta dos ducato
rum fere ſex mille inter perſonas paris condi-
tionis,& futurus ſponſus ex pacto expreſſe cum
coniunctis puellę pepigit, & conſtituit antefa-
tum , ſeu dodarium futuræ coniugi ſatis mino-
ris quantitatis, & citra medietatem dotium,
negotio in iudicio deducto per mortem viri ſo-
luto matrimonio , petijt mulier integram me-
dietatem pro dodario quam deberi integre fuit
deciſum . Sed ſi prædicta conſiderantur , ſcili-
cet pacta inæqualia valere ante contractum ma
trimonium ex dictis per Inno.in c. donatio. ex-
tra de donatio. inter vir. & vxo. conſtante vero
matrimonio pacta de iure eſſe debere æqualia,
id tamen conſuetudine non obſeruari,ex Ang.
Saly.& alijs in d.authent. æqualitas , C. de pact.
dota.conu.& ex Ioan. Fabro. in d. l. Leonis,illo
titu.hanc ſententiam puto veriorem ex prææalle-
gatis.

Nunquid hæc conſuetudo militet in vidua,
62 quæ nubendo conſtitutũ eſt †ſibi dodarium,an
cenſeatur cõſtitutũ pro medietate dotis?& vide
batur dicẽdũ,ꝙ non,nam videtur conſtitutũ ob
63 dãnũ amiſſę virginitatis,† & quaſi in pretiũ qđ-
dam,l.ſi ſponſo.C.de don.ante nup.contrariũ di
cas,ꝙ imo militet prouiſio huius cõſuetudinis,
64 etiã in vidua,†&ratio eſt,qm̃ dodariũ datur prin
cipaliter habito reſpectu ad dotẽ, & vt mulieri
65 ſit magis cautũ, vt cõſiderat gl. † & ibi ſcribẽtes
in aut.dos data,C.de do.an.nu.&tex.in d.l.ſi ſpõ-
ſo.

ſo.procedit in caſu ſuo,ſcilicet in largitate ſpon-
66 ſalitia,† quæ in multis differt à donatione propter nuptias,& ab hoc dodario, vt late per gloſ. conſ.Neapoli.in conſuetudine.Quartam autem de iur.quartæ in rubr. Veruntamen contrahentes ſolent ſibimetipſis cauere, dum cum viduis
67 contrahunt † cum renunciatione huius conſuetudinis,cui expreſſe renunciare poſſunt,imo tacite,vt per glo.& doct.o. in Authent. æqualitas, C.de pact.con.vbi id Angel. & Salicet.expreſſe
68 dicunt, † poſſe conſtitui dodarium inęquale ex conſuetudine.

Sed nunquid mater excluſa ab hoc dodario
69 propter eius turpitudinem,ſcilicet adulterium, iux.c.plerunque,extra de don.inter vir. & vxor. & l.conſenſu.C. de repudi. quo caſu acquiritur eius filio,nunquid mortuo filio ſuccedat mater?
70 videbatur,† quod non, cum ſemel excluſa ſemper cenſeatur excluſa,c.1.§. quin etiam,epiſ. vel
71 abba.† dic quod ſuccedet mater non tanquam in dodario,ſed vt in hæreditate filij, per nota. in c.cum inter.P.extra de renunc.& per ea,quæ latecumulat Natta. in c. quãuis, de pact.in ſexto,
72 cum† ſuccedat mater ob ſuperuenientẽ titulum ex teſtamento,vel ab inteſtato tanquam in bonis filij,quod ſequitur Io.Lupus,in l. 14.Thori. num.12.13..

73 Quid† autem ſi dodarium non appareat conſtitutum, vel fuit conſtitutum non legitime eo modo,& ſecundum ſolemnitatem, de qua per Andr.de Iſer.in c.1.§.donare,quali.olim feu.poter.ali.& per gloſ.in conſti. Regni mulier, quæ dotarium,an militet hæc conſuetudo? dic quod non,cum iſta conſuetudo de conſtitutione loquatur,ibi tempore conſtitutionis ipſius, ſecus ſi ſit conſtitutum legitime non expreſſa quan-
74 titate,† & ita intelligo hãc cõſuetudinem.idem en im eſt non conſtitui,vel minus legitime con-
75 ſtitui,† l.quoties,ff.qui. ſatis. cogan. l. non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poſſ.contra tabu.l.4. §.condemnatum , ff. de reiudi. cum iuribus ſimili.

76 Sed quid ſi dos fuerit mille,† & fuit conſtitutum dodarium aliorum mille, ſoluitur matrimonium per mortem viri vxore ſuperſtite prole ſuſcepta,quæ dos lucrifit per hæredes viri, vt ſupra in proxima præceden.conſuetudine, & vxor habebit dodarium. Nunquid mulier poſſit dicere,nolo dodarium,detur mihi dos mea? vi-
77 debatur dicendum,† quod non,nam amiſit dotem ſecundum has conſuetudines, ergo eam petere non poteſt.Contrarium videtur determinare gloſ.in conſt.Regni mulier,quæ dotarium,
78 vbi † quod mulier habet optionem in hoc caſu petendi dotem,vel dodarium, quod nota. cum
79 multa,† & maiora habeat priuilegia dos, quæ dodario non communicantur,vt not. in l. fi. C. qui poti.in pign.habean.& in authen.æqualitas, C.de pact.conuen.& not.doct.o.in l. 1.ff.ſol.mat. quod notabis.

Adde,quod quantitas id,quo quantum,quid
80 eſſe dicitur aut iudicatur,quæ diſtinguitur in numerum pondus,& mẽſuram,numerus, vt duo, tria,quinque,decem,centum,mille:pondus, vt ſextans,quadrans, dodrans,as, dupondius, tripondius.Menſura,vt digitus,palma,pes, paſſus, ſtadium,miliare,vlna, hemina, ſextarius, congius,modius,vrna,amphora.de quibus paſſim, in iure ciuili. Sed per metaphoram inquit Plinius iunior epiſtolarum lib. 7. Iudicum ſententiæ numerantur, non ponderãtur,quod ei videtur perquam abſurdum. Simili ratione motus Iuriſconſultus in l.2.ff.de verbo.ſigni. horas diei ponderat,non numerat,dum vult priores quinque horas poſterioribus ſeptem præualere,ea ratione, quod ad quoduis negotium conficiendum poſt prandium ſimus ineptiores. de his latius per Iacob. Spiegelli. in hoc verbo quantitas. Luc.de Pen.in l.ſecunda, C. de fru.vrb. conſtanti.

ADDITIONES.

Adde, qđ ſi ſponſus promittat ſponſæ pro dodario fundum valentẽ plus quã medietatem dotium, valebit quidem pro medietate tantum,non vltra,nam quamuis valeat fundus pluris,tamen poterit æſtimari,& ſeparari medietas ab illo pluri.arg.l.ſi ſponſus,§.generaliter, ff. de do.inter vir.& vxo.per quæ iura firmauit Io. Lup.ad ll.thori.l.50.num.12.

Vxor cogit virum ad conſtituẽdum hoc conſuetudinarium dodarium,Bald.in authent.dos data,C.de donat.ante nupt. & qua actione agat, vide ibi.

Quid autem ſi vxor promittat dotem magnam viro, eumque fallat, an poſſit petere, vt ſibi conſtituatur dodarium ? dic quod non, & ratio eſt,quia in correlatiuis , ſeu correſpondentibus cauſis, non debet ei fides ſeruari,qui aduerſarium in contractu decipit, vel fidem aduerſario non ſeruauit,per l.3.& ibi nota.per Bal. C.de dona.ante nupti.

Vtrum pro conſecutione huius dodarij mulier habeat hypothecam? reſpond.quod Bald.in l.vbi adhuc,C.de iur.doti.col.pen. verſicu.Item quæro.nam lex noſtra dicit, quod tacita hypotheca introducta à lege pro dote, habet locum etiam in donatione propter nuptias,& hoc tam ſoluto matrimonio,quam eo conſtante in caſu vergentię viri ad inopiam,vt eſt caſus in d. l. vbi adhuc. Contrarium videtur tenere ipſemet Bal. in l.aſſiduis,C.qui pot.in pig.habean. poſt Cyn. ibi in tertia oppoſi.& Salyc.in fin. & Areti. in §. fuerat,colum.12.inſt.de actio. quia in donatione eſt lucrum, in dote eſt damnum ſi amitteretur,& probatur in eo textu, ibi ſi amittatur poſteriori datum. Tu tene primum, quod detur tacita hypotheca,nec obſtat dictum Bald. in d. l. aſſiduis,& aliorũ,nam ibi loquitur de iure prælationis iuxta terminos d.l.aſſiduis. Neguſan. in tract.pign.in 4.membr.2.parte,quæ tamen intelligas,quando vxor agit ad donationem propter nuptias,quærens illam lucrari, ſecus ſi ageret ad illam tanquam pro dote obligatam, tunc enim cum hypotheca habebit etiam prælationẽ. Abb.

in capitulo ex liberis de pignor. & per Neguſ. vbi ſupra.

ADDITIONES.

ADde, in tex. ibi, ſi dotes ſunt viginti vnciç, quod in illa veterũ paupertate dotes erant exiguç, ſucceſſit noua ætas, quæ mille florenis erat contenta, imo erat magna dos, vt per Caſſa. in conſuetu. Burgund. rubrica ſeptima, §. duodecimo, carta 270. columna 3. verſicu. aduerte, Sed aliter hodie aucto luxu, diminutis facultatibus, non per vncias, ſed per millenaria dos conſtituitur.

Vide Eguin. Baro. Inſtitu. de donatio. vbi ait dotalitium ſi lege non ſit conſtitutum, vſusfructus dimidiæ partis rerum ſoli, vel tertiæ viduæ marito fæminę debetur, id legibus Francorum comprobat, ſubdit ibidem donationem immobilium rerum, & dotalitium mulier ſimul obtinere non poteſt, hactenus ille, ex quo collige dotalitium id nuncupari per ſum. Pontificem, in capi. plerunque, extra de donat. inter vir. & vxorem, quod nos dodarium vocamus, & tertiam vſusfructus in vidua ad nos de Francis deſcendiſſe.

Adde circa num. 60. partes aſſis plures duodecim quomodo ratione arithmetica reuocentur ad duodecim per Eguin. Baron. pulchre, ad titu. inſtitu. de hæredi. inſtitu.

Adde, circa, num 80. ad textum in princip. ſi de quantitate, obſeruãda in criminibus puniendis, vel tranſigendis, ſeu componendis. Pet. Gregor. Tholoſa. lib. 31. Syntag. vniuer. iur. capitulo 8. 9. 10.

Adde, ad tex. decem vnciç quod quamuis dodarium conſtituatur decem, & ſic pro medietate dotium, tamen conſtituuntur etiam iocalia eiuſdem valoris decem, ita quod aſcendit dodarium, & valor iocaliorum ad integram dotem; vt dictum eſt ſupra, ca. 4. adeo, quod iſtud dodarium eſt duplicatum, vt ita dicam reſpectu dotis, quod quidem etiam de conſuetudine Saxonica teſtatur Io. Oinoto. inſti. de dona. §. eſt, & aliud, & dixi. ibi. in additio. dicto cap. 4. Nuntius Pellicia. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quæ eſt in viduitate, nec tranſit ad ſecunda vota, & thorum mariti cuſtodire voluerit, interim debet habere victum, & veſtitum & alia neceſſaria, etiam ſi alimenta a viro non fuerint relicta.*

2 *Dote reſtituta mulier de iure communi alimenta habere non debet, ſed ſe de ſuo alet. dote vero non reſtituta, diſtingue, num. 3. 4.*

5 *Mulier ſi non habet vnde ſe alat, cauſa eſt ſufficiens compellẽdi hæredem ad dotis ſolutionem etiam pendente anno.*

6 *Intereſſe dotis debetur elapſo anno, non ſoluta dote.*

7 *Intereſſe dotis de iure conſuetudinum iſtarum non debetur etiam elapſo anno, ſed tantum alimenta.*

8 *Poteſt tamen mulier elapſo anno nõ reſtituta dote alia via ſibi conſulere. remiſſiue.*

9 *Dos ſi eſt parua non ſufficiens ad alimenta, quid fiet, & num. 10.*

11 *Et quid e conuerſo ſi fructus dotis excedunt alimenta?*

12 *Alimenta ſuccedunt loco intereſſe.*

13 *Alimenta præſtita vxori, ſecundum hanc conſuetudinem ab extraneo, poſſunt repeti ab hæredibus viri.*

14 *Alimenta præſtita mulieri debentur pro præterito ab hæredibus viri.*

15 *Alimenta iſta, an præſtanda ſint in rebus, an verò in pecunia?*

16 *Alimenta non fuiſſe præſtita, cui incumbit onus probandi?*

17 *Honeſtas ſemper attendenda eſt.*

18 *Mulier inhoneſte viuens expelli poteſt à uicinia.*

19 *Meretrices cogi poſſunt ad deferendum aliquod ſignũ, vt ab honeſtis diſcernantur.*

20 *Maritus cogi poteſt ad dimittendum concubinam ad inſtantiam vxoris eiuſque coniunctorum.*

21 *Barones non poſſunt compellere vxores vaſallorum ad tripudiandum in eorum feſtiuis.*

22 *Vidua amittit dotem ſi inhoneſte viuat.*

23 *Patri tamen eius non præiudicatur in dote profectitia.*

24 *Mulier honeſte viuere debet, vt habeat alimenta conſuetudinaria.*

25 *Mulier vidua amittit priuilegium fori mariti ſi inhoneſtè viuit.*

26 *Mulier amittit tutelam filiorum ſi inhoneſte viuat.*

27 *Mulier amittit executionem teſtamenti ſi inhoneſte viuit.*

28 *Mulier amittit priuilegia mariti ſi inhoneſte viuat.*

29 *Mulier plebeia nupta baroni adipiſcitur eandem dignitatem quam retinet etiam poſt mortem viri.*

30 *Mulier nupta comiti, efficitur comitiſſa.*

31 *Mulier gaudet omnibus mariti priuilegijs.*

32 *Mulier etiam ſi dotem non dederit, alenda erit de bonis mariti.*

33 *Mulier inhoneſte viuens perdit omnia quæ à quondam viro habuit, & num. 40.*

34 *Thorum vidualem cuſtodit ea, quæ religionem ingreſſa eſt.*

35 *Thorum vidualem cuſtodire nil aliud eſt niſi vidualiter viuere.*

36 *Thorum viduale eſt habitum nigrum deferre.*

37 *Thorus vnde dicatur?*

38 *Vidualis vita dicitur non tranſire ad ſecundas nuptias.*

39 *Vidua dicitur eſſe in priori matrimonio.*

41 *Legatum ſi vidualem vitam ſeruauerit, amittit mulier, ſi ad ſecunda vota migrauerit.*

42 *Itemque filij ſucceſſione priuabitur.*

43 *Mulier, an per tranſitum ad ſecunda vota amittat familiam, & ciuitatem viri.*

44 *Mulier viro mortuo, an retineat nomen regium?*

45 *Victus appellatione quid veniat.*

46 *Medelę, pharmaca, & quæ conferunt ad valetudinem, veniunt victus appellatione.*

47 *Vi-*

47 *Victus appellatione venit aqua venalis.*
48 *Tela ordinata ad veſtes verbo victus.*
49 *Veſtes nigra, & lugubres veniunt verbo victus.*
50 *Lectus vidualis venit verbo victus.*
51 *Alimenta, veſtes, lectus vidualis dantur, ſecundum dignitatem perſonarum iudicis arbitrio, & Iacob. Menoch. de arbitr. iud. quaſt. libro primo, centur. 2. caſu 169.*
52 *Lectus vidualis, & veſtes num viduæ de iure communi debeantur?*
53 *Alimenta debentur viduæ ab hæredibus viri, quemadmodum debentur viro viuente.*
54 *Vidua cenſetur durare in matrimonio.*
55 *Alimenta debentur mulieri, vſque ad reſtitutionem dotis.*
56 *Alimenta debentur mulieri etiam pendente iudicio reſtitutionis dotis.*
57 *A ſententia præſtationis alimentorum appellari non poteſt, & quomodo.*
58 *Alimentorum cauſa agitur etiam die feriato.*
59 *Mulier pendente reſtitutione dotium, an poſſit petere intereſſe, & remittere alimenta, & numero 60.*
61 *Mulier poteſt compellere hæredes viri ad reſtitutionem dotium, vel præſtationem alimentorum.*
62 *Alimenta non excomputantur in ſortem dotis.*
63 *Mulier vidua eſt alenda, etiam ſi habeat patrem.*
64 *Etiam pro primo anno, dato ad reſtitutionem dotium.*
65 *Mulier elapſo anno poteſt remittere alimenta, & cogere hæredes viri ad dotis reſtitutionem.*
66 *Alimentorum appellatione venit victus, veſtitus, habitatio.*
67 *Tranſactio alimentorum non porrigitur ad habitationē, nec veſtiarium.*
68 *Niſi id exprimatur.*
69 *Tranſactio alimentorum cur, abſque prætore ſtat in his, quæ debentur ex contractu, non æque ſi ex vltima voluntate.*
70 *Alimenta, quomodo ſint taxanda, & numero 71. 72.*
73 *Alimenta quomodo taxentur de re magni valoris, parui tamen redditus.*
74 *Alimenta quando, & quomodo petantur?*
75 *Mater inops alenda eſt a filijs etiam primo anno, & fructus lucrantur filij, & num. 76.*
77 *Alimenta vbi vidua habere debet, & num. 78.*
79 *Et quid ſecundum iſtas conſuetudines.*
80 *Alimenta an mulier poſſit capere propria authoritate, an vero a manu hæredum.*
81 *Limita niſi in duobus caſibus.*
82 *Mulier cui debentur alimenta, an teneatur operari hæredibus viri, & nu. 83. 84.*
85 *Mulier cui debentur alimenta legata, debet operas obſequiales, non autem artificiales.*
86 *Mulier alimentanda non debet ſtare ſicut corpus mortuum.*
87 *Mulier nobilis, & magna domina non tenetur operari hæredibus viri.*
88 *Fructus dotis ſi excedant alimenta, cedunt hæredibus viri.*
89 *Alimenta conſuetudinaria, num debeantur extra domum, & nu. 90.*
91 *Alimenta an debeantur extra domum ſi cum hæredib. mulier ſtare non poteſt.*
92 *Alimenta debentur mulieri extra domum, ſi hæredes viri ſunt extranei, nec ſine periculo honeſtatis ſtare poſſet.*
93 *Mulier cui debetur habitatio, num petat totam domum.*
94 *Mulier pro conſecutione habitationis domus, non poteſt expellere proprietarios.*
95 *Habitatione legata in domo hæredum, debet vnite habitare.*
96 *Alimenta an debeantur annua, menſtrua, an diurna.*
97 *Alimenta conſiſtentia in frugibus, debentur ſingulis menſibus.*
98 *Veſtes debentur in principio anni.*
99 *Veſtes æſtiuæ, & hyemales, quo tempore debeantur?*
100 *Alimenta debentur iuxta reditus.*
101 *Alimenta vtrum debeantur reſpectu redituum, vel quantum ex venditione proprietatis redigatur?*
102 *Alimenta debentur mulieri alimentandę in loco vbi moratur, ſi ſit exul, vel bannita.*
103 *Mulier ſi recedit à domo hæredum viri, num alimenta conſequatur extra domum, & num. 104.*
105 *Mulier eſt alenda, ex bonis hæredum viri, deducta legitima filiorum primi matrimonij, & bonis emphiteuticis, & num. 106.*
107 *Alimenta mulieri debita ſi fructus non ſufficiunt, proprietas vendi non debet.*
108 *Alimenta ſunt commenſuranda cum dote.*
109 *Muſtum, an debeatur ad alimenta, vel vinum vetus.*
110 *Muſtum vel vetus vinum à quo tempore dicatur?*
111 *Veſtes mulieri, an debeantur quotannis, vel ſemel? & num. 112. 113.*
114 *Alimenta debentur mulieri etiam pendente lite ſuper reſtitutione dotis.*
115 *Caſus quibus alimenta debentur lite pendente.*
116 *Alimenta debentur ſiue in ſecunda, ſiue in prima inſtantia.*
117 *Mulier non habens vnde ſe alat, eſt alenda ab hæredibus viri in recompenſationem fructuum.*
118 *Vſura eſt aliquid accipere dotibus non ſolutis.*
119 *Mulieri paſſæ damnum, debetur intereſſe dotium.*
120 *Conſuetudo ad euitandum opiniones ac pro tuta conſcientia prouidit mulieri de alimentis ex rebus hypothecatis.*
121 *Alimēta ſi debentur de carne, pomis, & ſimilibus, quæ corrumpuntur, pro eis fit æſtimatio in pecunia.*
122 *Alimenta mulieri debentur ſingulis menſibus de his, quæ recipiunt commodam diuiſionem, ſecus ſi veſtibus, quæ debentur cum imminet neceſſitas, & numero 123.*
124 *Mulier debet ali de bonis viri, vel patris viri, & quando nurus à ſocero ſit alenda. & num. 125. 126. 127. 128.*
129 *Mulier pro alimentis, an debeat diſcutere bona filij, & num. 130. 131. 132.*
133 *Mulier, an habeat optionem alendi ſe de bonis viri vel ſoceri, & num. 134. 135.*
136 *Et quid ſi pater, & filius eodem inſtrumento confeſſi, ſunt recepiſſe dotes.*
137 *Et quid ſi pater regit filiū, an pater præſumatur dotem recepiſſe, & num. 138. 139.*
140 *Dotis fauore quilibet tenetur inſolidum.*

141 *Pater qui dotes recepit an teneatur reſtituere filio viuenti.*

142 *Pater, & filius pro dote inſolidum, ſe obligant, & ſi dos ad vnum peruenit, alter habetur pro fideiußore.*

143 *Et poterit fieri excuſſio contra principalem ſumptibus correi, & num. 144.*

145 *Actio pro dote, quando datur mulieri contra patrem viri, datur etiam pro alimentis.*

146 *Actio pro alimentis hypothecaria, competit mulieri.*

147 *Pater non tenetur pro filio regulariter.*

148 *Pater qui conſentit filio ducenti vxorem eius bona ſunt tacitè obligata.*

149 *Pater qui dotes recepit, quomodo poßit dotes filijs ſecure reſtituere?*

150 *Pater tenetur dotes receptas reſtituere filio in duobus caſibus, & nu. 151.*

152 *Pater recipiendo dotes, vel aliter ſe obligando pro filio ducente vxorem, num obligetur pro rata filio tangente, & num id expreſſe conueniri poſſit?*

153 *Pater ſi matrimonio filij emancipati conſentiat, num dotem conſeruare, & reſtituere teneatur? & quid ſi emancipatum aßerat, & num. 154. & 155.*

156 *Pater tenetur ſe obligare pro filio etiam emancipato vxorem ducente, & qua actione, num. 157.*

158 *Pater ſi patitur nomen ſuum ſcribi in actis dicitur fide iubere, etiam ſi nil dixerit.*

159 *Cautela vt pater liberetur a nuru.*

160 *Alimenta præterita, an debeantur mulieri, & quando?*

161 *Alimenta num recuperet mulier ſi tranſeat ad ſecunda vota, & matrimonium ſit nullum, & numero 162.*

163 *Alimenta debentur mulieri, ſiue fuerint legata, ſiue non.*

164 *Alimenta ſi legentur per virum vxori, non duplantur, & quare, num. 165.*

166 *Legatum ſpeciei, nunquid inducat compenſationẽ cum debito quantitatis.*

167 *Alimenta legata per virum debentur, etiam ſi cum hęrede mulier morari nolit.*

168 *Cautela vt mulier conſequatur alimenta extra domum.*

169 *Conditio adiecta, donec torum viduale cuſtodiat, num cenſeatur repetita in ſubſequenti legato? & numero 170.*

171 *Alimenta in domo relicta, num debeantur ſi ſecundo nupſerit mulier?*

172 *Mulier nubendo facit ſe ſuſpectam, maxime in educatione liberorum, & nu. 173.*

174 *Alimenta legata per virum vxori non debentur ſi ſecundo nupſerit, & quare.*

175 *Alimenta legata per virum non debeantur ex bonis fratris viri communibus cum viro.*

176 *Maritus ſi mandauit filijs, vt tractarent matrem, prout ipſe tractabat, num debeat indui veſtibus ſpecioſis.*

177 *Verba teſtatoris intelligi debent inſpecto præſenti ſtatu viduitatis.*

178 *Legatum annuum vxori a marito factum donec in viduitate permanſerit, num ſit vnicum, vel plura.*

179 *Legatum annuum ſubijcitur falcidiæ, & æſtimabitur, iuxta l. hæreditatum, ff. ad l. falcid. & nu. 180.*

181 *Differt an mulier capiat ex vi legati, vel conſuetudinis.*

182 *Alimenta ſi vir legauit, & ſimiliter filius, vel alius num duplicentur.*

183 *Alimentorum legatum non eſt multiplicabile.*

184 *Cautela vt quis vltra legatum alimentorum, alimenta conſequatur.*

185 *Ius vſufructus alienari non poteſt.*

186 *Legatum fundi ad alimenta continet proprietatem nõ vſumfructum, & num. 187.*

188 *Aliud eſt relinquere vſumfructum prædij, aliud vero prædium pro alimentis, vel pro vſu, & nu. 189.*

190 *Legatum fundi ad alimenta tranſit ad legatarium.*

191 *Legatum vxori factum ſi vidua permanſerit debetur etiam ſi tranſeat ad ſecundas nuptias.*

192 *Conditionem momento extitiſſe ſufficit.*

193 *Legatum viduæ factum ne debeatur ſi tranſeat ad ſecundas nuptias cautela.*

194 *Vſumfructum prædij legati morte finitur.*

195 *Legato vſufructu prædij, ne tamen prædium alienetur, cenſetur legata fundi proprietas.*

196 *Solutis dotibus num mulier poſſit alimenta præterita petere.*

197 *Creditor recipiendo ſortem ſine intereſſe ſimpliciter præiudicat ſibi.*

198 *Filiusfamil. alimenta præterita petere non poteſt.*

199 *Monachus alimenta præterita petere non poteſt.*

200 *Limitantur prædicta niſi præceßerit proteſtatio, & æs alienum conflaſſent pro ſe alendis.*

201 *Vidua eſt alenda ſi interpellat hæredem viri, & ad domum fratris educanda conceſſerit.*

202 *Opinio Decij refellitur.*

203 *Mulier alimenta conſuetudinaria, etiam præterita petit etiam dote accepta.*

204 *Alimenta debentur viduæ ex diſpoſitione conſuetudinis.*

205 *Mulier quemadmodum paciſcendo conditionem dotis, ita etiam alimentorum deteriorem non facit.*

206 *Alimenta ſunt appendices dotis.*

207 *Alimenta debentur condictione ex l.*

208 *Vxor num legatis alimentis poßit petere dotem.*

209 *Legatum alimentorum non videtur factum animo compenſandi cum dote, ſed differendi dotis ſolutionem.*

210 *Niſi teſtator dixerit ſi dotem non petierit, & numero 211.*

212 *Mulier an alimenta legata poſſit propria authoritate capere.*

213 *Legatarius propria authoritate capiens legatum, eius commodo priuatur.*

214 *Quod quidẽ inductum eſt ſpecialiter in debito ex cauſa lucratiua in vltima voluntate.*

215 *Hæres particularis in re certa poteſt propria authoritate capere.*

216 *Atque etiam ſi teſtator conſtituat ſe legatarij nomine poſſidere.*

217 *Item ſi detur poteſtas capiendi.*

218 *Vel ſi vxor relinquatur donna domina.*

219 *Vxor vt capiat alimenta debet induci per hæredes viri.*

220 *Vel habere licentiam a iudice.*

221 *Rem*

221 Rem legatam, ſicut legitimam, & adminiſtrationem tutelæ quis non poteſt propria authoritate capere.

222 Legatum annuum ſactum vxori per virum ſi ſteterit cum hæredibus, num ceſpitet tanquam continens cõditionem impeditiuam libertatis matrimonij?

223 Et an in huiuſmodi legato præſtabitur cautio?

224 Teſtator ſi legat alimenta donec ſoluantur dotes, vel ſi dotem non petat, & dotes ſoluuntur ſponſæ, num finiatur legatum? & in hoc controuerſia inter Bart. & Bald. & num. 225.

226 Legatum alimentorum, num debeatur ingreſſę Monaſterium?

227 Honor teſtatoris ſeruatur dum vxor ingreditur religionem.

228 Legatum vxori ſactum ſi vidua remanſerit, num requirat perpetuam viduitatem?

229 Et an præſtabitur cautio de ſeruanda viduitate?

230 Legatum alimentorum ſi vidua remaneret, an verificetur ſtatim, differentia tamen conſtituta, an fiat a marito, an vero ab extraneo, & num. 231.

232 Anima viri contriſtatur, cum vxor tranſit ad ſecunda vota.

233 Cauſa impulſiua dicitur, qua ceſſante non ceſſat effectus.

234 Vxor relicta vſufructuaria vniuerſalis, alio hærede non inſtituto, erit hæres vniuerſalis in totum.

235 Et ſi habet filios erit vſufructuaria omnium bonorum preterquam in legitima filiorum.

236 Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, an petat dotem, & habeat alimenta?

237 Quicquid ſenſerit Bart. contra quem eſt communis.

238 Vxor legataria donna domina, habet præminentiam in domo viri.

239 Et inſtituto extraneo hærede erit vſufructuaria.

240 Exiſtentibus vero filijs habebit nuda alimenta cum præminentia.

241 Quæ procedunt ſecundum conſuetudinem, quæ communiter obſeruatur.

242 Mulier relicta donna domina, extraneo inſtituto hærede, videtur relicta proprietas, & vſusfructus, quæ cum ſint incompatibilia, mulieris erit electio.

243 Legatum marito ſactum, quod ſit domus, dominus, & vſufructuarius, erit eiuſdem vigoris propter correlationem ex idemptitate rationis.

244 Pater habet vſumfructum in bonis maternis filiorum citra legatum.

245 Vſumfructum in bonis maternis patrem habens in multis caſibus magis expedit iure proprio quam iure legati.

246 Legatum mulieri ſactum, quod ſit donna domina cenſetur ſactum animo compenſandi cum alimentis.

247 Mulier tenetur præſtare cautionem mutianam de conſeruanda viduitate, & honeſtate etiam parte non petente ſi vult ingredi poſſeſſionem bonorum ad vſumfructum percipiendum.

248 Mutiana cautio cur ſit introducta?

249 Mulier ſi tranſit ad ſecunda vota, an, & quando, & à quo tempore teneatur ad reſtitutionem fructuum?

250 Teſtator non poteſt remittere cautionem præſtandam ab vxore relicta vſufructuaria.

251 Cautela datur mulieri ad euitãdum præſtationem cautionis in vſufructu. & num. 252.

253 Licentia per teſtatorem præſtita mulieri vendendi bona pro alimentis, operatur, vt poſſit vendere ex cauſa indigentiæ, & pretium non reſundet hæredibus.

254 Vſufructuarius, ſi non eſt perſona ſuſpecta liberatur a præſtatione fideiuſſionis, per ſolam iuratoriam obligationem.

256 Dilapidationis timore proceditur ad ſequeſtrum, qui vſufructuario correſpondeat de fructibus.

257 Vſufructu bonorum omnium legato, an veniant merces, & alia venalia?

258 Vſufructu bonorum legato, quæ domi teſtator habebat non veniunt venalia.

259 Vſufructu legato, an veniant ſœtus ancillarum pecorum, exemplationes protocollorum, multæ condemnationes, xenia, & iuriſdictionalia?

260 Mulier vſufructuaria, an vero hæres proprietarius præferatur in præſentando in eccleſia patronata?

261 Alimenta legata vxori, & non præſtita, an tranſmittãtur ad hæredes?

262 Mulier, an perdat legatum alimentorum ſub conditione ſactum ſi habitauerit cum hęredibus, ſi mulier nolit, vel non poſſit ſtare cum hæredibus?

263 Mulier de iure communi, an perdat legatum vſusfructus, vel alimentorum ſi tranſeat ad ſecunda vota?

264 Vxor ſolutis dotibus non habet amplius alimenta, ſed ſolam domus habitationem, & quando.

265 Honeſtas quid ſit?

266 Honeſtatis ethymon.

267 Lectum viduale ſeruare non ſufficit, niſi cum honeſtate.

268 Donec dictio importat conditionem, & num. 269.

270 Conditio adiecta per hanc conſuetudinem de cuſtodiendo thorum viduale, perpetua non eſt, ſed temporalis, merito non reijcienda.

271 Mulier num cum habitatione habeat alimenta?

272 Mulier num habebit totam domum pro habitatione.

273 Militibus datur media, vel tertia pars domus pro habitatione.

274 Militibus nil aliud debetur præter oleum, ſal, culcitra, lectus.

275 Mulier habens habitationem, ſi non poſſit habitare ob hæredis ſæuitiam, quid agere debeat.

276 Nouerea non tenetur ſtare cum priuignis.

277 Filius, an poſſit ſi vult habitare ſeorſum à patre.

278 Ortus, an veniat cum habitatione domus.

279 Palatio vendito, an veniat iuriſpatronatus.

280 Muliere habente habitationem mortua, quando currat intereſſe dotis.

281 Obligatio non debet immutari per mortem defuncti.

282 Hæres ſi locat domum habitationis, an vxor petat ratam penſionis.

283 Maritus ſi habebat plures domos, an mulieris ſit electio.

284 Domus habitatio dicitur de continua non de ea in qua teſtator tempore epidimiæ diuerterat.

285 Habitatio domus in ciuitate debetur.

286 Mulier, an locare poſſit domum habitationis, & num. 287. & 288.

289 Mulier debet eſſe contenta vna parte domus pro habitatione.

290 Habitatione permiſſa domus, an liceat variare.

291 Et an defuncto promiſſore, hæres poſſit variare.

292 Ha-

292 Habitatio domus in qua ſint lárnę, poſſit ne à muliere renunciari.

293 Dos ſoluto matrimonio, an, & quando, quibus, & in quibus caſibus reſtitui debet? & num. 294.

295 Vxori ſine liberis, & propinquis decedenti ſuccedit vir.

296 Dos redit ad mulierem, dodarium ad virum de iure communi, niſi ex conſuetudine aliter ſit inductum.

297 Dos qua actione repetatur?

298 Res data in dotem poteſt eueniente conditione per mulierem vendicari.

299 Vxor ex conſuetudine iſta lucratur dodarium.

300 Dotis reſtitutio fit etiam conſtante matrimonio in octo caſibus.

301 Lex maxima prouidentia conſuluit, vt dotes mulieribus conſeruentur.

302 Dos quandoque ſequeſtratur, &

303 Quandoque conſtante matrimonio exigitur.

304 Mulier aſſecuratur pro dote, ne dum cum maritus diſſipauit, verum etiam ſi diſſipare cęperit.

305 Mulier aſſecuratur pro dote cum maritus dubium eſt, ne vergat ad inopiam.

306 Iura plura, & diuerſa circa aſſecurationem dotium.

307 Mulier pro ſuis dotibus aſſecurandis poteſt eligere de pluribus remedijs vnum.

308 Vir quando dicatur diſſipare.

309 Vir dicitur male vti ſubſtantia, ſi paternam hæreditatem voluntarie expendit, item alij caſus ponuntur, num. 310. 311. 312. 313. 314. 315.

316 Aedificanti ſine neceſſitate dandus eſt curator ad inſtar furioſi.

317 Maritus num poſſit conſtante matrimonio cogere vxorem, vt dotem recipiat, & inſtrumentum dotale rumpat?

318 Indigniſſimum videtur, vt exiſtimetur dotem virum non habuiße.

319 Vxor iniuſta dicitur, quæ dotem non dedit.

320 Maritus ex cauſis certis reſtituit dotem vxori conſtāte adhuc matrimonio.

321 Maritus reſtituendo dotem vxori conſtante matrimonio, non liberatur, nec reſtitutio tenet.

322 Effectus reſtitutionis dotis conſtante matrimonio qui ſint.

323 Dotis reſtitutę vxori conſtante matrimonio cuius ſit periculum?

324 Dotis aſſecuratio habet locum etiam in matrimonio putatiuo.

325 Ampliatur etiam in multis alijs caſibus, nu. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332.

333 Iudicium aſſecurationis, & reſtitutionis, ſeu adiudicationis dotium ſunt diuerſa.

334 Sententia non conformis libello eſt nulla.

335 Sententia ex prima inſtantia poteſt ferri contra hæredem.

336 Sola qualitate iudicij mutata, iudicium tranſit in hæredem.

337 Vir, an poſſit confiteri ſe vergere ad inopiam.

338 Vir, an talem confeſſionem reuocare poſſit.

339 Vxor petens aßecurationem pro ſuis dotibus impedit executionem ſententiæ latę in fauorem creditoris.

Quia

CAP. VII.

IN quolibet præſcriptorum caſuum, quo conſtitutum dodariũ debetur, & dotes in reſtitutione exiſtant, donec dotes reſtituuntur, dodarium ſoluatur. Et vxor ſi honeſte voluerit cuſtodire thorum mariti, habeat victum, & veſtitum, & alia neceſſaria de bonis viri ſeu patris eius, etiam ſi alimenta a viro non fuerint relicta: ſolutis vero dotibus, & dodario vxor alimenta non habeat, ſed ſolum habitationem domus, donec thorum honeſte voluerit cuſtodire.

QVia in ſuperioribus ſunt certi caſus,
quibus mortuo viro, vxor ſuperſtes,
quia proles non eſt ſuſcepta vltra re-
ſtitutionem ſuarum dotium lucra-
tur dodarium. Hæc conſuetudo dicit, quod in
caſibus prædictis, &
eorum quolibet, do-
nec dotes, & dotariũ
reſtituantur, & ſoluan
tur, mulier quæ eſt in
viduitate, nec tranſit
ad ſecunda vota, ſed
1 honeſte † thorum ma
riti voluerit cuſtodire,
debet habere victum,
& veſtitum, & alia ne
ceſſaria, etiã ſi alimen
ta a viro non fuerint
relicta. De iure cõmu-
muni ſoluto matrimo
nio, aut dos eſt reſtitu-
ta mulieri, & tunc am
plius alimenta habere
2 non † debet, quia de
ſuo ſe alet, nec po-
3 teſt culpa † hæredi im
4 putari. Aut † dos non
eſt reſtituta, & tũc aut
tempus anni quod da
tur per legem ad dotis
reſtitutionem, quando dos conſiſtit in quantita-
te, nondum eſt elapſum, ſed pendet, & tunc aut
mulier habet, vnde ſe alat aliunde, quam ex do-
te, & tunc non tenentur hæredes viri ad alimen-
ta, vt not. per gl. in l. prima, §. exactio, C. de rei vx.
actio. alias ſic, vt ibi per Cyn. & Petr. tamen ibi
refert Cyn. quod ſi mulier non habet vnde poſ-
5 ſit ſe alere, † eſt cauſa ſufficiens compellendi hæ-
redem ad dotis ſolutionem etiam pendente an-
6 no: † elapſo vero anno tenentur ipſi hæredes ſi-
ne dubio ad intereſſe dotis, vt in d. §. exactio. &
per docto. in l. diuortio. ff. ſolut. matrimo. & Io.
Pet. de Ferra. in form. lib. quo vxor agit ad dot.
in glo. in verb. ac etiam alimentis. Hæc tamen
conſuetudo diſponit, quod pendente reſtitutio-
ne dotis, & ſolutione dodarij ſiue infra annum
ſiue poſt, nulla tamen facta reſtitutione, vxor ha
bebit alimenta neceſſaria in bonis viri, & nullo
7 modo intereſſẽ, † nec vſuras: bene tamen verum
eſt, quod elapſo anno dato ad reſtitutionem do-
8 tis, † & dodarij, vel non elapſo ſi velit ad ſecun-
da vota migrare, poteſt ſibi alio modo aliauè via
ſibi conſulere, vt habetur infra in duobus proxi-
9 mis immediatis capitulis, vt ibi dicetur. † Quid
autem ſi dos ſit ita parua, quod non ſufficiat ad
hæc alimenta, quid fiet? dic quod iſta conſuetu-
do loquitur præciſè, & ſic tenebitur hæres ad
hæc alimenta: aut vero mulier habet bona aliũ-
de ſufficientia, & tunc tenetur hæres ex alijs bo-
10 nis alimenta ſupplere, † cum etiam nulla dote
data teneretur maritus, ſi viueret alimenta præ-
ſtare, vt l. quod ſi nulla, ff. de reli. & ſumpt. fune.
& l. ſi cum dotem, §. ſin autem, ff. ſolut. matrim.
& no. docto. in l. quod in vxorem, C. de neg.
geſt.
11 Quid autem in caſu conuerſo, † ſi fructus do
tis excedũt hæc alimenta? dic cedere lucro hæ-
redum mariti, quemadmodum cederẽt ipſi vi-
uenti, l. dotis fru-
ctus, ff. de iure do-
tium.
Et nota, quod
quamuis hæc con
ſuetudo non con-
cedat mulieri vſu-
ras, vel intereſſe,
12 tamẽ † dat alimen-
ta, quæ loco inte-
reſſe ſuccedunt, vt
per Corn. in conſ.
240. nume. primo,
volum. 3. & ea præ
13 ſtita † ab extraneo
poſſunt per mulie
rem repeti ab hæ-
redibus viri, qui
hæredes ad ea te-
nentur. Cor. in cõ-
ſilio 184. numero
quinto, & octauo,
volumine tertio,
& debentur etiam
in præteritum mu
14 lieri, quæ ab alio † alimenta ſuſcepit, & an ſint
in rebus, vel in pecunia præſtanda. Corne. con-
15 ſil. 212. nume. quarto, volumine tertio, † & non
fuiſſe præſtita cui incumbat probatio. Idẽ Cor.
16 conſil. † 286. num. 2. vol. 3.
Honeſtè. Quæ ſemper attenditur, vt
per glo in l. ſemper in con-
17 tractibus, † ff. de regu. iur. ex qua multa infert ibi
Phi. Deci. ad mulierem inhoneſte viuentem per
18 vicinos poſſe expelli. Paul. de Caſtr. in l. nullus,
C. de ſum. trini. & meretrices cogendas ad defe-
19 rendum aliquod ſignum, † vt ab alijs honeſtis ſe-
cernantur, vt per Bald. per illum tex. in l. mimæ,
20 C. de epi. † audi. poſſeque cogi maritum ad in-
ſtantiam vxoris, & coniunctorum ad dimitten-
dum concubinam, vt not. Paul. de Caſtr. poſt an
tiquos, in l. Iuſtitia, §. iuris pręcepta, ff. de iuſt. &
21 iur. & per Deci. in d. l. ſemper, † & barones non
poſſe compellere vxores vaſſallorum ad tripu-
diandum in eorum feſtiuis, vt ibi per eundem,
22 dotemque † amittit vidua ſi inhoneſte viuat, ſi-
cut ſi eſſet in matrimonio, l. conſenſu, & ibi not.
23 glo. † C. de repud. quod patri mulieris non præ-
iudicat in dote, profectitia, ſicut nec in caſibus,
de quib⁹ per Iacobi. de S. Georg. in l. profectitia,
24 ff. de iur. † dot. Honeſte ergo viuere debet, vt ha-
beat hæc alimenta: nam ſi inhoneſte viueret, ea
non haberet, imo perderet, vt per Io. Lup. in re-
peti. rub. extra de don. inter vir. & vxo. §. 67. col.
25 4. verſi. † vnde quamuis. ſicut amittit quoque pri
uilegium fori mariti, Ang. in l. cum quędam
26 puella. † ff. de iur. om. iudi. perdit tutelam filio-
27 rum, Spec. in titu. † de tuto. §. nunc dicendum,
verſi.

verſi.excipitur, idem de executione teſtamenti.
Imol.in l.eum qui,§.qui ſibi, ff. de verbo. oblig.
& amittit alia priuilegia, & prærogatiuas quas
28 a quondam marito retinebat. † de quibus per
lo. Lup. in loco præcitato. & quæ radijs mariti
coruſcabat,genere nobilitabatur, forum ſortie-
batur,l.mulieres,C.de digni.lib.11.& l.fin. C.de
incol. & ibi gloſ. & ibi Io. de Platea quod mu-
29 lier plebea † nupta baroni adipiſcitur eandem
nobilitatem quam retinet etiam poſt viri mor-
30 tem,† & ſi maritus erat comes,efficitur comitiſ
ſa, vt per lo. de Plate. in d.l. fi. C. de incol. quæ
fuere allegata in cauſa Duciſſę Toledi. omni-
31 buſque mariti † gaudet priuilegijs, quib.gaude-
bat maritus.Bart. in l. quoties. C. de pri. ſchola.
& in l.fina.C.de verb.ſigni. Abb. in cap. ex parte
in fin.extra de for.compe. & de bonis viri alitur
32 ſi egeat,etiam ſi dotem non dederit,† vt ſupra di
ctum eſt,vt per lo.Lup.in & omnia perdit, quæ
33 à marito quoquo titulo recepit, † ſiue donatio-
nis,ſiue vltima volũtate, ſi non honeſtè viuat in
viduitate exiſtens, vt per lo. Lup. in rep.rub.de
donat.inter virum,& vxorem §.82.vbi latiſſime
vide.

Cuſtodire Thorum mariti.

Thorum cuſtodire vidualiter dicetur ea,
quæ religionem ingreſſa eſt,vt per Bal.in
34 l. Deo nobis,† C.de epi.& cler.Cremen.in ſing.
142. Alex.in l.mulier,§.cum proponeretur,ff.ad
Trebelli. & idem eſt cuſtodire thorum mariti,
35 quod vidualiter viuere, † & in viduitate perma-
nere,& habitum nigrum viduale deferre Bald.
36 in l.decreto,† C. ex quib. cauſ. infam. irroge. &
dicitur Thorus lectus ab intortis herbis,& vxor
37 conſors thori. Ouid. Metamorphos.li.1.& lib.10.
38 & vidualis† vita dicitur non tranſire ad ſecunda
vota. Bald. in d.l. decreto. C. de infami. ex hac
enim obſeruantia Thori vidualis videtur etiam
39 in priori matrimonio,l.fi.& ibi hoc not. † Bald.
C.de bo.mater. Hinc omnia,vt ſupra dictum eſt
retinet priuilegia mariti,quæ ſi inhoneſte viuat,
40 amittit. Bened.in capit.† Raynutius,in verb.qui
cum alia contrahens,num.200.Catelli.Cotta.in
ſuis mem. in verb. mulier propter adulterium,
verſi. quid in vidua. & per Gerard.in ſingu. 48.
ſcias quod ſi mulier, & ſi vxori legatum fecit ſi
41 vidualem vitam ſeruauerit, † ſi quidem ad ſe-
cunda vota tranſiuit,legatum perdit,& filij ſuc-
42 ceſſione priuatur.ita Alphon.Montalu. † titu.6.
delas herencias,l.1.partita in verb. patre ni ma-
tre, verſi. tertio præſumitur. An autem per hoc
amittat familiam,& ciuitatem quæ viuente vi-
43 ro,† & deinde mortuo ipſam exiſtẽs in viduitate
retinebat, vide per Bald.& Ful.in l.fin.C.de verb.
ſigni.& Bald.in l.cum te.C. de nup. & An vidua
44 regis nomen,† & titulum regium retineat ſicut
viuente viro retinebat,iuxta glo.in c.ſcripſit.239.
2.& c.ex parte,in fin. extra de for. compe. Tiraq.
de nobili.cap.18.vide in Spec.in titu.qui filij ſint
legi.Ana. conſil. 108.num.8.
45 Victum,† & veſtitum,victus appellatione ve-
nit,ne dum cibus, & potus, verum etiam veſtes
ad cultum corporis,& ad viuendum neceſſaria,
l.verbo victus,ff.de verb.& rer.ſigni.item veniũt
46 medelæ, † pharmaca, & quæ ad valetudinem
curandam conferunt,l.cætera,ff. de verb. & rer.
47 ſigni. † item aqua venalis in loco vbi venditur,
48 l.1.ff.de ali.† & ciba. lega. & tela ordinata ad ue-
ſtes,l.id veſtimentum,ff.de aur & arg.lega. item
49 veſtes nigræ,† & lugubres,vt not.Bart.& Angel.
in l. decreto. C. ex qui. cau. inſa. irroga. item le-
50 ctum viduale,l.cum hi.§.qui tranſigit,ff.de tran-
ſa.Io. Lup.in repeti. rub. extra de don. inter vir.
& vxor.§.11. colum. 5. quæ ſecundum dignita-
51 tem perſonarum arbitrio iudicis dantur,† ſecun
dum Lup.vbi ſupra col.6. & ſi quoque iure com
52 muni † lectum viduale cum veſtibus vidualibus
debeantur, vt per D. de Franch. in deciſio. 413.
53 & † iure quidem hac cõſuetudine ſit inductum,
ſeu innouatum: ſiquidem alimenta mulier ha-
bere debet ab hæredibus viri, ſicut ab ipſo viro
alenda foret, cum cenſeatur durante viduitate
54 eſſe ſub præcedenti matrimonio, † vt per Cynũ,
& Alber.in l.fi.C.de bon.mater. Hyppo.in l.vni-
ca.numero 217.C.de raptu virgi.Arri.Pinel.in l.
4.numero 5. C. de bon. mater. vſque tamen ad
55 dotis reſtitutionem, † vt hic dicitur, eaque ali-
56 menta † etiam pendente lite conſequi debet. Af-
57 flict. † deciſio.10. nec à ſententia alimentorum
appellari ad finem retardandi executionem,ait
tex.in l. fin.ff.de appell.recipi.eamque alimento-
58 rum cauſam die etiam feriato agitari, † l.eadem
59 oratione,ff. de ferijs.late Iac. † Menoch. de arbi.
iudi.quæſt.lib.1.cent 1.quæſt.30.Sed quid ſi mu-
lier pendente anni dilatione ad reſtitutionem
dotium data, vel etiam elapſo anno, & hæredi-
bus viri,in mora exiſtentibus non velit alimen-
ta hæc,ſed intereſſe videlicet tantum pro cente-
nario? dic non poſſe cum ſit vſura, Caſſan. ſu-
60 per conſue.† Burgund. titu. 4.§. 23. bene tamen
61 poterit compellere hæredes viri, † vel ad reſtitu-
tionem dotium,vel ad præſtationem alimento-
62 rum non excomputandorum in † ſortem dotis,
vt per Bal.in authen.ei qui,col.2.C.de bon.auth.
iud.poſſi. Alex.in l.diuortio.col.9.ff. ſolut. matr.
Capi.deciſ.24. num.6. Iaſ.in l.ſtipulatio iſta ha-
bere.§. inter certam, in primo nota. ff. de verb.
oblig.Campe.in tra.doti.par. 1.quæſt.17. Catelli.
Cotta.in memora.in verb. dos ſoluto matrimo-
63 nio.† Inſuperque pendente dilatione alenda eſt,
etiam ſi mulier habet patrem à quo poſſit ha-
bere alimenta,vt habetur in d.deciſio. capit. 24.
etiam ſi habeat vnde ſe alere poſſit pro hoc pri-
64 mo anno, † quod datur per has conſuetudines
ad reſtituendum dotes etiam de iure commu-
ni,vt per glo.& docto.in l.diuortio,ff.ſolut.mat.
quo anno elapſo per hanc conſuetudinem po-
65 teſt arctare hæredes viri, † uel ad reſtitutionem
dotis,& remittere alimenta,vt habetur infra cõ-
ſuetud.capit.9.ubi dante domino dicetur,& no-
ra uerba huius conſuetudinis dum expreſſe me-
minit de uictu,& ueſtitu,& habitatione,quæ po
terant unico uerbo expediri ſub uerbo alimen-
torum, cum eorum appellatione ueniant per
66 prę allegata: † tamen ad tollendũ omne dubium,
cum

cum in materia differenti tranſactionis, ſi eſt
67 ſimpliciter inita tranſactio alimentorum,† non
porrigitur ad habitationem,nec ad veſtiarium,
68 niſi expreſſe dicatur,† l. cum ij.§.qui tranſigit.ff.
de tranſa.qui tex.in hoc eſt notandus ſingularis,
& menti tenendus. Cur autem de alimentis ex
69 contractu † debitis recte tranſigatur abſque præ
tore,de his vero alimentis, quæ teſtamento reli-
cta ſunt,non item,vide vltra alios de ratione per
Duaren.anniuer.diſputa.lib.primo,capit 44. ad
l.cum ij.ff.de tranſa.& Pet.Grego.Tholo.lib. 28.
ſintagm. vniuerſi iur.cap. 2, num. 10. Menoch.
de arbi.iudi.quæſt.lib.2.centur.2.caſu.170. Sunt
70 tamen hæc alimenta taxanda,& moderāda iux-
ta æſtimationem dotis,alias ſecundum quanti-
71 tatem redituum , † & non ſecundum qualitatē
patrimonij,& ſecundum facultates defuncti de
quibus potuiſſet diſponere, item ſecundum di-
gnitatem viri,& vxoris ac illius conſuetudinem
pro iudicis arbitrio. Pariſ.conſ.98.num.28.volu.
2. Valle.conſil.74.num. 17. Crauett. conſil. 109.
num.9.& 10.Roma ſingu.538. etiam habita ra-
72 tione ad † alias perſonas alimentandas iuxta
computum traditum à Bald.in conſil.30. par. 3.
& conſil.231.parte 4.& in l. voluntatis, nume.
4.C.de fideicommiſ.& per Alexand. conſil. 70.
73 volum.. † & quid ſi ex ſtabilibus parui reditus,
vide Aim.conſil. 199.num. 15. & ſecundum re-
ditus Alexand.conſ.100.in fin. volum.1.Anan.
ſingul.23.vbi quando , & quomodo debeantur
74 alimenta,† & petantur, vide Borgni.Caualca. in
titu.de vſu.muli.reli.carta 327.Mater inops pen-
75 dente anno ad reſtitutionem dotium,eſt † alen-
da à filijs, qui computant fructus dotis, & eos
76 lucrantur.Bald.in l.diuortio,† in princip.ff.ſolu.
matrim.

77 Nunc quæro,† vbi debeat hæc vidua habere
alimēta? dic de iure communi deberi in domo
ipſius mulieris alimentandæ ſiue legentur ſiue
debeantur ex lege.Bart.& poſt alios Iaſ. in l. di-
uortio.ff.ſolu.matrim. Anto. Capy. deciſio. 24.
niſi teſtator reliquiſſet alimenta in domo,tunc
78 enim † cum hæredibus alenda eſſet pro com-
moditate hæredum, Bart.in l. Caio. §. Impera-
tor.ff.de alim.& ciba.lega.& in conſil.211. Alex.
conſil.100.colum.1.volum.primo, qui caſus vl-
timus multas habet limitationes, de quib. vide
Bart. in conſil.211.Anan.ſingular.600.Limita,
79 ſecundum † hanc conſuetudinem,deberi in do-
mo hæredum,ponderando verbum , ſed ſolam
habitationē domus,ex quo verbo id clare meo
iudicio percipitur.Nunquid autem hæc alimen
ta poſſit mulier propria authoritate capere? dic
80 quod non,ſed à manu hæredum,†& per manus
executorum. Alexand.conſil. 56.in fin.volum.3.
Corne.conſil.207.volum.primo. Soc.conſil.131.
colum.3.in fine volum.primo.Boer.deciſi. 199.
81 num.9.† niſi ex voluntate hæredis, vel ex autho
ritate iudicis, l. ſi ex ſtipulatione, & ibi Bartol.
& Iaſ.ff.de acqui.poſſeſſio.

82 Sed nunquid vxor , † cui hæc competunt ali-
menta,debeat operari hæredibus viri ? dic bre-
uiter,quod tenetur operari,& aliquid facere in
corum beneficium , nec ſtare cum manibus ad
cingulum,vel in feneſtris,etiam ſi habitet ſeor-
ſum, quia tunc excomputabit in alimentis id ,
quod intereſt hæredum ipſam in domo opera-
ri,vt per Bart.in l.diuortio.num.4.& ibidem Iaſ.
num.24.ff.ſolu. matrimon. cum hæc alimenta
83 debeantur ex diſpoſitione legis, † ſeu conſuetu-
dinis,ſecus tamen ſi deberentur ex diſpoſitione
84 hominis,† tunc enim non tenetur operari. Du-
rand.de art.teſt.titu.de lega.caute.56. Alexand.
conſil. 100.colum. 1.uol.primo, & in alimentis
85 legatis à † teſtatore in domo debet operas ob-
ſequiales,non autem artificiales, quia non de-
86 bet ſtare ſicut corpus mortuum, Alon. Monta-
luus,ad ll.regias parti.titu de los gouiernos, l. 1.
& vide Anto.Capi.in d.deciſ.24.num. 10.& niſi
87 eſſet magna domina, † & nobilis,tūc enim non
tenetur operari , nec excomputare, vt per Ca-
py.in d.deciſio.24.num.10.circa finem , & latiſ-
ſime de prædictis Anan. in ſingu. 600. cum ibi
copioſe additis. Et ſi fructus dotis excedunt ali-
88 menta,cedent commodo hæredum viri,† ſi mi-
nus,ſupplebunt,vt per Bart. in l. diuortio. colu.
2.ff.ſolu.matrim.

89 Adde,† quod Alber.de Roſ.poſt Galeot.dicit
quod mulier debet habere hæc alimenta extra
domum,non cum hæredibus viri, in §. exactio.
l.vnica.C.de rei vxo.actio. quod intellige ſecun
90 dum proxime dicta,†& cum limitationibus ſu-
pra datis per Bart. in conſil. 211.& niſi ſint filij,
non autem extranei hæredes.

91 Quæro † quid ſi mulier dicat non poſſe ſtare
cum hæredibus in eadem domo culpa ipſorum
hæredum , & propter aliquam iuſtam cauſam?
dic ipſi mulieri incumbere onus probandi non
poſſe ſtare in domo hæredum,& habere iuſtam
cauſam non ſtandi,vt per Anchar. in conſ. 254.
inci.ſuper primo quæſito,Caſſan.ad conſuetud.
Burgund. rub.4.§.23.car.192.Iaſ. in l. diuortio.
92 col.8.ff.ſolu.matr.& ſi mulier eſſet iuuenis, † &
pulchra,& hæredes extranei, vnde nō poſſet ſta
re ſine periculo honeſtatis, debet ali extra do-
mum etiam infra annum reſtitutionis dotium,
Bart.in l.libertis,§.Lucius,ff.de ali. & ciba. lega.

93 Quæro quid ſi nolit ſtare cū hæredibus,† quia
vult totam domum pro ſe ipſa ? dic quod non
poteſt , ſed debet eſſe contenta partis domus,
nec eſt de mente huius conſuetudinis,quod poſ
94 ſit expellere proprietarios, † ſicut dicitur in ha-
95 bitatione † legata in domo hæredum,debet vni-
te habitare,vt per Deci.in conſil.355.

Nunquid autem hæc alimenta debeātur an-
96 nua menſtrua , † vel ſingulis diebus? vel ſemel
pro ſemper in anno.vide Bald.in l.1.colum. 1. in
verſi.menſtrua.C.de fideicom.& in l.fi.C. de in-
di.vidui. tol. vbi videtur tenere , quod teneatur
97 dietim.† Tu dic quod ea quæ conſiſtunt in ſtu-
gibus,frumento,ſcilicet vino , lignis, & ſimili-
98 bus; debentur menſe quolibet, † vide omnino
Gratum in reſpon.93. num. 67.volum. 1. veſtes
autem debentur in principio anni,ſed dic,vt per
Bart. in l.1.C. lib.10. de veſtib.Olober.quod ve-
ſtes hyemales debentur menſe Nouēbris,æſtiuæ

autem

99 autem † in mēſe Aprilis,& quòd † debentur iux
100 ta redditus, Anan. Sing. 22. & 23. & vtrum reſpe
ctu redditiuum vel quantum ex venditione pro-
101 prietatis † pretij redigatur, vide Iacob. Menoch.
de arbit. iud. quæſ. lib. 2. cent. 2. caſu 183. à nume-
ro 24. de his, & alijs quæſtionibus in materia ali-
mentorum vxoris viduæ, vide in Spec. in tit. qui
fili ſint leg. quòd ſi mulier eſſet bannita vel exul
102 debentur † alimenta in loco, in quo moratur co-
que deferri, ſecundum Cynum in l. vſuras, C. de
ſolut. & vide Ant. Corſettum in ſuis ſing. in ver-
bo, ſolutio, vbi multa pulchra tradit.

Quæro, vxor recedit à domo in qua alitur, nun
103 quid † debeat cōſequi alimenta extra domum?
dic quòd non, cū in domo minùs grauis ſit præ-
ſtatio alimentorum, l. Caio, §. finali, vbi Barto. ff.
de ali. & cib. leg. & l. illis libertis, ff. de cōdi. & de-
monſtr. niſi hæres eſſet rixoſus, cum quo vxor ha
104 bitare non poſſet, † per l. ſi conuenerit, vbi Bart.
ff. pro ſoc.

Quæro, filius mariti ex priori matrimonio alit
105 nouercam, † iuxta hanc conſuetudinē, opponit
non adeſſe tot bona quæ ſufficiant, quia ſunt em
106 phiteutica, † adeſt legitima quæ debetur ſine o-
nere, nunquid ſit alenda mulier demptis em-
phiteuticis, ac legitima iure naturæ debita? dic,
quòd ſic, & ſunt deducenda, Alexand. conſil. 3.
columna finali, volum. 4. & ibidem, quòd ſi fru-
ctus ad alimenta non ſufficiunt proprietas bo-
107 norum vendi nō poteſt, vt ibi dicitur, † & quòd
108 ſint commenſuranda cū dote, & † cum ratione
dotis datę, non autem quanta mulier poſtulaue
rit, Rom. in ſing. 472. nunquid debeat muſtum,
109 vel † vinum nouum ad bibendum? dic, quòd nō
debet tradi muſtum, niſi à Calēdis Nouembris,
110 quo tempore deſinit eſſe † muſtum, & eſt defeca
tum, ſecundum textum in l. iubemus, C. de ero.
mili. anno. libro duodecimo. Vtrum autem hæc
111 mulier habebit veſtes quotannis, † vel ſemel tan
tum, cum verba textus intelligi debēt de prima
112 vice, & † vnica, l. boues, §. hoc ſermone, ff. de ver.
& rer. ſignif. Bald. tamen ſubſtulit hoc dubium,
quoniam debentur quotannis, & iterari, quādo
his opus erit, l. prima. C. de fideicom. columna 1.
verſi. pone quòd, & nota quòd quotidie accidit,
ſecundum Alex. in l. diuortio, §. primo, columna
penul. verſic. ſecundo limita, ff. ſolu. matr. & in l.
legatum, in addit. ft. de ann. lega. Lud. Rom. ſin-
gul. 204. legauit, Fely. in cap. ſecundo, in ſecunda
fallent. de tregua, & pace, Iaſ. in l. duobus, §. ſi ei
qui, columna ſecunda, in 8. ſimili. ff. de iureiur.
& Iaſ. in l. diuortio, §. quod in anno, colum. pen.
in vndecima ſimil. Catel. Cotta in mem. in ver.
legatum, quòd vxor. quæ licet loquantur in di-
113 ſpoſitione teſtatoris, † idem tamen videtur in di
ſpoſitione iuris, & huius conſuetudinis, vt ſen-
tiunt prædicti Doct. in locis præalleg. Amplia vt
hæc alimenta debeantur etiam lite pendente ſu
per reſtitutione dotium, & ſolutione dodarij cū
114 ſit iudiciū vniuerſale, † ſeu generale, vt per Affl.
in deciſione vndecima, Did. Couar. pract. quæſt.
cap. 9. Aret. in ca. ſi quis teſtium, columna ſecun
da, extra de teſtibus, Corn. conſi. 85. num. ſecun-
do, volum. 3. Lupus in repet. ca. per veſtras, §. 39.
extra de do. inter virum, & vxorem, & vide mul
tos caſus in quibus lite pēdente debentur alimē-
115 ta, † vide per Rebuff. in tract. ſent. prouiſi. in præ-
fat. & an debeantur lite pēdente in prima inſtan
tia, vel in cauſa appellationis, vide ibi Afflict. in
116 d. deciſ. vndecima, † & nota in l. ſi inſtituta, §. qui
de inofficioſo, ff. de inoff. teſtam. & l. Imperato-
res, ff. de tute. & ratio. diſtr. & pro ſingulari tradit
Anan. ſing. 25. vbi vide remiſſiones.

Habes igitur lector ex prædictis, quòd hæc cō
ſuetudo non ſit à iure communi ſatis differens,
quo cautum eſt, vt licet hæredes viri habeant an
num ad reſtitutionem dotis in mobilib. & quan
titate conſiſtentis, tamen ſi mulier nō habet vn-
117 de ſe alat, † alenda eſt ab hæredibus in compenſa
tionem fructuum, glo. in l. diuortio, in gl. 2. ff. de
ſol. matr. & per Doct. in §. exactio. l. vni. C. de rei
vx. act. Ale. conſ. 27. Catel. Cotta in ver. dos ſolu
to matrimonio, & hoc infra annū datum ad re-
ſtitutionem: poſt verò annum, non ſolutis doti-
118 bus, † aliquid accipere, licet blando, alimētorum
nomine, ſecundum Anch. vſura eſt; in conſilio
150. quamuis nōnulli ſaluare nitantur, niſi paſ-
119 ſa ſit † mulier damnum pro ſe alēda æs alienum
conflaſſet, tamen Ancharanum ſequitur Alexā.
in dicta l. diuortio, columna vndecima, & cōſil.
61. columna penul. libro 2. Dec. conſ. 39. colum-
na 3. in princ. Iaſ. in §. fuerat, colum. 6. Inſt. de act.
Ad hæc igitur diffugienda, & euitandum opi-
niones, & pro tuta conſcientia prouidit ſequens
120 conſuetudo, † vt elapſo anno poſſit mulier de re
bus hypothecatis capere, exindeque fructus pro
ſe alenda percipere. An autem valeat conuentio
vt non ſoluta dote, ſoluatur certum quid nomi-
ne pœnæ, vide pract. Pap. in for. lib. in cauſ. vend.
in ver. pro pretio, nu. 6.

Et ſi alimenta debentur in ſpecie, & non in
quātitate ſi corruperetur ſpecies ſi pro tempore
darentur, vt ſunt carnes, poma, & ſimilia, quo-
121 niam † tunc pro eis debet fieri æſtimatio in pe-
cunia, l. mela, §. quidam, ff. de alim. & ciba. lega.
Pract. Pap. in for. libelli pro lega. rei ſing. in gloſ.
coram vobis, numero 103. verſ. deinde, Gui. Pa.
ſing. 83. aliquis, Alex. conſ. 178. videretur, num. 7.
122 vol. 6. & debentur per hæredes † ſingulis menſi-
bus, quæ recipiūt commodam diuiſionem, quæ
verò commodā diuiſionē non recipiunt, vt ve-
123 ſtitus, & calcearia, debentur ſolum cum immi-
net neceſſitas, † Pract. Pap. vbi ſup. numero 102.
inſuper quæritur, Roland. Valle verſ. conſil. 22.
num. 22. & ſequ. volum. primo, & vide Bart. in l.
libertis quos, §. manumiſſus, ff. de ali. & cib. leg. &
Gui. Pap. d. ſing. 83. Alexan. in d. conſ. 178. nu. 7.
volum. 6.

Nota tex. ibi & alia neceſſaria de bonis viri, ſeu patris eius.

Quòd vxor debet conſequi hæc alimenta de bo
nis viri, & etiam de bonis patris viri, quod intel-
124 ligē ſi vir, † ſeu filius ſit cum patre inſolidū obli
gatus ad dotem, alias obſtaret, C. toto titu. ne fi-
lius pro pat. nec pat. pro fil. Sed quid ſi matrimo-
nium

125 nium fuit† cõtractum abſente patre viri, vel nõ
126 conſentiente, nunquid † teneatur alere nurum,
vt dicit hæc conſuetudo? dic vt per glo. & Doct.
in l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. ma
trimon. & Pract. Papien. in form. libel. quo vxor
agit ad dotem in gloſ. in verbo, vxor quondam
Thadei, num. decimonono, verſic. cuius tamen
gratia pro pleniori.
127 Item † quid ſi tempore matrimonij filius e-
rat emancipatus, negotiabatur ſeorſum, viue-
bat ſeorſum, & pater non conſenſit matrimo-
nio, nunquid teneatur alere nurum de proprijs
bonis?
128 Item † quid ſi pater conſenſit matrimonio, &
proinde ſit obnoxius oneribus, iuxta tradita in
§. tranſgrediamur, & quid ſi mulier poſſit ali de
bonis filij, qui fuit maritus, nunquid poſſit vxor
129 porrigere manus ad bona patris ſoceri ſui, † & an
debeant diſcuti bona filij ex ordine huius litteræ
130 textus, vide † Afflict. in deciſione 332. columna
ſecunda, verſic. item ex quo, vbi etiam ſi pater re
131 cepit dotes, vide † Paul. de Caſtr. in conſilio de-
cimoquarto, viſis & conſideratis verbis, & quòd
132 bona patris † ſint obligata, Bald. in l. prima, C.
quod cum eo, Alexand. conſilio ſexageſimoſe-
ptimo, volumine quarto, & hæredes inſolidum
fauore dotis, l. cum ab vno, ff. de leg. ſecundo, &
per Afflic. in deciſione 332. Item quid ſi filius eſt
133 impotens, inops, vel è contra pater, † vel ſi ambo
134 potentes alimenta præſtare mulieri, † nunquid
135 mulier habeat optionem agendi, † & ſe alimen
tandi de bonis vnius, vel alterius, vel mixtim de
bonis vtriuſque? ſcilicet patris, & hæredum
filij?
136 Et † quid ſi pater, & filius ambo in eodem in-
ſtrumento confeſſi ſunt dotem recepiſſe, an qui
libet inſolidum teneatur ad reſtitutionem dotis?
in quo dic, quòd ſi pater regit filium, & omnia
137 bona, † & tunc præſumitur dotem perueniſſe ad
patrem, Cyn. in l. ſi cum dotem, §. tranſgredia-
mur, ff. ſolut. matrimon. vbi Ang. Crauet. conſi-
lio nonageſimoprimo, numero tertio, Cache-
ran. deciſione quadrageſimaquarta, Curt. ſen.
conſilio quinquageſimoquarto, columna ſe-
cunda, Aretin. in §. eſt, & aliud, Inſti. de donatio.
Aut filius regit patrem, & vniuerſa bona, & tunc
138 filius † tenebitur inſolidũ, aut quilibet regit ſeip-
ſum, & tunc quilibet tenetur pro parte, Iacobin.
139 de ſancto Georg. † in l. ſi is, qui, §. ibi dos, ff. de iu
re dot. ſed fauore dotis, dic tu teneri inſolidum
140 per præallegata † per Afflict. in dicta deciſio-
ne 332.
141 An etiam † pater qui recipit dotes, teneatur ad
reſtitutionem earum filio viuenti, vide late Boe.
deciſione 195. & ſi reperiuntur duo inſolidum
142 eodem inſtrumento obligati, † probatur tamen
ad vnum tantum perueniſſe pecuniam, alius ha-
betur pro fideiuſſore, Cremen. ſingu. trigeſimo-
octauo, in eodem inſtrumento, vide tamen pul-
chre in hoc, quæ dixit Barto. & deinde Paul. de
Caſt. in l. hinc quæritur, ff. commoda. quod po-
143 teſt fieri diſcuſſio contra † principalẽ, expenſis ta-
men fideiuſſoris inſolidum obligati, quod ſecu-
tum eſt Sacrum Conſilium Neapolitanum rela
tore Ioan. Thoma Minad. in deciſione decima-
ſexta.

Pro vera deciſione ſupradictorum dubiorum
cum conſuetudo iſta nil exprimat, recurrendũ
eſt ad ius commune, vt dicamus cõſuetudinem
144 loqui in terminis habilibus, † quando pater con
ſenſit, vel præſens fuit, vel pro conſentiente ha-
betur, vel ipſe recepit dotes, vel ipſe habet pecu-
lium filij, qui caſus ſinguli recenſentur in §. tranſ
grediamur, l. ſi cum dotem, ff. ſolut. matrimon.
vbi Bartol. & Doctor. & in his caſibus, & eorum
altero, quemadmodum actio pro dote datur
contra patrem, ſic etiam pro alimentis tributis
145 per † hanc conſuetudinem, ſaltem condictione
ex l. vigore huius conſuetudinis, l. prima, ff. de
condict. ex leg. cum etiam pro alimentis actio
146 hypotecaria † competat ſecundum Doctor. in l.
poſt dotem, ff. ſolut. matrimon. & per Cyn. in l.
prima, §. exactio, C. de re. vxor. act. & per Iaſ. in §.
fuerat, Inſtitu. de actio. in alijs vero caſibus pater
147 non teneatur, & quòd pater, † qui conſenſit filio
matrimonium contrahẽti, & recepit dotes eius
148 bona ſint † tacite obligata per Afflict. in deciſio-
ne 332. Gabr. Coppularius.
149 Sed † pone quòd pater recepit dotes, ſic quæ
rit, quomodo, & qualiter ſecure poſſit reſtituere
illas filio, & nurui, ita tamen quod amplius mo-
leſtari non poſſit, nec eius bona obligara? dic,
quòd cautela erit, quòd ipſi filio, & nurui reſti-
tuat pro alimẽtis ipſorum, & filiorum ſuorum,
argum. l. mutus, § manente, ff. de iure dotium, vt
volunt Doctor. in l. quamuis, & in l. ſi cum do-
tem, §. tranſgrediamur, ff. ſolut. matrimon. per
Cyn. in l. ſi prædium, C. de iure dot. Ioan. Petr. de
Ferra. in form. libel. quo vxor agit ad dotem, in
150 verbo, peruenit. In † duobus tamen caſibus te-
netur pater dotem per eum receptam filio reſti-
tuere, primo ſi illum emancipaſſet, ſecundum
Bald. in conſilio decimonono, volumine quar-
151 to. Secundo † ſi eundem exhæredaſſet, Bald. in l.
vxor, C. famil. erciſcun. & Iacob. de ſancto Geor.
l. mutus, §. manente, ff. de iure dot. quod nota. &
ſi vxor eſt apud filium, pater tenetur aſſignare
dotem vxoris ad onera dotis ſupportanda, l. ſi
maritus, ff. famil. erciſcun. pater tamen eſt con-
ſeruandus, ne in poſterum cõueniatur, idem eſt
ſi à domo paterna fuit expulſus, vel de conſenſu
patris habitat per ſe, ad conſeruandum patrem,
ſufficit quòd vir & vxor cum iuramento refutẽt
vt ex dote ſe ſuoſque alant, Bald. conſilio cen-
teſimotrigeſimoprimo, veritas eſt, volumine
quarto.
Sed † quid ſi pater recipiendo dotes, vel ali-
152 ter ſe † cum filio vxorem ducẽte ſe obliget ex pa
cto expreſſo, non vult obligari, niſi pro rata, &
pro portione tangente filio in bonis patris poſt
eiuſdem patris obitum, nunquid poſſit, valeat-
que huiuſmodi pactio? Bald. in conſil. 339. volu
mine 1. arguit ad partes, & concludit opinionẽ,
quæ doti fauet, vt nõ obſtante huiuſmodi pacto

teneatur inſolidum ſuper omnibus bonis, ta-
men ipſe contrarium tenet, vt talis conuentio
teneat, maximè ſi filius inſolidum ſe obliget, de
quo tamen vide Iaſ. in §. fuerat, nu. 108. Inſtitu.
de actio. & Ioan. Lup. in repet. rubr. extra de do-
nat. inter virum, & vxorem, §. vigeſimoprimo,
& Alexand. in addit. ad Bartol. in §. tranſgredia-
mur, l. ſi eum dotem, ff. ſolut. matr. vbi vide ſi ca-
ſus acciderit.

Hiſce adde, quod ſi pater filij emancipati ma
153 trimonio conſentiat, † non ob hoc ſit obligatus
dotem conſeruare, & reſtituere, ſecun. Specula.
in titulo de dote poſt diuort. reſtitut. §. formatis,
columna tertia, verſiculo, ſed pone filius eman-
cipatus, quæ tamen opinio non procedit, ſi pater
154 dixerit filium eſſe familias, † & tacuerit eſſe emā
cipatum, quoniam tunc ex ſuo dolo tenetur.
155 Sed † quamuis magna ſit opinio Speculatoris,
tamen contrariam ſententiam firmauit Pau. de
Caſtr. & poſt eum Alexand. in dicto §. tranſgre-
diamur.
156 Ea † potiſſimum ratione, quia pater tenetur ſe
obligare hoc caſu pro filio emancipato æquè, ac
pro filio in poteſtate, vt firmat ibi Barto. refert,
& ſequitur Ioan. Lup. in repet. rubricę extra de
don. inter virum, & vxorem, §. vigeſimoprimo,
vbi tenet quòd ſaltem pater tenetur actione mā
157 dati, & † reſpondet motiuis adductis per Specu-
latorem, & nota quòd ſi patitur nomen ſuum
158 ſcribi † in actis, dicitur fideiuſſor, licet nil dixerit,
l. cum oſtendimus, §. finali, ff. de fideiuſſor. tu-
tor. de cuius intellectu, vide per Doctor. in l. pri-
ma, ff. de verborum obligatio. quod pro valde
ſingulari tradit Petr. Rauenna in ſingul. 199. da
159 tur tamen † cautela patri dotem cum filio reci-
pienti, & qui ſe obligauit vt liberetur à nuru,
quòd filium emancipet, eique dotem tradat, vt
per Bartol. in l. ſanè, ff. de iure dot. Alexand. in l.
ſecunda, columna ſecunda, ff. ſolut. matrimo. &
pro ſingulari tradit Rauen. in ſingular. 166. &
per Afflict. in deciſio. 349. fuit maritata, numero
ſecundo.
160 An autem mulier † poſſit petere hæc alimenta
præterita non petita, nec proteſtata, debita pro
tēpore præterito? dic quòd non, niſi pro ſe alen-
da æs alienum contraxiſſet, vt per D. de Franch.
in deciſione 203. & Theſaur. deciſione 44. Sena-
tus Pedemontani.

Quæro mulier tranſiuit ad ſecunda vota, &
161 matrimonium eſt † nullum, & ſic fuit declara-
tum per ſententiam, vtrum amittat alimenta, &
habitationem? & ſi amiſit, nunquid reintegretur
162 ad priſtinum, vt rehabeat ea? † dic breuiter,
quòd priuatur ſine ſpe recuperationis, quia iam
fecit quicquid potuit, vt no. Bald. in c. 1. de alien.
feu. pater.

Etiam ſi alimenta à viro
163 **non fuerint relicta.** Debentur igi-
tur † alimēta,
ſiue fuerint eidem mulieri legata, ſiue non: ſi igi
tur legentur alimenta, compenſantur cum his,
164 quæ tribuit hęc conſuetudo, † igitur non duplan
tur, cū debeantur ex vi, & neceſſitate huius con-
ſuetudinis, ex theorica Doc. in l. ſi cum dotem,
§. ſi pater, ff. ſolut. matrimon. prout in ſimili quæ
ſtione per Alexand. in l. diuortio, in principio, ff.
ſolut. matrimon. Bal. in l. ſi donaturus, ff. de con-
di. ob cauſ. ſic fuiſſe iudicatum, refert Dom. Ant.
de Alex. in addit. ad Napoda. in conſuetud. Nea-
politan. viro mortuo, quæ additio incip. quid ſi
maritus legauit, & licet alij velint contrariū fuiſ-
ſe deciſum, prout ibi eſt additio in margine, car-
ta 242. eo maxime, quoniam Anton. de Alexan.
ibi non firmat pedes, ſed relinquit indeciſum.
Tu tamen firma pedes, vt inducatur compenſa-
tio per præallegata, cum debeantur ex neceſſita-
165 te huius † conſuetudinis, donec dotes reſtituan-
tur ex dictis per Doct. in dicto §. ſi pater, Paul. de
Caſt. in conſilio trigeſimoprimo, circa princip.
volumine ſecundo, & quid ſi eſt legata ſpecies,
non autem quantitas, nunquid inducatur com-
166 penſatio? † vide in locis prædictis, & vide Dom.
de Franchis in deciſ. quingeſimatertia, Illuſtris
Marchioniſſa.

Et ſi alimenta legentur, poterit mulier illa pe-
167 tere, etiam ſi cum hærede morari noluerit, † l. li-
bertis, §. finali, ff. de alim. & ciba. lega. ſed in hoc
teſtator prouide teſtari poterit, ſi pręuiderit cum
hæredib. commode morari non poſſe, & annuā
168 pro alimentis quantitatem legare, † vt per Du-
rand. de art. teſt. titulo de leg. caute. quinquageſi-
maſexta, quod ſi tale legatum fecerit, donec tho
rum voluerit cuſtodire, deinde etiam lectum re
liquerit, in poſteriore legato conditio non intel-
169 ligitur repetita prædicta, vt † colligitur ex doct.
Bartol. In l. in repetendis, ff. de leg. tertio, & in cō
ſilio trigeſimonono, Cola reliquit, & Bal. conſi-
lio 153. quidam teſtator, libro quinto, & Cuma.
in conſilio vigeſimoſecundo, teſtator. hoc ta-
170 men limitabis, † niſi duo legata vnica oratio-
ne complectatur, tunc enim ſub vna eadem-
que conditione legaſſe cenſetur, l. ſciæ, §. Caio, ff.
de fun. inſtr. vt patet ex dictis per Bald. in dicta l.
in repetendis, & in dicto conſil. trigeſimonono,
& conſilio vigeſimoſeptimo, viſa facti narratio-
ne, & per Gual den. vbi ſupra, caut. quinquageſi-
maoctaua.

Sed pone † quod teſtator vxori legauit alimē-
171 ta in domo, † modo iſta mulier ſecundo nubit,
& virum inducit ſecundum, filij propterea eam
expellunt, quæritur vtrum debeat habere lega-
tum? Reſponde cum Bald. in l. prima, C. de lega.
quòd teſtator cogitauit matrem ſociare cum fi-
lijs, mater vero ſe diſſociauit ab eis, † vnde filij ex
traneum admittere non tenentur, etiam ſi hone-
ſtiſſimus is ſit, nam de inhoneſto nō eſt quæſtio,
vt l. non aliter, ff. de vſu, & habit. facit etiam; quia
172 nubendo faciet ſe ſuſpectam, † l. lex quæ tuto-
res, C. de adminiſtratio. tutor. & maxime in e-
173 ducatione liberorum, † vnde per ipſam ſtare vi-
detur, quominus cum filijs ſtare videatur, qua-
174 ſi eorum † parum amico ſe iunxerit: quæ e-
nim ſecundo nubit, magis viro, quam libe-

ris

rls ſtudet, iccirco legatum perdit relictum contemplatione educationis liberorum, quos nubendo contempſit.

Pone à viro fuiſſe legata alimenta eius vxori de bonis communibus cum fratre teſtatoris, an
175 legatum debeatur ex bonis communibus? †dic quod ſolus hæres mariti tenebitur ad alimenta de bonis, ſeu parte bonorum teſtatoris, ex quo ſimul, & coniunctim reliquit alimenta de bonis ſuis, & fratris, per tex. in l. ſi duobus res, §. hæres, ff. de leg. primo, vbi Paul. de Caſt. dicit etiam perpetuo menti tenendum, & quòd qui neſciret illum textum, & illam deciſionem, de facili reſpõderet contrarium, & illam ſequuntur ibi ſimpliciter Doctores, ſecundum Gerard. de Petr. ſancta in ſingul. 44. ſi teſtator, & per Bartol. in eius conſilio incip. quidam filios ſuos hæredes, quod valde notandum eſt.

Sed quid, ſi maritus in teſtamento mandauit
176 filijs, †vt tractarēt matrem honorificè, prout ipſe tractabat, modo iſta vult indui pannis ſpecioſis, prout incedebat in vita mariti, filij vero dicunt ipſos eſſe paratos exhibere reuerentiam, nō tamen ſpecioſa veſtimenta, quæ maritus gratia ſui præſtabat? dic quòd debentur condecentia tantum, & congruentia, ſecundum conditionem viduarum, nam verba teſtatoris debent in-
177 telligi ſecundum † præſentem ſtatum viduitatis, & ſic non debetur lectus de ſerico, Bald. in l. prima, verſiculo item quæritur, C. de legatis.

Legatum tamen à marito factum annuum,
178 maximè † cum præfinitione temporis, donec in viduitate permanſerit, dicetur continere plura legata, vel vnicum, cuius hæres cedit à tempore mortis, ſecundum nota. in l. ſi cum præfinitione. ff. quando dies leg. ced. atque etiam ſubijcietur
179 falcidiæ, †& reputabitur aſcendere ad tantam quantitatem, quantum poteſt ſe extendere vita legatariæ, habita ratione ætatis, & ſecundum cõputum Iuriſconſulti in l. hæreditatem, ff. ad leg.
180 falcid. † quod eſt aduertendum ad mulierem, vt capiat, vel ex legato, vel ex vi huius conſuetudi-
181 nis, prout melius, † & pinguius ſibi viderit expedire: ſi enim ex legato capiet, ſubijcietur forſitan legi falcidiæ, iuxta prædicta, ſecus ſi ex vi huius conſuetudinis capiat, quod nota, & cautus ſit mulieris aduocatus.

Sed quid ſi vir vxori alimenta legauit, dein-
182 de vero filius, vel †alius eidem mulieri ſimiliter alimenta legauit, vtrum mulier habebit vtrumque? dic quod non, immo iſtud legatum ſecundum, erit nullius momenti, & modicæ vtilitatis, quoniam legatum alimentorum multiplicabile
183 non eſt, l. dominus, §. primo, †ff. de vſufruct. l. libertis, ff. de alimen. & ciba. lega. Modus tamen legandi, vt poſterius legatum commodum afferat legatario, collige ex Duran. de art. teſtan. titulo ſexto, de lega. caut. vigeſima tertia, qui dat
184 cautelam, † vt leget vſumfructum talis fundi: ſic etenim legatarius habebit alimenta, & inſuper vſumfructum fundi capiet, cuius commoditatem pro eius arbitrio poterit vendere, donare, vel in proprios vſus conuertere, l. neceſſario, §. finali, ff. de peri. & commod. rei vendi. licet ipſum
185 ius vſusfructus † alienari non poſſit, §. finitur, vbi Aretin. inſtitu. de vſufruct. Vbi etiam aduertit, quod teſtator ſciat loqui, vt non leget fundum ad vſum vel alimẽta, vel vt vulgo dicitur ad gaudimentum, tunc enim per hæc verba non vſuſ-
186 fructus, ſed † proprietas legata cenſebitur cum vſufructu, ſicque volens legare vſumfructum, erit heres obnoxius ad proprietatem, l. donatio-
187 nes, §. ſpecies, ff. de donatio. † quem textum ad hoc notabiliter extollunt ibi Bart. & Imol. cum
188 aliud ſit relinquere vſumfructum prædij, † vel alimenta ex prædio, hoc enim legatum alimentorum continet: aliud vero eſt legare prædium
189 pro alimentis, vel pro vſu, vel pro, † ſeu ad alimenta, nam hoc caſu etiam proprietatem continet, vt per Bartol. in l. quarta, ff. de alimen. & ciba. lega. iccirco tale legatum ad hæredes tran-
190 ſit legatarij, † vt ibi per Bartol. faciunt ſcripta per Imol. in l. apud Iulianum, §. ſi quis alicui, ff. de leg. primo, & per Alexan. conſilio 214. ponderaris, libro ſexto, niſi aliter teſtator claris verbis declaret, vt velit, legatarium nil, vltra alimenta, percipere, vt per Alexand. conſilio 221. viſis verbis, in fine, libro ſecundo, Roman. conſi. 503. Socin. conſilio 102. viſis, columna quinta, libro tertio.

Legatum tamen vxori relictum, ſi vidua per-
191 manſerit, † debetur, quamuis tranſeat ad ſecundas nuptias, ſufficit enim conditionem momento extitiſſe, vt legatum conſequatur, l. ſi quis hæ
192 redem, C. de condi. inſtit. † veruntamen, vt legatum non debeatur ſecundo nubenti, remedium
193 erit, † vt legetur ſub conditione, ſi vel donec, vel quamdiu in viduitate permãſerit, vt per Bal. in conſ. quadrageſimoſecundo, præmittendum eſt, lib. 5.

Caueat etiam teſtator ab alio, ſcilicet, vt ſi vſumfructum alicuius rei, vel prædij vxori relinquat, quo caſu morte vſufructuarij extinguitur,
194 §. finitur, † Inſt. de vſufruct. ne verba iſta, vel ſimilia adijciat, ne vſufructuarius, vel vſufructuaria fundum, vel prædium in quo reliquit vſumfructum, alienet, tunc etenim per iſta verba in-
195 telligetur legata proprietas, † l. Proculus, ff. de vſufruc. & vxor rerum domina efficietur, vt per Bald. in dicta l. Proculus, quam deciſionem ſequitur, & ſingularem dicit Roma. conſilio 206. licet de communi, Barba conſilio vigeſimo, clementiſſimum, columna quarta, libro quarto, & Socin. conſilio 210. ſatis anceps. Erit ergo teſtator clarus in ſermone, & notarius clarior in ſcriptura, nec verba præmiſſa adijciat, ſed expreſſe dicat, velit, nec ne vltra vſumfructum, etiam proprietatem legare, de quo vide Duran. de art. teſt. libro ſexto, titu. de legat. cautela quadrageſimatertia.

Sed quid ſi debita alimenta ex hac conſue-
196 tudine non petijt, † immo ſolutis dotibus, ac dodario, nil dixit, nunquid ea petere poſſit? uidebatur quod non, argumen. l. fina. ff. de eo, quod

cert.loco,ubi creditor recipiendo ſortem ſine a-
197 liqua proteſtatione, † parat ſibi præiudicium
quo ad intereſſe, ſicut dicitur in filioſamilias,
198 l.ſi quis à liberis, †§.ſed ſi filius, ff. de libe. agno
ſcen.& ſicut dicitur de monaco per Abbatem a-
199 lendo,†de quo loquitur Rota deciſione 300.Ale
xand.conſilio ſeptuageſimoſecundo,uolumine
quinto, & uidetur ſup. deciſum in uxore,quam
hęredes uiri ante dotem reſtitutam alere debēt,
ſecundum gloſ.& Doct.in l.diuortio,ff.ſolu.ma-
trimo.& tamen præterita petere non poteſt, niſi
200 mulier,†monacus,filius proteſtati fuiſſent,æſq.
alienum ut ſeſe alerent, conflaſſent,poſſentque
inſtare,ut creditoribus ſatisfieret,l.finali,ff.de in
rem uerſ. Alexand.in dicta l.de alimentis, C. de
tranſact.& per Bald.in conſilio 224.uolumine ſe
cundo,ubi in uidua exemplificat quæ interpella
tis hæredibus uiri ad domum fratris conceſſiſſet
201 ab coquę educata fuiſſet, † quicquid ſenſerit
Decius in dicta l. de alimentis, qui indiſtincte
202 mulierem†ad hæc alimenta petenda uoluit ad-
mitti,cum eius opinio ibidem per Doctores re-
fellatur.

Quicquid tamē de iure cōmuni ſit,dic quòd
203 immo †hæc mulier poterit petere alimenta prę
terita,ſiue dotem acceperit, ſiue non petierit,&
ratio eſt cum talia alimenta debeantur uiduæ ex
204 diſpoſitione † conſuetudinis,& quemadmodū
mulier paciſcendo dotis ſuæ conditionem de-
205 teriorem † facere non poteſt,l.Attilicinus,cum
ll.ſequentibus,ff.de pact.dota. ita nec alimento-
rum,quæ dotis ſunt appendices, ut per Bald. in
206 capitulo,iurauit,†colum.ſecunda,extra de pro-
bat. Alciat. in dicta l. de alimentis, C. de tran-
ſactio.

207 Et † quia iſta alimenta debentur condictione
ex iſta l. ſiue condictione ex l.& cōſuetudine, &
ſic lege municipali,in caſibus uero præcitatis de
bentur officio iudicis,merito illud eſt, quod nō
detur petitio præteritorum alimētorum, ut per
Alciat. in dicta l. de alimentis, poſt Doctor. ibi,
& Bald. in dicto capitulo,iurauit, extra de pro-
bationibus.

Sed quid ſi maritus reliquit alimenta uxori,
nunquid ultra alimenta legata poſſit petere, &
208 conſequi dotem? † breuiter dic quòd ſic,poteſt
enim utrumque conſequi, ſecundum Paul. de
Caſt.in conſilio 224.incip.legatum prædictum,
uolumine ſecundo,quod conſilium corrupte al
legat Picus in l.Titia cum teſtamento,§.Titia cū
nuberet,numero 132.ff.de leg.ſecundo, uide ibi
cum in facti contingentia, nec uidebitur legatū
209 factum animo compenſandi, ſed † tantum dif-
ferendi ſolutionem dotis,ut per Alber.in Auth.
hoc locum, C.ſi ſecun.nupt.mulier.de quo uide
Picum,ubi ſupra,numero 133. niſi teſtator dixe-
rit, uxori lego alimenta ſi dotem ſuam non pe-
210 tierit ab hæredibus meis,tunc † enim impeditur
uxor poſt acceptationem legati alimentorum
dotem petere:etiam dotem petere non poterit,
ſi legata ſint alimenta, ut uxor dotem petere nō
poſſit,alias ſit legato priuata, tunc enim dos a-
211 pud†hęredes mariti remanebit, prout tenet Bar
tol.& Docto.in l.amplius non peti,ff.rem rat. ha
be.& Picus in dicto§.Titia,numero 134.An au-
212 tem† talia alimenta legata mulier poſſit propria
authoritate capere? dic quod non,ſed debet ca-
pere de manu hæredis,alioquin cadit à legato,
213 etiam ſi non ui,ſed † clam occupet,l.non dubiū,
C.de lega. quod ſpecialiter uidetur inductum in
debito ex cauſa lucratiua ex ultima uoluntate,
ut ius ſibi dicens cadat à ſuo iure,ſecundum Ale
214 xand.in dicta l.non dubium,niſi † teſtator relin-
quat rem iure inſtitutionis, quoniam tunc hæ-
res in re certa poteſt poſſeſſionem propria au-
215 thoritate nanciſci, †ſecundum Bartol. in l. ex fa-
cto,la ſecunda,ff.de hęred.inſtit.& nota.reputat
Alexand.in l.quoties,de hæred. inſtitu. Dec. in l.
finali, columna ſeptima, C. de edicto Diui
Adr.tollen.Barb.in capitulo Raynutius,colum-
na ſexageſimatertia, extra de teſtamen.uel niſi
216 conſtituat ſe legatarij nomine †poſſidere, ſecun-
dum Iaſ.in l.nemo poteſt, columna nona, ff. de
lega.primo, uel niſi teſtator det licentiam lega-
217 tario ingrediendi,& apprehendendi †propria au-
thoritate,Guald.titulo de legat.cautel.duodeci-
ma,uel niſi ſit relicta donna, & domina, quo ca
ſu poteſt propria authoritate capere, ſecundum
218 Ang.in l.prima, † columna ſecunda,ff.rer. amo-
ta, ſecundum, Ioan. And.in addit.ad Specul. in ti
tulo qui fil. ſint legit. in addit. incip. ſed cum ſe-
cundum. Barto.Bald.& omnes in dicta authen.
quod locum,& Bald.in capitulo finali,columna
ſecunda, extra de conſuetud. & proinde his ceſ-
219 ſantibus† induci debet in poſſeſſionem ab hære-
dibus mariti pluribus, & unoquoque eorum
proportionabiliter, ſi plures ſint hæredes, Ale-
xand. conſilio quadrageſimoſexto, uolumine
tertio,in fine,poterit ex ſupradictis habere licen-
220 tiam ingrediendi † a iudice,l.tertia,C.de pigno.
l.ſi ex ſtipulatione,ff.de acquiren.poſſeſ.l. minus
inſtructus,C.eodem,Iaſ.in l.non dubium, C.de
lega.ibi limitat illam legem, ac regulam, quem
non poſſe propria authoritate aggredi rem lega
tam,uel adminiſtrationem tutelę,uel legitimā,
221 de qua per Bartol.in l.ſecunda, † C. quando, &
quib.quar.pars deb.libro decimo,Bal.in l. ſiquis
in ſuo,C.de inoff.teſtamen.Benedictus in capitu
lo Raynutius,in uerbo,ſi ſine liberis,il ſecundo,
in materia fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, nu-
mero quadrageſimoquinto, extra de teſtamen.
Caſſan. ad conſuetud. Burgund. titulo ſepti-
mo, §.ſecundo,numero ſeptimo,& egregie per
Gregor. Tholoſan. libro quadrageſimoquarto,
Syntagm.uniuer. iuris,capitulo tertio, numero
26. 27.

222 Numquid † autem ſi teſtator legauerit uxori
annua decem fortaſſe ſi ſteterit cum hæredibus,
an hæc conditio tamquam impeditiua liberta-
tis reijciatur de legato,& ualeat legatum reiecta
tali conditione,uide Ioan.Pet.de Ferra.in form.
libel.quo uxor agit ad dotem, in uerbo, ac ali-
menta,in fine,& eundem latius diſtinguentem,
in gloſ.ſi habitaculum tenuerit, Bartol.in l.qui

con-

concubinam,§.uxori,ff.de lega.tertio; & an præ
ſtabit cautionem de eam conditionem implen-
do,vide ibi, & dicam infra.
Sed quid dices,ſi teſtator reliquit alimẽta do-
nec ſoluantur dotes,vel ſi dotem nõ petat, mo-
do euenit,quòd hæredes ſponte eas ſoluunt mu
lieri,quæritur nunquid finiatur legatum alimẽ-
torum. Reſpon.quòd Bart.in l. amplius non pe-
ti.ff. rem rat. hab. tenuit finiri, nec amplius de-
beri.Bald. vero in l. prima, verſicu. extra quæri-
tur maritus,C.de legat.tenuit oppoſitũ, & mo-
uetur quia conditio videtur impleta, nec poteſt
imputari vxori cur dotem oblatam ſponte, ac-
cepit cum ipſe hæres eã obtulerit, vt ff. de leg. 3.
l.fideicommiſſa.§.ſi rem.
Sed retento eodem themate, quid ſi vxor
226 eſt ingreſſa † monaſterium,an debeatur tale le-
gatum? videbatur,quòd non,nam amplius non
eſt vidua,Bal.tamẽ dicit deberi,in l. Deo nobis,
C.de epi.& cle. nã in tali habitu; etiam ſeruatur
227 honor teſtatoris,qui intellexit,ac † prohibuit ſo
lum, ne tranſiret ad ſecunda vota, non autem,
vt Deo dicaretur,quod pro ſingulari tradit Cre
men.ſing. 142.incip. maritus reliquit.
Nunquid autem legatum factum vxori, ſi vi
dua remanſerit, requirat perpetuam viduitatẽ?
228 diſtingue † ſecundum Bald. in conſilio quadra-
geſimoſecundo, præmittendum eſt, volumine
quinto,quòd aut vnicum eſt legatũ, aut annuũ,
vt ſecũdo caſu requiratur perpetua viduitas, pri-
mo autem caſu, quando eſt vnicum legatum,
ſubdiſtinguit,aut dicitur quoad vidua perman-
ſerit,& debetur donec vidua permanet,non po-
ſtea,vt not.Cyn.in l.fin. C. de indi.vidui.toll.nec
pe reciperet legatum,niſi præſtita cautione, vt in
229 authen.† cui relictum,C.de indi.vidui.toll.ſecus
ſi per verba, ſi vidua remaneret, tũc enim ſtatim
verificatur cum caſus extiterit, licet deinde nu-
230 pta efficiatur, † vt per Bald. in d. conſilio,quem
ipſe intelligerem, dum legatum fieret ab extra-
neo,ſecus tamen ſi à marito,quia tũc videtur le-
gaſſe animo inuitandi mulierem,ac prohibẽdi,
231 ne ad ſecunda vota trãſiret, † cuius anima ob id
contriſtatur,vt dicit tex.in §.nos igitur, in auth.
232 de nupt.† non ſic in extraneo, cuius non intereſt
mulierem permanere, vel tranſire ad ſecundas
nuptias,& quamuis inductus à miſerabilitate vi
duitatis legatum fecerit, illa eſt cauſa impulſiua,
233 qua ceſſante † non ceſſat effectus legati,l.1.§....
ff.de poſtul.& ſic intelligerem dictum Baldi,ſal-
uo ſemper ſaniori iudicio, & niſi aliter de men-
te,ac voluntate teſtatoris conſtaret.
Relicta a viro vſufructuaria vniuerſalis alio
234 hærede non inſtituto,erit hæres in totum, † etiã
in proprietate,Bellon.in conſilio ſeptimo,num.
quinto, & ſi habet filios, erit vſufructuaria om-
235 nium bonorum, præterquam in legitima filio-
rum,Bellon.in conſilio nono,numero ſecundo,
vide quæ allegat.
236 Sed † ſi maritus legaret vxorem vſufructua-
riam omnium bonorum,an poſſit petere dotẽ,
& habere alimenta? dic, quòd habebit vtrumq;
vt per Paul.de Caſt. in conſi.124.incip.legatum
prædictum,Bellon.conſilio trigeſimoprimo,nu
mero quarto,Bald.in l.vnica, §. cum autem, in
ſecunda lectura,C.de rei vxor.act.Picum in l. Ti
tia cum teſtamento,§.Titia cum nuberet, nume
ro quadrageſimoſecundo,ff.de legat. ſecundo,
Anton.Capic. in addit. ad conſuetud. Neapolit.
viro mortuo,Ioan. Petr. de Ferra. in form. libel.
quo vxor agit ad dot.in glo.ac etiam alimenta,
in verbo,& prædicta locum habent, vide Imol.
in l.vſufructu,ff.ad l. Falcid. & ibi Paul. & Alex.
qui ex profeſſo hanc quæſtionem determinant
reprobato Bartolo in l.finali,ff. de vſufruct. lega.
237 cum † cõtra eum ſit opinio communis.Franchis
deciſione 483. & fuit in cauſa Nicolai Antonij
Loffredi cum creditoribus,in qua fui Aduoca-
tus,& pro veritate, vide omnino Aymo. conſi-
lio 187.& Caſſan.in conſuetud.Burgund. rubri-
ca ſexta,§.quarto,in verbo Parmiee,quicquid di
xerit Guid.Pap.q.541.
238 Quid † autem ſi maritus reliquerit vxorem
donnam,dominam, & patronam, maſſariam,
vſufructuariam,vt vulgo paſſim fit in teſtamen-
tis,quæ verba important quandam præeminen
tiam in domo, vt habeatur,atque tractetur,pro-
239 ut in vita mariti ratione promiſcui vſus † in eius
bonis,& ſecundum conſuetudinem Bulgari an-
tiqui gloſatoris habebit integrum vſumfructũ,
alio hærede extraneo inſtituto retinẽte nudam
240 tantum † proprietatem,ac non exiſtentibus filijs
teſtatoris:eis vero exiſtentibus, nuda alimenta
tantum, & dictam præeminentiam in domo
quondam mariti,vt per gloſ.Cyn. & alios in au-
then.hoc locum,C.ſi ſecund.nupt.mulie. & Bar
tol.in l.Titia,§.Titia,ff de leg.ſecundo, quæ con
241 ſuetudo † cõmuniter obſeruatur,ſecũdum Lu-
douic.Roman conſilio 118.quoad primum, in
primo dubio,& Corn.conſilio quinto,in hac cõ
ſultatione videtur prima facie,columna prima,
volumine primo,late Cur.ſen.conſilio decimo-
quarto,& ſequenti,& Pract. Papien. in form. li-
bel.quo vxor agit ad dot.in glo.in verbo, donec
vitam duxerit vidualem,numero quinto, uerſi-
culo poſtremo quæritur, uide Corn. in conſilio
257.numero ſexto, uolumine primo, & turſus,
numero duodecimo,ubi quòd inſtituto hęrede
extraneo,uidetur relicta proprietas, & vſusfru-
242 ctus,quæ duo cum ſint incompatibilia, mulier
habebit electionem, quod legatum ſimiliter pro
243 pter correlationem uiri, & † uxoris, habet locũ
etiam in marito propter idemptitatẽ rationis,
ut per Bald.in dicta authent.hoc locum, in ulti-
ma quæſtione,C.ſi ſecund.nupt.mulier.& Iaſon
in l.finali,C.de indi.uidui.toll.& in conſilio 112.
columna penultima,uerſiculo tertio principali-
ter,uolumine primo,Curt.ſen. conſilio undeci-
mo, columna penultima, & Curt.iun. conſilio
ſexto,columna duodecima,poſt Socin.conſilio
ſeptuageſimoquinto, circa princip. uolumine
tertio,& Bald. Cuman.& Flor.in l. Titia cum te-
ſtamento,§.Titia,ff.de legat.ſecundo, & quam-
uis filijs extantibus legatum hoc in fauorem
patris nihil videatur operari, cum habeat v-
ſumfructum in bonis maternis, l. quarta, C.

de bon. mater. poteſt tamen operari in benefi-
cium patris propter filios emancipatos iux. tex-
tum in §. hoc quoque a nobis. Inſtitut. per quas
perſo. nob. acqui. atque etiam in multis caſibus
245 in quibus eſt † magis expediens patri id conſe-
qui iure proprio, quam iure legati, vt hæc con-
ſiderat Picus in repet. d. §. Titia. l. Titia cum te-
ſtamento; quæſtio. 19. ff. de leg. ſecundo. Per hu-
iuſmodi igitur legatum mulier vſumfructum,
vel alimenta, ſecundum ſupradictam diſtin-
246 ctionem conſequetur, † cenſebiturque animo
cōpenſandi factum cum victu, veſtitu, alijsque
neceſſarijs ad alimēta, viduali lecto, & veſtibus
lugubribus, vt per Roder. Suar. in titu. de arris,
verſicu. idem in debitore neceſſario, nume. 36.
& ſequen. Franc. Marc. deciſion. 819. parte pri-
ma, Cachera. deciſio. Pedem. 68. cum idem ſit
in legato particulari, vt dictum eſt ſupra, &
per congeſta per Borgni. Caual. in eius tracta. de
vſufru. muli. reli. num. 52.

Teneaturque mulier mutianam cautionem
247 præſtare hæredibus † viri de conſeruanda vi-
duitate, & honeſtate, etiam parte non petente,
ſi vult ingredi poſſeſſionem bonorum ad vſum-
fructum percipiendum, ſecundum omnes do-
cto. in authent. cui relictum, vbi Iaſ. col. pen. ver-
ſicu. ſed poſt annum, C. de indi. vidui. toll. & ibi
etiam Pau. de Caſtr. & Soci. in l. Mutianæ, num.
5. 6. ff. de condi. & demon. Ruin. conſ. 34. nu-
248 me. 4. volum. 2. † & de ratione cur præſtetur d.
cautio, vide Iaſ. in d. authent. cui relictum, in 3.
nota. colum. 3. num. 7. Paul. & Iaſ. in l. 1. C. de his
quib. vt indign. & ſi tranſit ad ſecunda vota, an,
249 & quando, † & à quo tempore teneatur ad re-
ſtitutionem fructuum, vide per Caualca. in d.
tract. num. 119. qui bene loquitur de prædictis,
quando ſit legatum donec honeſte ſteterit in
viduitate, ſecundum diſpoſitionem huius no-
ſtre conſuetudinis, &c.

Eam tamen cautionem, ſcilicet vtendi fruē-
di, ſeruata forma l. 1. ff. vſu. quemad. caue. nec
250 Teſtator ipſe remittere poteſt, l. 1. † C. de vſufru.
Soci. conſ. 210. ſatis anceps, in fin. & ſic ſe habet
communis opinio, vt per eundem Soci. conſil.
131. lib. primo, cum allegatis per Dec. conſ. 607.
viſo puncto.

Ad euitādam igitur hanc præſtationem cau-
251 tionis, remedium erit, † quod teſtator det mu-
lieri licentiam vendendi pro alimentis: poterit
252 enim † tunc vſufructuarius vendere bona ex
cauſa indigentiæ arbitrio boni viri, l. Titius, ff.
ad Senat. Trebel. nec hæredibus rerum vendita-
253 rum pretium refundet, † vt per Alexand. conſil.
58. lib. 3. Corn. conſil. 173. colum. 2. verſi. ſed du-
bium, lib. 3. & probatur in l. Proculus, ff. de vſu.
inducendo, vt per Barba. in conſ. 64. colum. fin.
Verumtamē à tali præſtatione cautionis, etiam
liberatur vſufructuarius, ſi non eſt perſona ſu-
254 ſpecta, † iuratoriam tamen præſtando cautio-
nem, authent. generaliter, C. de epi. & cler. l.
cum non facile, ff. ſi cui plus quam per l. falci. l.
1. §. ſin autem, C. de aſſer. toll. & ſi timor dilapi-
255 dationis † ſuperuenerit, poterit procedi ad ſe-
queſtrum, qui vſufructuariæ correſpondeat de
256 fructibus, † l. poſtquam, §. Imperator. ff. vt lega.
nomi. caue. Bart. in l. vſufructu, C. de vſufruct.
Abb. in c. ſi. extra de pign. & in conſil. 40. col. 30.
lib. primo, quicquid ſecus ſenſerit Iaſ. ſecutus
Roma. in l. prima, in fine. ff. qui ſatiſ. cog. ſecun-
dum Io. dilect. in tra. de art. teſt. in titu. de varijs
præcept. teſta. caute. prima. An autem in vſu-
257 fructu omnium bonorum † legato veniant
merces, & alia quæ teſtator habebat venalia,
vide Bart. in l. generali, ff. de vſu. leg. vbi de..r-
minat ea venire in tali legato, niſi diſpoſitio te-
ſtatoris ſit reſtricta, vt puta quia legauit vſum-
fructum omnium bonorum, quæ domi habe-
258 bat, † tunc enim per huiuſmodi verba, vel æqui-
pollentia reſtringitur legatum, vt non veniant
venalia. Picus. in §. Titia, l. Titia cum teſtamen-
to, ff. de lega. 2. nume. 111. verſi. quæro igitur
259 triceſimo. † Vbi etiam, an per tale legatum vſuſ-
fructus conſequatur fætus ancillarum, & peco-
rum, exemplationes protocollorum, mulctas,
condemnationes, xenia, & alia iuriſdictionalia
Caſtri, vel feudi, vide ibi ſi libet, mihi enim me-
tam excedere non licet nec libet. vbi etiam quis
260 præferatur in præſentando † rectorem in eccle-
ſia iuris patronatus eccleſiaſtici, an mulier vſu-
fructuaria, an vero hæres mariti proprietarius, vi
de ibi eum, numero 129. & adde ſupradictis
per nos.

261. An autem alimentá legata, † & nō præſtita vxo
ri, tranſmittat ad hæredes qui ea petere poſſint.
vide late Corne. conſilio 183. numero primo,
quarto, octauo, volumine 1. & in conſil. 212. vo-
lum. 3.

262 Vtrum perdat legatum alimentorum ſub cō-
ditione factum, ſi habitauerit cum hæredibus,
vel ſteterit cum filijs, ſi mulier nolit ſtare, vel
non poſſit. hanc quæſtionem cum ſimilibus, &
cum limitationibus, vide per Cyn. Bald. & alios
in l. 1. C. de legatis, & per Picum in l. Titia cum
teſtamento. §. Titia cum nuberet, ff. de leg. 2.
quæſtio. 63. à nume. 159. cum ſequen. Grat. in
263 conſil. 87. volum. 2. † & an de iure communi
mulier perdat legatum vſusfructus, vel alimen-
torū, ſi tranſeat ad ſecunda vota? dic quod non,
vt not. in authent. quod locum, C. ſi ſecun. nup-
ſe. muli. vbi hoc expreſſe dicit Bart. & Picus. in d.
§. Titia, num. 164.

Solutis vero dotibus, & dodario, vxor alimenta non habeat, ſed ſolam habitationem domus, donec thorū honeſte voluerit cuſtodire.

264 Solutis ergo dotibus, † & dodario, vxor nō eſt
amplius alimentanda, ſed ſolam habitationem
domus, donec ſteterit in viduitate honeſta.

Quæro quid eſt dicere honeſte, & quid ſit ho-
265 neſtas? † Archi. in capitulo, erit autem lex. 4. diſt.
dicit, quod eius contrarium eſt inhoneſtas, &
266 dicitur honeſtas † quaſi honoris ſtatus, ſecun-
dum Iſidor. 2. ethymolog. quæ nihil habet

tur-

turpitudinis. Non ſufficit ergo, quod cuſtodiat
lectum viduale, non tranſeundo ad ſecundas
267 nuptias,† verum etiam, vt honeſte viuat, &c.
cum illa dictio, donec, in textu poſita, importet
268 conditionem, † l. ſi oleum, ff. de dolo. capitulo
cauſam matrimonij, de probatio. l. qui concu-
binam, §. pen. ff. de leg. 3. Decius in conſil. 620.
nume. 3. conſil. 485. nume. 6. & conſil. 533. num.
5. vide Io. Pet. de Ferra. in form. libe. quo vxor
agit. ad dot. in gloſ. ac etiam alimentis, nume. 3.
Io. dilect. de arte teſt. ritu. de lega. caute. 56. Ali-
menta, numero primo. Bertran. conſil. 34. num.
2. 3. volum. 2. Alexand. conſil. 100. volum. 1.
Rol. Valle. conſil. 22. volum. 1.
269 Et proinde eſt, † ac ſi diceret hæc conſuetudo,
ſi, & quouſque vitam duxerit vidualem, vt per
Practi. Papi. in for. lib. ad dotem, in gloſ. in verb.
donec vitam. Sed non ne videtur, quod iſta
conditio ſit reijcienda, cum videatur inducere
viduitatem, ita, vt debeatur habitatio pure
reiecta conditione, l. 1. & 2. & l. fina. C. de indi.
vidui. toll. Sed dic, quod hæc conditio non eſt
adiecta taliter, quod ſit præciſe perpetua, ſed
270 temporalis ſecundum arbitrium, † & volunta-
tem ipſius mulieris, quod indicat eadem præ-
poſitio donec, merito ergo non reijcitur, vt l.
ſed ſi hæc, §. fina. ff. de condi. & demon. Cyn. in
d. l. fina. & videtur tex. in l. filiæ, ff. de annu. leg.
& Papien. vbi ſupra.
271 Sed quæro † nunquid cum habitatione habe-
bit etiam alimenta? videbatur quod ſic ad ſi-
militudinem legati facti in domo, vt debeatur
etiam cum alimentis, ut per Bald. in l. fi. colum.
3. C. de indi. vidu. toll. & Alexand. in l. cum ij.
§. ſi habitationem, ff. de tranſa. Tu dic contra-
rium per hanc conſuetudinem, quæ loquitur
clare, vt ſoluta dote, & dodario alimenta non
habeat, ſed ſolam habitationem domus.
272 Sed nũquid habebit totam vnam † domum?
quod non videtur condecens, arg. eorum, quæ
de militibus dicuntur, quibus medietas, vel ter-
273 tia pars domus pro hoſpitio dari debet, † ele-
ctione domino domus reſeruata, vt in l. 2. C. de
274 meta. † & epide. lib. 12. & nil aliud præter oleum
& culcitra, vel lectus, l. vnica. de ſalga. hoſp. non
præſt. lib. 12. etiam à ſponte dantibus, vt nota.
in l. 3. §. eas, ff. de mun. & hon. & ſequitur Marti.
de Lau. in tract. de mili. circa princi. quod pro-
cedit etiam ſi conſuetudo ſit in contrarium, ſe-
cundum Luc. de Pen. in d. l. vnica, nec aliquid
vltra pro victu accipere poſſunt ab hoſpite. l. 3.
C. de erog. mili. ann. ſed audi quid dicat Catelli.
Cotta. in ſuis memora. in verb. militibus.
275 Sed quid ſi † non poſſit commode morari
propter factum, & ſæuitiam hæredis, quod vi-
detur dicere tex. in l. qui concubinam, §. vxori.
ff. de leg. 3. l. mæuia. ff. de an. leg. in §. 1. & l. 4. §. fin.
vbi Bart. & Alexand. in add. ff. de ali. & cibar. le-
ga. & plene Barto. in l. 1. eo. titu. & nouerca non
276 tenetur ſtare cum priuignis, Bald. in authent.
hoc locum, C. ſi ſecun. nupſ. muli. colum. pen.
& in Rub. extra de cohabi. cleri. & muli. & quid
277 in filio, † qui vult habitare ſeorſum à patre, vi-
de Alexand. in l. ſi cum dotem, §. tranſgredia-
mur, ff. ſolu. matrim. de quo vide Ludoui. Ro-
ma. in ſingul. 138. & filius debet probare. Alex.
conſ. 100. col. 2. vol. 2. & Ann. allegati. 102. num.
1. & ibi Addit.
278 Item † quæro, nunquid in habitatione domus
veniat hortus, qui eſt domui iunctus? Bald. &
Floria. in l. Olimpico, quod ſic. Barto. Cæpol. in
tract. de ſerui. in titu. de habitatione, & in titu.
de Horto. Benedi. in c. Raynutius, in verb. Hor-
tum. extra de teſtamen. & ſi hortus eſt paratus
ad vſum domus, vtameniorem domum red-
dat, vno eodemmet pretio ad vſum, & ſerui-
tium domus per patrem familias deputatus, vel
de domo habetur aditus ad hortum, vel cõtra,
vide eum ibi colum. 1. & 2. vbi etiam, an vendi-
279 to palatio veniat iuſpatronatus poſt † Abb. in c.
ex literis, de iur. patro. & cuius ſit parochia ſi ſit
inter duas, & ſi pars anterior ad vnam, poſte-
rior domus ad alteram habeat egreſſum? Sed
quid dicendum, ſi elapſo anno dato ad reſtitu-
280 tionem dotium, † & dotibus non reſtitutis, mu-
lier habens habitationem, moriatur, & finitur
habitatio per mortem, nunquid hæredibus
mulieris currat intereſſe dotis à die mortis mu-
lieris? videbatur, quod non, nam per illius mor-
tem non debet innouari nec immutari condi-
281 tio actionis eiuſque qualitas, † l. 2. §. ex his, ff. de
ver. oblig. Contrarium eſt dicendum, quod cur-
rat intereſſe ob moram, incipitque obligatio
ab hæredibus ipſius mulieris, non autem ab ip-
ſa muliere, vt habetur per docto. in d. l. 2. & fa-
ciunt not. per doct. in l. filiusfamilias, §. in hac. ff.
de verb. oblig.
282 Sed pone, † quod hęres mariti locat domum,
in qua vxor habet habitationem, nunquid petat
penſionem domus pro rata? Paul. de Caſtro in
conſili. 239. Incipi. viſo teſtamento Ambroſij,
in 2. dubio. concludit, quod non, quæ opinio ti-
bi non diſpliceat, & ſi vis rationem, pro adequa-
tione ſenſus ad intellectum, vide nota. per Bald.
& Iaſ. in l. 1. C. qui teſta. facer. poſſ.
283 Quæritur † ſi maritus habebat plures domos,
an poſſit mulier eligere viſam, deindeque va-
riare? dic non poſſe, ſed debet eſſe contenta
habitatione eius domus quam dictus eius vir
inhabitabat tempore mortis, & ſolitus erat ha-
bitare per ea, quæ ſcribit Bald. in l. pen. C. de pig.
actio. & l. Sempronio, ff. de vſu, & vſufruct. lega.
Alexand. conſil. 222. volum. 2. Nec intelligitur
284 de ea domo in rure, † quo maritus ob epidimiã
diuerterat. Bald. in l. 1. ff. de ſtatu homi. Alexã.
in l. 1. §. habitare, ff. de his, qui deij. vel effud. &
285 debetur habitatio domus, † quæ eſt in ciuitate.
Cæpol. in tra. ſeruitu. titu. de habita. Bald. & Cu-
man. in l. ſi domus, ff. de legã. primo.
286 Quæro † nunquid mulier poſſit locare do-
mum, in qua habet habitationem inuitis hære-
dibus mariti, & inde percipere penſionem, & ſe
conferre in domum fratrum ipſius mulieris? vi-
debatur, quod ſic, per dicta per Affl. in dec. Sacri
287 Conſilij 401. † Tu dicas contrarium, non enim
habet hæc mulier habitationem, ideſt ſeruitu-

tem

tem habitationis formalis, ſed nudum vſum,
ſed commoditatem, reſtrictam in domo hære-
dum, & proinde non poteſt alteri locare, maxi-
288 me exiſtentibus † hæredibus in eadem domo,
conferunt ad præmiſſa dicta per Phili. Deci. in
conſ. 355. non obſtat Affl. allegatio loquens de
ſeruitute formali.

Sed quid ſi vult totam domum pro ſe ipſa,
289 nec vult commorari in ea hæredes, † an poſſit?
dic quod non, ſed debet eſſe contenta vna parte
domus, nec eſt de mente huius conſuetudinis,
quod velit, uel poſſit expellere dominos pro-
prietarios, imo debet unire habitare, per allega.
per Dec. in conſ. 355. & cum eius familia. Iac.
Menoch. de arbi. iudi. libro 2. centur. 4. caſu 336.
numero 9. 10.

290 An autem † permiſſa habitatione in domo
certa, permittens, uel promittens poſſit uariare,
& facta ſemel uariatione, ualeat iterum uariare,
uide Afflict. in deciſ. 146. Catelli. Cotta in ſuis
memor. in uerbo, habitatio. Iaſ. in l. quicquid
aſtringendę, colum. fi. ff. de uerb. oblig. & an de-
291 functo promiſſore, † hæres poſſit uariare. Gui.
Pap. ſingul. 461. & 722. Iacob. de S. Georg. in l. fi.
C. de repudi. hæredi. & pro ſingulari tradit Do.
Io. Vincen. de Ann. in ſing. 417.

292 Quid † autem ſi domus ſit agitata a larnis ſtri
gibus, an poſſit à muliere renunciari, ſicut dici-
tur de inquilino, uide Porti. in §. fina. Inſtitutio.
loca. Gui. Papę, quæſt. 360. Arnal. Ferro. in con-
ſue. Burdeg. titu. de loca. §. 3. id explicant, & Pet.
Greg. Thol. lib. 27. Sintag. uniuer. iur. c. 1. nu. 26.

293 Sed cum † hic dicatur de reſtitutione dotis,
non eſt omittenda occaſio dicendi, quando, &
quibus, & in quibus caſibus fiat reſtitutio do-
tis? In quo dic, reſtitutionem fieri regulariter ſo-
luto matrimonio per mortem unius iugalium,
& ſi dos a patre eſt profecta, ad patrem redire de-
bet, l. dos à patre, C. ſolu. matrimo. quod intelli-
gunt ibi Doctores filijs non exiſtentibus, ſecus
ſi exiſtant, ſecundum conſuetudinem Martini
de qua meminit ibi gloſ. quod intellige, & de-
clara, ut per Bart. in l. poſt dotem, ff. ſolu. matr.
& in l. prima, ff. de dote præleg. & Iaſ. in d. l. poſt
dotem, nume. 102. Aretin. in §. fuerat, inſt. de
actio. Alexand. in conſil. 115. lib. primo, Neuiza.
in ſua ſilu. nupti. lib. 2. numero 79. & Theſaur.
in deciſio. Pedemonta. 138. & in deciſi. 190. actio
tamen communis eſt patris, & filiæ, l. ſecunda,
ff. ſolu. matrimo. & hoc in dote præfectitia: ſi ve-
294 ro dos ſit aduentitia, non à patre, † ſed ab alio
profecta, & tunc ſi præmoritur uxor, ad eius
hæredes dos peruenit, & pertinet: ſi uir præmori
tur, dos redit ad uxorem, niſi qui dotem dede-
rit, ſibi dotem reſtitui fuerit incontinenti ſti-
pulatus, l. unica. § extraneum, C. de rei uxor.
actio. & l. quoties, § primo, ff. ſolu. matrimo. niſi
maritus ex pacto lucretur dotes, ut l. ex morte,
C. de pact. conuen. & in Authen. ibi poſita, ubi
nota. item ſi ob adulterium fiat diuortium, cap.
plerunque, extra de dot. poſt diuor. reſti. item ſi
295 moritur uxor ab inteſtato, † ſine liberis, & ſine
propinquis, ſuccedet uir l. 1. C. un. uir. & uxor.
hiſce caſibus exceptis dos de iure communi re-
dit ad mulierem, dodarium ad uirum pertinet,
296 niſi aliter ex conſuetudine loci † ſit inductum,
capitulo ultimo, §. ſane, extra de don. inter uir.
297 & uxor. † Qua uero actione dos repetatur, dic la
te, ut per docto. in l. 1. & in eius rubrica, ff. ſolu.
matrimo. & in l. unica. C. de rei uxor. act. Nota
tamē, quod res data, & aſſignata mulieri in do-
298 tem, † adueniente conditione poteſt per eam
uendicari. Guid. Papæ in deciſio. Delphin. 521.
Caſſan. ad conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 17. car.
182. colum. 4. in fine, ubi uide. Qui autem ſint
iſti caſus præſcripti, de quibus loquitur hic, ha-
bes ſupra in capit. 2. & in ca. 4. in quibus caſibus
299 uxor lucratur † dodarium ultra reſtitutionem
dotium, ut ibi dicitur.

300 Altero, † & ſecundo fit reſtitutio dotis con-
ſtante matrimonio in octo caſibus notatis in
glo. in uerb. imo, in § dotes autem, in authent.
de nupt. Primo, ſi dos data ſit filio, uel ſeruo, &
pater, uel dominus tamen non habeat, l. quem-
admodum, §. 1. ff. de iur. dot. Secundo per
mortem ciuilem, ſi alter ex coniugibus deſinat
habere animum maritalem, ſiue mors ciuilis
interueniat per ſeruitutem, ut ſupra dictum eſt,
ſiue foriudicatione, ſiue depotratione, ſiue dam
natione in metallum, uide glo. in l. 2. in uerb. ani
mo. ff. ſolu. matrim. ubi hi duo caſus ponuntur
diſtincti. Tertio repetitur dos per uxorem con-
ſtante matrimonio, ſi uir eſt diſſipaturus, non-
dum tamen diſſipauit bona ſua, & tunc habet
locum ſequeſtratio, ut in l. ſi cum dotem, §. ſi
uero dotem, ff. ſolu. matrimo. Si uero diſſipauit,
ſupereſt tamen tantum ſuper quo mulieri ſatis-
fieri poteſt, & tunc reſtituitur dos, l. ſi conſtan-
te, ff. ſolu. matrimo. & l. ubi adhuc. C. de iur. dot.
ſi autem cepit diſſipari, tunc idem, ut in authen.
de æqua. dot. §. Illud, ubi etiam dicitur, quando
dos fuit data patri mariti ſocero uxoris, qui in-
cipit male uti ſubſtantia ſua, uel fuit data utri-
que, & unus tantum incipit male uti, nō tamen
requiritur de neceſſitate culpa uiri, per l. in re-
bus, ibi, minus autem idoneis, ex quo eis hoc in
fortunium illatum eſſe claruerit, C. de iur. doti.
gloſ. conſuetud. Neapolitan. in conſuetud. uiro
mortuo, in uerb. reſtitutionis. An autem per
has conſuetudines ſint ſublatæ leges, ſi conſtan-
te, l. ubi adhuc, quæ de reſtitutione dotis con-
ſtante matrimonio loquuntur? dic quod non,
nam quamuis hæ conſuetudines loquantur in
caſu mortis, de caſu uergentię ad inopiam non,
loquantur, recurrendum eſt ergo ad ius com-
mune, Caſſan. in conſue. Burg. rub 4. §. 17. col.
1. uerſi. aduerte etiam, car. 183.

Et quia prædicta iura uidentur inter ſeſe re-
pugnare, pro eorum concordia dicas, quod lex
maxima prouidentia conſuluit, † ut dotes mu-
301 lieribus conſeruarentur ad ſobolem procrean-
dam, replendamque liberis ciuitatem, nec ex-
pectare mortē mariti, & bonorum perditionē,
ſed in vita mariti eius iura exercere: & quia mul
toties contingebat, quod maritus diſſipabat
dotem, & ſic non poterat dos uxori conſer-

uari

302 mari prouiſum fuit per iuriſconſultos, † quod
co caſu dos ſequeſtraretur, vt dicit tex. in l. ſi
cum dotem, §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolut.
matri. per hoc tamen non fuit cautum ſufficien
ter mulieribus circa conſeruationem dotis,
quia forte maritus dotem non diſſipabat, ſed
eius propria bona conſumebat, adeo, quod non
ſufficiebat ad dotis exactionem ære alieno de-
ducto, propterea conſtitutum fuit, quod tunc
303 vxor etiam † cõſtante matrimonio poſſet à ma-
rito dotem exigere, vt eſt tex. in l. ſi conſtante,
in princi. ff. ſolu. matrimo. & quia per prædicta
non erat plene conſultum mulieribus, cum ſe-
cundum dictum ius, non poterant dotem exige
re, niſi tunc demum, cum maritus erat poſitus
in extrema miſeria, quia iam dotes diſſipauerat,
vel eius propria bona, iccirco ſuperuenit ius C.
per quod plenius prouidetur: ſtatuit enim Im-
perator, quod licet bona mariti ſufficiant ad
dotis exactionem, & ad ſatisfaciendum credi-
toribus, tamen ſi maritus laborat inopia, vt pu-
ta ſi eſt nobilis non multum diues, quem hono-
rifice viuere oportet, & omnia bona ſua in hoc
impenderet, & per conſequens mulieri ex inde
præiudicium immineret maximum, ſi bono-
rum mariti conſumptionem expectaret, his
conſumptis, quæ ſibi pro dotis reſtitutione erãt
tacite hypothecata. l. aſſiduis, C. qui poti. in pig.
habe. & capitulo, ex literis, extra de pigno. non
eſſent bona ad quæ vxor poſſet habere recur-
ſum pro ſua dote forſan perdita, vel cõſumpta;
quamobrem ſuperuenit ius C. per quod pleniſ-
ſime prouidetur, vt poſſit vxor dotem à marito
petere, nedum cum maritus ſua propria bona
iam diſſipauit, verum etiam cum diſſipare cœpe
304 rit, vt dicit tex. in l. vbi adhuc, † C. de iur. doti. in
quo multa adduntur ad l. ſi conſtante, nam ibi
nihil expreſſe cauetur de hypotecaria, nec de
rei vẽdicatione, nec de donatione ante nuptias,
nec de bonis paraphernalibus, nec quod dos
debeat deſeruire oneribus matrimonij. Item l.
vbi adhuc, venit ad expoſitionem l. ſi conſtan-
te, quia verbum, non ſufficere, quod eſt ibi, expo
nitur in d. l. vbi adhuc, id eſt ad inopiam verge-
re, itaque non debet expectari, quod bona mari-
ti non ſufficiant ad exactionem dotis, ſecũdum
Bald. in d. l. vbi adhuc, in ſecunda oppoſi. Illud
tamen ius ſolum prouidit, quãdo maritus diſſi-
pare cœpit bona ſua, & ſic quando certum erat
maritum vergere ad inopiam: propterea ſuper-
uenit ius authenticorum, per quod pleniſſime
ipſis mulieribus conſulitur, ſtatuens, quod licet
maritus ad inopiam non vergat, quia eſt ditiſſi-
mus, & eius bona ſufficiant ad dotis reſtitutio-
nem, & exactionem, & ad ſatisfaciendum cre-
ditoribus, & de eis poteſt maritus commode vi-
uere, tamen eſt dubium, ne vergat ad inopiam,
305 quia incipit † vti male ſubſtantia ſua, ludendo
forſan, vel alias, nam tunc poterit vxor dotem
exigere, vt dicit tex. in authent. de æqua. dot. §.
fina. coll. 8. ad idem eſt tex. in l. in rebus, C. de
iur. doti. vbi per Saly. & alios, & per Areti. in §.
fuerat, in verſi. in eadem gloſa. ibi, ſi conſtante,
vnde omnia iura iſta prouident in ſuis caſibus,
nec vnum corrigit aliud, prout multi dicebant,
306 ſed potius † vnum ius addit alteri plenius pro-
uidendo vt uoluit Bart. in d. l. ſi conſtante, & ſe-
quuntur ibi Ang. Cuma. Caſtr. & Bald. Nouel.
in tract. de priui. dot. in 6. parte, ſpec. 70. Vltimo
ſuperuenit diſpoſitio capituli, per veſtras, ex-
tra de donat. inter vir. & vxo. quo iure cauetur,
quod vbi vir vergit ad inopiam, dote adhuc nõ
aſſignata, poteſt peti cautio à marito de dotem
conſeruando, vel committi in manus alicuius
mercatoris, vt de lucro honeſto vir poſſit o-
nera matrimonij ſupportare: erit itaque in ele-
307 ctione † mulieris vnum de dictis remedijs oppor
tunis eligere, de quo vide docto. in locis prædi-
ctis, & Bald. Nouel. in tra. de pri. dot. 7. parte, pri.
25. Lup. in d. c. per veſtras, in ratione decidendi,
308 §. quarto, verſi. & ſic omnia. Quando vero, † &
quomodo vir dicatur male vti, vel diſſipare.
Bar. exemplificat, & alij in d. l. ſi conſtante, ff. ſol.
matr. glo. tamen in d. l. vbi adhuc, & in d. §. illud
quoque, in authent. de æqua. dot. dicit, quod in
hoc inſpicitur vulgi opinio. Tu vero ſigna ali-
309 quot caſus, ſi † magnam pecuniæ molem à pa-
tre relictam expendit voluntarie, & iterum mu
tuum recepit, vt extra de ſimo. cap. licet Heli. in
fin. quem tex. ad hoc allegat glo. conſue. Neapo.
in conſu. viro mortuo, in ver. reſtitutionis. Item
310 ſi tenet multos famulos, † & familiares vltra
facultatum vires, arg. in auth. vt deter. ſit num.
cler. Item ſi res ſint in loco periculoſo, vel ſubija-
311 cent vſuris, † vt not. in l. 2. ff. ſol. matrim. Item in
312 vagabundo, † & in eo qui ab vxore diutius ſepa-
313 ratim habitauit, † vt per Napod. vbi ſupra. Item
314 ſi vir vxorem flagellis cęderet, † & fuſtibus, vt
in authent. vt lice. ma. & aui. §. ſi quis autem, col.
8. quando vir vxorem odio capitali proſequere-
315 tur; † ſin ſecus, data tantum idonea cautione de
non offendendo, vxor eſt marito reſtituenda, c.
ex tranſmiſſa, de reſti. ſpoli. Item ædificans ſine
316 neceſſitate, cui dandus eſt † curator, ſicut furio-
ſo, vt per Io. Pet. de Ferr. in for. lib. de oper. noui
nun. in prin. glo. prima, Cępol. de ſeru. vrb. c. 26.
Luc. de Pen. in l. in his, C. de præ. naui. licet ibi
317 Bart. dicat ſignum eſſe magnificentiæ. † Quid
eſt contra, num poſſit maritus cogere vxorem,
vel ex pacto conuento, cum ea conſtante matri-
monio, vt ſuam dotem recipiat, & rumpat in-
318 ſtrumentum dotale? † Napod. in conſue. Neap.
viro mortuo, allegat iura pro vtraque parte, &
reſidet in hoc, quod indigniſſimum ſibi vide-
tur, vt exiſtimetur dotem non habuiſſe virum,
argu. l. cum pater, ff. de pact. dota. & quod de vxo
re iuſta efficiatur iniuſta, cum iniuſta dicatur,
319 quæ dotem non habuit, † ſeu non dedit. §. fina.
in authent. de non elig. ſecu. nub. Si tamen vir
320 ex cauſa † legitima conſtante matrimonio reſti-
tuit dotem vxori voluntariæ recipienti, in caſi-
bus notatis in l. mutus, §. manente, ff. de iur. dot.
& in l. quamuis, ff. ſolu. matrimo. & in glo. id eſt
in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. id iure fiet, ſecus ſi
ſine cauſa, vtiq; non valebit, tanquam donatio
321 conſtante matrimonio facta, † nec liberatur

mari-

maritus,l.1.C.ſi dos conſt.matrimo.vide glo. &
doct.in l.ſi prædium,C.de iur.dot.& Io.Lupum
in dicto c.per veſtras, §. 17.nu. 1. cum ſeq.& vide
Affl.in deciſi. 369.

322 Effectus † autem reſtitutionis conſtante ma-
trimonio eſt ad tuitionem, & ſecuritatem do-
tis,vt ponatur in tuto mulier pro dote,ut ex fru-
ctibus ſe,filios,maritumque alat, non autem,ut
tranſeat dominium, nec libera facultas diſpo-
nendi,ut per Campeg. in tra. doti. parte tertia,
quæſtio.55.& dominium remaneat apud ma-
ritum, quamuis Cyn.Bald.Bar.in l.ſi conſtante,
aliter ſentiant, & Cum.in conſi.92. de quo uide
Docto. Palatios Ruuios, in repe. c. per ueſtras,
§.20.extra de donat.inter uir.& uxo.qui uidetur
licet fruſtra,defendere opinionem contrariam:
323 cuius autem ſit periculum deteriorationis,† vi-
de eundem docto.in loco prædicto,§.25.

Quæ reſtitutio conſtante matrimonio am-
324 pliatur † procedere etiam in matrimonio pu-
tatiuo, ut per gloſ.in l.dotale. ff. de fun. dota.&
in rubri.ff.ſolu.matr.& in l.2.§.fi.ff. de priuileg.
cred.

325 Secundo ampliatur, etiam, † quod mari-
tus à principio tempore contracti matrimo-
nij eſſet pauper,vt per Alexand.in l.ſi conſtante,
ff.ſolu.matrimo.colum.12.in prin.Io.Faber.in l.
vbi adhuc,C.de iure dot.Lup.in repet.ca.per ve-
ſtras, §. 23.extra de donat.inter vir.& vxor. Am
326 pliatur etiam ſi fuiſſet diues, † & ſine eius culpa
deueniret ad paupertatem, ſecundum Bart. in
l.ſi conſtante. 4. quæſt. 1. par. ff. ſolu. matrimo.

327 Ampliatur etiam, † ſi poſt reſtitutionem do-
tis,& aſſecurationem efficeretur diues,& frugi,
vt per glo.in d.l.vbi adhuc,in verb abutatur,vbi
328 Cyn.& Io.Faber. Ampliatur etiam ſi ſit minor
maritus, vt ſentit gloſ.in l. fin. C. de legiti. tuto.
Cyn.in d.l.vbi adhuc,Lup.vbi ſupra,§. 26. Am-
329 pliatur, † vt etiam viro contradicente poſſit
aſſecurari. Albet. in d. l.vbi adhuc, in fin.Am-
pliatur etiam in caſibus,in quibus actio ad do-
tem eſſet communis patris,& filiæ, vt per Cyn.
330 in d.l.† vbi adhuc.Ampliatut etiam ob vergen-
tiam ad inopiam ſoceri, qui dotem recepit, vt
331 per Io. † Lup. in rep. d. c. per veſtras, §.29.Pract.
Papi.in for. lib. quo vxor agit ad dot.in gloſ. in
verb.vxor quondam Thadei,nu. 16. verſi.item
332 quæritur,† &c. Imo etiam contra quemlibet ex-
traneum dotem recipientem. Lup. vbi ſupra,
§. 30. & vide eum in §§. ſequentibus in materia
ponentem multas ampliationes, & limita-
tiones, ad quem lectorem breuitatis cauſa re-
mitto.

Sed pone,quod pendente lite mota per mu-
lierem contra eius virum ſuper reſtitutione do-
tis,& aſſecuratione ob vergentiam ad inopiam
moriatur maritus, an ex eadem inſtantia poſſit
ferri ſententia contra eius hæredem in adiudi-
333 catione? Videbatur, † quod non, cum aliud ſit,
& diuerſum iudicium aſſecurationis dotis à iu-
dicio totalis reſtitutionis,& adiudicationis per
præallegata,& ſi vnum petitur,aliud ſententia-
334 tur,† nulla eſt ſententia non conformis libello,
l.vt fundus,ff.commu.diui.l. fin. C. de fidei. lib.
c.licet Hely.cum ſimi. extra de ſim. Tu dic con-
335 trarium,quod ex prima inſtantia poſſit ferri ſen
tentia contra hæredem, vt per Din. Bart. Bald.
336 in l.poſt finitam,ff.de ſuſp.tuto.† ea ratione cum
mutetur ſola qualitas actionis,non mutatur ſub
ſtantia, idcirco non impeditur iudicium tran-
ſire in hæredes.Io. Pet. de Ferra. in for. lib. quo
vxor agit ad dot.in glo.vxor quondam Thadei.
colum. 5.verſi.quid ergo ſi lite, & pro ſingulari
tradit Anan.ſing.597.

337 An autem † vir poſſit confiteri ſe vergere ad
inopiam,& proinde tradere bona mulieri pro
dote? dic quod ſic in fauorem mulieris tantum,
ſecus tamen in præiudicium tertij, vel credito-
rum.Io.Petrus de Ferra.in for.lib. quo vxor agit
ad dotem,in glo.vxor quondam Thadei.nu.33.
Verum poterit dictam confeſſionem,& bono-
rum aſſignationem reuocare cum ſapiat dona-
338 tionem,† quæ inter virum,& vxorem eſt prohi-
bita,vt per eundem Io.Pet.de Ferra.in loco pro-
xime citato.

Vxor quoque petens aſſecutationem pro ſuis
339 dotibus † impedit executionem ſententiæ latę
in fauorem creditoris, ſuperſederique facit exe-
cutionem,donec cognoſcatur de viribus mu-
lieris, vt per Rebuff.in ſecundo tomo, conſtitu.
regi.art.primo,glo.14.num.43. Caſſan. ad con-
ſuet.Burgund.titu.4.§.17. & ſic pluries fuit deci-
ſum in quam plurimis cauſis, quod pro ſingu-
lari annotauit D. Io. Vincent. de Anna in ſing.
598.eiuſque filius D.Fabius de Anna.regius cõ-
ſiliarius conſ.63.vol.1.Rebuff.in ſecundo tomo
ad conſt.regi.titu.de conſtitutio.reddituum art.
1.glo.14.num.43. Deo gratias.

ADDITIONES.

ADde, dum dicitur in textu,thorum ho-
neſte voluerit cuſtodire) quid ſit hone-
ſte, & quid inhoneſte,& turpiter viuere, per Io.
Lup.ad ll.fori.l.62.à num.7.cum ſequentibus.

Adde,ibi (de bonis viri,ſeu patris eius) nun-
quid diſcutietur prius filius eiusque bona? vide
Io.Lup.in c.per veſtras,§.13.colum.4.verſic. po-
teſt dici, vbi quod non, quando pater expreſſe
fideiuſſit pro filio, ſecus ſi tacite, & quando pa-
ter conſenſit matrimonio filij,obligat ſe,& eius
bona pro reſtitutione. Cacheran. deciſio. 43.
numero 8.

Adde, quod in legato alimentorum ius ac-
creſcendi locum non habet, idem in legato ve-
ſtitus. Io. Lup.in c. per veſtras, carta 304. num.
7.extra de dona.inter vir.& vxor. vbi etiam ha-
bes, quod alimenta quæ debentur non ex vi
iſtius conſuetudinis,ſed miſerationis cauſa,non
debentur ſecundum dignitatem alimentandi,
ſed ſecundum neceſſitatem viuendi.

Adde, quod ſi vni legetur habitatio domus,
alteri vero ipſa domus,an concurrant inuicem
in

in habitando, vel quid faciendum? dic quod habitatio erit communis, l. Sempronio. ff. de vſu fruct. & vſufructuarius debet cauere proprietario, ſeu legatario domus de habitando arbitrio boni viri, & non poteſt habere clauem, vel ſeram, per quã incommodet proprietarium. Bal. in conſil. 214. volumi. 5. incipit conſilium. punctus ſi vni, &c.

An vxor poſſit petere alimenta præterita, & habitationem domus, ſeu eius æſtimationem, vide pulchre per Barto. in conſil. 211. incip. quidam ſibi, qui concludit deberi alimenta præterita, & æſtimationem habitationis, ſi per eam non ſteterit, & ibidem quæ veniant appellatione alimentorum.

In tex. in princi. ibi in quolibet.

Adde, an iſta dictio quilibet ſit dictio collectiua, vel diſtributiua? vide Bart. in l. hoc articulo, ff. de hære. inſti. & quomodo verificetur, vide eundem Bartol. in l. ſi ita. ff. de lega. 2. & in quo differat ab, omnis, vide eundem in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. & in l. Iulianus, §. cum plures, ff. de recept. arbi.

Adde circa nume. 137. quod dos ſimpliciter ſoluta patri, & filio, cenſetur tota perueniſſe ad patrem, ſi bona adminiſtrat, & ſolus tenebitur Iacobi. in l. ſi is qui §. ibi dos, ff. de iur. do. Crauet. conſil. 91. nume. 3. deciſio. 44. Pedemonta. Iaco. Meno. in tract. præſumpt. lib. 3. præſumpt. 14. D. Fabius de Anna. aduocatus primarius, nunc autem Regius conſiliarius meritiſſimus in conſil. 76. num. 9. volum. 1. vtrum autem pater ſoluens pro filio repetat dotem ab eo, vide in dicto conſil. 63.

Adde in fin. circa num. 339. in materia aſſecurationis mulieris pro ſuis iuribus dotalibus, & reſtitutionis dotium ob vergentiam viri ad inopiam, Doctores cumulatos per modern. Peruſin. in eorum collectan. ad l. vbi adhuc, C. de iur. dot. cap. 836.

Adde, alimenta præſtantur mulieri etiam pendente iudicio reſtitutionis dotium, quemadmodum filio, monaco, & alijs perſonis enumeratis per Afflict. & allegata per eum deciſio. decima, quod amplia multis caſibus, & limita non procedere in ſeptem caſibus, vt per Rebuf. ad conſt. regias. de ſenten. prouiſio. arti. 1. glo. 2. in verbo, donnees en matiere de alimentis.

Adde, dũ dicitur in textu, ibi habeat victum, & veſtitum, & alia neceſſaria de bonis uiri, vel patris eius, &c. quod mulier pro hiſce alimentis habet tacitam hypothecam ſuper bonis mariti, nam quando res deſignatur pro alimentis, vel pro alia annua præſtatione, tunc res illa ſpecialiter deſignata, cenſetur ad illud onus ſpecialiter, & tacite obligata. Bart. in l. Lutius, ff. de ali. & cibar. lega. l. 2. eo. Barto. in l. fundus, ff. de ann. lega & in l. codicillis, §. inſtituto. ff. de leg. 2. Gui. Pap. quæſtio. 32. in fin. Corn. conſili. 296. volum. 1. tamen Lud. Rom. dicit eſſe caſum ſpecialem in alimentis conſil. 338. in caſu, vide Rebuff. in 2. tomo ad conſt. regias, ſub tracta. de cõſtitu. reddituum, arti. 1. glo. 14. verſicu. vigeſimo primo, nume. 38.

Adde, an, & quãdo mulier ali debeat pendente reſtitutione dotium conſiſtentium, ſiue in ſtabilibus, ſiue in pecunia, ſiue mobilibus. Pet. Rebuff. ad conſtitutio. regias. Tomo 1. de ſenten. prouiſion. arti. 3. gloſ. 1. à num. 9. cum pluribus ſequentibus.

¶ Adde, in textu, ibi de bonis viri, ſeu patris eius, dic quia filius non habebat bona caſtrenſia, vel quaſi, tunc cogitur pater ipſius, qui dotem accepit, vel matrimonio filij conſenſit, iuxta nota per docto. in l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſoluto matrimo. alioquin non cogitur pater de bonis ſuis dare legitimam pro filio, qui viuente patre non habuit legitimam, vt not. in authent. de hære. & falci. §. ſi quis autem non implens in glo. ordi. & plene per Cyn. in l. ſi qua pena, ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vide Bald. in conſil. 257. quæritur vtrum, vol. 3. & not. quid importet dictio, ſeu in legatis. Alex. ab Alex. geni. dier. c. 3. lib. 2.

¶ Ad intelligentiam iſtius conſuetudinis & eorum quæ in ea cõtinentur, vide pleniſſimum conſilium Baldi. 58. in reſtitutione dotis, volu. 2. in quo pertractat materiam iſtius conſuetudinis.

¶ Addit. in textu, ibi habitationem domus, an appellatione domus veniat porticus, oſtium, ſiue ſcala. Angel. de malefi. in verb. incendiario, num. 9. & an veniat caſa, ſeu capanna, idem Ange. in eodem tracta. in verbo, fecit inſultum, nume. 6. & an appellatione domus veniant ſupellectilia? idem Aret. in verb. mentidor de mal dadi. num. 11. quæ tamen accipitur pro agnatione quandoque, & pro familia in caſu. Decij. in conſili. 495. num. 13. igne. in l. 1. C. ad Sillan. nume. 62. & pro vniuerſa familia ſimul habitante, ibidem, num. 65. & ibi, vide per eundem, quot alijs modis capiatur, quæ ſatis deterioratur, ſi ab ea humana habitatio ſubtrahatur, & facilis eſt ædificiorum ruina incolarum ſubtracta cuſtodia. Luc. de Pen. pulchre in l. 3. C. lib. 10. de condi. in publi. horr. vide tex. in l. fluminum, §. hæc ſtipulatio. & ſeq. ff. de dam. infe. vbi etiam declaratur in d. l. 3. quæ ſint ſarcta tecta. Et ſi vir habet plures domos, cuiuſnam habebit habitationẽ? & in materia citationis in qua domo ſit citandus, vide plen. Rebuff. Tomo 2. ad conſt. Fran. arti. 2. gloſ. 3. num. 22. tracta. de citationi. & an ſi domus habitationis fuerit combuſta, præſumatur culpa mulieris inhabitantis? Afflict. deciſio. 57. Grat. conſil. 46. in volu. 2.

¶ Adde,

¶ Adde, quid ſi maritus reliquit vxorẽ vſufructuariam omnium bonorum,& eo mortuo deceſſit communis filius ab inteſtato, quo caſu mater poteſt conſequi vſumfructum ex teſtamento mariti, & hæreditatem filij quo ad proprietatem ab inteſtato, mater vero dubitat, an velit hæreditatem filij, vel vſumfructum mariti, quæritur quid iuris? dic quod ſi iſta mulier habet contradictorem, debet eligere vtrum velit, an hæreditatem, an verò vſumfructum formalem ex diſpoſitione mariti, ſed ſi non habet contradictorem poteſt poſſidere vſumfructum cum proteſtatione, quod non intendit ſibi præiudicare in ſucceſſione filij. Bald. in conſ. 117. ſi iſta domina, volum. 4.

¶ Adde, num. 159. quid ſi pater, & filius ſimul non poſſunt concorditer habitare, vel vitio nurus, vel nouercę, vt frequenter contingit, vel quia filius cum vxote vult ſeorſum habitare à patre diuite, & pater eſt contentus dotem reſtituere filio, & nurui, vide pract. Papi. in forma lib. ad dot. & vſumfruct. in glo. peruenit, num. 2. verſi. ſed circa hoc quæritur.

¶ Adde, num. 47. nunquid pro alimentis mulier habere debear pauones, & Rhumbos, & delicatiſſima ædulia, quæ habuit veterum luxus, id Seneca ad Lucillũ ſignificat, num inquit eſuriens faſtidis omnia præter pauonem, Rhumbumque? ambitioſa non eſt fames contenta deſinere, eſt; quo deſinat non minus curat, & inter delitias fercularum enumerat Plutarcus italicos fungos, ſumen, Placentam Samiam, vide Celi. Rhodigin. lib. 9. lectio. antiq. c. 12, vbi etiam niues connumerat inter delitias in Ægipto, imo etiam apud Romanos, de quo meminit Pompon. l. in argento, ff. de aur. & arg. lega. ibi, in argento potorio, vtrum id dumtaxat ſit, in quo bibi poſſit, an etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuatiſ, & meminit tex. in l. cum aurum, §. argentum, ff. eo. vbi habes vaſa vinaria, & niualia, vide Iaco. Spiegellium: exempla tamen frugalitatis priſcorum, & qui parco victu contenti fuerint, & quãdo luxus vrbem primum inuaſerit, legito Alex. ab Alex. Geniali dier. lib. 3. capitulo vndecimo, mulier an iſta habebit alimenta pro ſeruis, & famula, vide Grat. conſilio octuageſimoſeptimo, volum. 2.

¶ Adde, in textu, ibi alimenta non habeat, qui fuerit apud veteres cenandi vſus, quæuè hora prandij, & cenę, quorque ſingulis lectis, ſeu menſis cenabant, & quid apud cæteros, habes apud Alex. ab Alex. Geniali. dier. libro quinto, cap. 21.

¶ Adde, an iſta alimenta, & alia neceſſaria capienda de bonis viri, ſeu patris eius, ſint præſtanda de bonis allodialibus, an vero etiam de bonis emphiteoticis, liuellarijs, & fideicommiſſarijs? videtur quod non, vt per Alex. conſi. 100. ſuper primo, volumine primo, columna vltima, & in conſilio tertio, ſuper proceſſu, volumine quarto, Grat. conſil. vigeſimoſecundo, nume. 8. volum. 1. Sed aduerte, quia ibi loquuntur in legatis alimentis quo caſu non poteſt teſtator diſponere de re emphiteutica, vel fideicommiſſaria in præiudicium deſcendentium, quibus erat ius quæſitum: hæc autem conſuetudo loquitur in caſu, quo bona huiuſmodi erant penes virum, vel patrem, quo caſu valet diſpoſitio pro fructibus per not. per glo. & Bart. in l. codicillis, §. ſi inſtituto, ff. de leg. 2. & per And. de Iſer. in c. Imperialem, colum. 1. de prohi. feu. ali. per Fridet. etiam quia bona emphiteutica veniunt in generali obligatione, vt per Iaſ. in l. fin. col. 7. C. de iu. emphi. & impune poſſunt obligari, vt per glo. in d. l. fin. & an ſi fuerint relicta alimenta in domo, illa debeat conſequi mulier abſque eo, quod probet per ipſam non ſtetiſſe, quin moratetur in domo? vide Grat. conſilio 69. volumine ſecundo.

¶ Adde, in textu, in fi. ibi donec thorum honeſte, &c. dictio eſt temporis. Bald. conſil. 43. num. 2. volumi. 2. Alexand. conſil. 29. poſt nu. 1. volum. 4. & ipſius temporis limitatiua, Caſſan. in conſuetud. Burgund Rubt. 6. §. 5. ibi, & ſi pare. 2. num. 8. & idem importat, quod dictio tamdiu, quandiu. Paul. de Caſtr. conſi. 462. in princi. volu. primo, habebit igitur iſta mulier alimenta ab hæredibus viri tamdiu, quamdiu erit in viduitate honeſta.

¶ Adde, circa num. 156. quod pater tenetur filio dotem vxoris recipienti conſentire, & ſe, & ſua bona pro dote in euentum reſtituenda obligare. Tenetur etiam donationem propter nuptias, & æqualitatem dotis aſſignare, & hæc vera quando filius accepit perſonam honeſtam in vxorem, alias ſecus, nõn tamen poteſt cogi ad vtrumque ſimul, ſed dumtaxat ad alterum, & ibi poteſt cogi conſentire, & obligare, tunc eo ipſo quod filio recipienti conſentit ſe, & ſua obligat, vt per Bart. in l. ſi eum dotem, §. tranſgrediamur, ff. ſolu. matr. Nic. Milis. in verbo, pater. in additione, vtrum autem pater poſſit petere à filio, vt eximatur ab obligatione dotis? dic concluſiue, quod non, cum pater, non, vt fideiuſſor, ſed, vt principalis acceſſerit, ad hoc ſe obligandum, ita additio. ad Bart. in l. frater à fratre, in verb. & filium, ff. de condi. indebi. nec venit in actione, quod vinculo paterno fuit geſtum, l. is qui. ff. de nego. geſt. facit Bart. in l. ſtichus, in fin. ff. de pecu. leg. & maxime cum diſcuſſio ſit facienda contra filium, ad quem dos peruenit, vide glo. Napod. ad conſue. Neap. in gloſ. conſcripti, in conſuetud. Si pater de parr. recipi. dot. cum filio. Et dotem poſt mortem patris habet filius præcipuam in diuiſione inter fratres, l. vxor tua, vbi Cyn. & Bart. ff. famil. erciſc.

SVMMARIVM.

1 *Mulier loco alimentorum, poteſt percipere fructus, & prouentus de rebus ſibi hypothecatis.*

2 *Mulieri ex perceptione fructuum, & prouentuum, nil derogatur circa ſortem dotis, & dodarij.*

Conſuetudines iſtæ abborruerunt vſuras, & quomodo?

4 *Intellectus ad hanc conſuetudinem, & num. 5.*

5 *Cauſæ cognitio, an requiratur in ceſſione alimentorum, de qua loquutur iſta conſuetudo?*

6 *Cauſa cognitio, & decretum requiritur in remiſſione alimentorum ex teſtamento debitorum.*

7 *Cauſæ cognitio non requiritur in ceſſione alimentorum, de qua in iſta conſuetudine, & cur? numero 8.*

9 *Mulieris magis intereſt iterum nubere, & ſoboli procreandæ operam dare.*

10 *Inſinuatio non requiritur in remiſſione alimentorum.*

11 *Mulier, an poſſit propria authoritate occupare bona hypothecata? & num. 13.*

12 *Propria authoritate occupans rem ſibi hypotecatam perdit omne ius, quod habet.*

14 *Mulier propria authoritate capiens bona hypothecata, dicitur occupare, & vim committere.*

15 *Niſi ex pacto, in inſtrumento adiecto, vel ex licentia ingrediendi, & num. 16.*

17 *Vrbanius tamen agendo, iudicis officio implorato, & vbi daretur reſiſtentia, & num. 18.*

19 *Licentia operatur, vt poßit ingredi etiam non citato debitore.*

20 *Creditor non poteſt ingredi poſſeſſionem contra omnimodam voluntatem debitoris reſiſtentis.*

21 *Alioquin diceretur vim inferre.*

22 *Pactum, & licentia ingrediendi, non poteſt exerceri contra tertium poſſeßorem.*

23 *Familia ſi petatur à iudice pro capienda poßeßione, citationem partis non requirit.*

24 *Secus ſi petitur licentia ingrediendi.*

25 *Inſtrumentum habens cum clauſula conſtituti, & poteſtate capiendi, ſi eligat viam ordinariam, an obſtet, ne poſſit propria authoritate capere?*

26 *Inſtrumentum dotis non habet executionem paratam.*

27 *Mulier creditrix miſſa in poſſeſſionem bonorum obligatorum, de iure communi non facit fructus.*

28 *Niſi per iudicialem ſententiam fuerint adiudicata.*

29 *Præſumitur quis in dubio poſſidere iure creditoris, non autem dominij.*

30 *Mulier poteſt petere ſibi adiudicari bona pro dodario.*

31 *Creditor non tenetur recipere in ſolutum res, ſiue mobiles, ſiue ſtabiles.*

32 *Limita in creditore inuito, ſecus ſi volente.*

33 *Niſi ſit debitor impotens ad ſolutionem rei mobilis, vel pecuniæ.*

34 *Limita, num. 35.*

36 *Creditor exercere poteſt actionem perſonalem, & realem.*

37 *Hypotheca tacita naſcitur ex ſola conſtitutione dotis.*

38 *Mulier vigore tacite hypotheca poteſt ingredi poſſeſſionem bonorum viri.*

39 *Dotis conſtitutio non requirit ſcripturam regulariter, niſi in caſibus.*

40 *Naturalis poſſeſſio tranſit per clauſulam præcarij.*

41 *Naturalis, & ciuilis poßeſſio tranſit per clauſulam conſtituti.*

42 *Creditori plenius conſulitur per clauſulam conſtituti, quam præcarij.*

43 *Effectus hypothecariæ, vt res relaxetur creditori loco pignoris poſſidenda.*

44 *Creditor fructus ex pignore compenſat cum intereſſe.*

45 *Creditor de certo intereſſe conuenire non poteſt.*

46 *Creditor vigore hypothecę agit contra tertium poſſeßorem, vigore l. fina. C. de acqui. poß. & l. creditores, C. de pigno.*

47 *Creditor ex clauſula conſtitui agit contra tertium poſſeßorem, non diſcuſſo principali.*

48 *Similiter cum datur poteſtas ingrediendi propria authoritate.*

49 *Probationes, quæ requirantur in iudicio hypothecariæ?*

50 *Creditor in regno vtitur remedio nouæ prouiſionis regiæ, ſcilicet pragmaticæ.*

51 *Aſſiſtentiæ prouiſio quid importet?*

52 *Bona hæredum viri propria, an veniant in obligatione? & num. 54.*

53 *Hypotheca inducitur per clauſulam dans poteſtatem ingrediendi &c.*

55 *Hypotheca inducitur, ſi pepigerit, vt non ſoluta pecunia liceat rem vendere.*

56 *Hypotheca an detur ſuper fructibus rei obligatæ.*

57 *Mulier elapſo anno, non reſtitutis dotibus quale remedium habeat.*

58 *Conſuetudo iſta videtur aliquatenus immutare ius commune, & quomodo.*

59 *Conſuetudo indiſtincte loquẽs, indiſtincte eſt intelligenda.*

60 *Fructus ex re pignorata, licet alias extenuent ſortem, ſecus tamen, ſecundum iſtam conſuetudinem.*

61 *Mulier an poſſit petere ſequeſtrationem bonorum obligatorum.*

62 *Creditor vtrum præſumatur poſſidere iuſto titulo, ſi data eſt facultas capiendi propria authoritate accedente antiquitate temporis.*

63 *Et vtrum præſumatur poſſidere iuſto pretio.*

64 *Præſumitur diuiſio in eo, qui poſſedit diu rem, quæ olim fuit communis.*

65 *Niſi partes fuißent inæquales.*

66 *Res diuiſa ſi tenetur in communione, habetur, ac ſi diuiſio facta non eßet.*

67 *Debitor per longum tempus non moleſtatus, non poteſt niſi pro reliquo moleſtari, propter diuturnum tempus.*

68 Immo præſumitur in totum ſatisfactum etiam pro reſiduo.

69 Mulier poſt mortem viri, quæ reperitur in poſſeſſione bonorum, pro dote obligatorum, an præſumatur iure familiaritatis?

70 Poſſeſſio rei dotalis, vel pro dote obligata eſt pęnes virum ipſo viuente.

71 Mulier quę ſecundum iſtam conſuetudinem percipit fructus de bonis ſibi hypothecatis, num ſit vſufructuaria, an vero proprietaria?

72 Mulier ſi in libello proponat ſe eſſe proprietariam, probaret tamen de vtili dominio, ſuccumberet, ſecus ſi diceret ſe dominam.

73 Maritus minor, num poſſit bona obligare pro dote.

74 Hæredes mulieris, an continuabunt perceptionem fructuum.

75 Hæredes plures ſi ſint viri, quorum pars aſſignauerit mulieri bona, cum promiſſione, quòd alij minores ratificabunt, an ſecuta ratificatione, ob læſionem petant in integrum reſtitutionem.

76 Fructus dotis vtrum compenſentur in ſortem.

77 Vtrum in aſſignatione rerum vxori facienda, requiratur aſſenſus domini directi, & nu.80.

78 Datio in ſolutum etiam temporalis rerum feudaliũ eſt nulla abſque aſſenſu domini.

79 Aſſignatio rerum, quæ fit ex iſta conſuetudine videtur ex cauſa neceſſaria.

81 Aſſenſus in primęua obligatione interpoſitus, non requiritur in conſecutiuis, & dependentibus.

82 Mulier quæ percipit fructus, ſecundum iſtam conſuetudinem non tenetur ad laudemium.

83 Domini directi ſi plures ſint, quidam aſſentiunt, quidam vero diſſentiunt, quid ſit agendum.

84 Mulier quæ ſecundum iſtam conſuetudinem pignori incumbit, non allegat debitorem ſuſpectum.

85 Mulieri non competit præſentatio rectoris in eccleſia iurispatronatus caſtri ex quo fructus percipit.

86 Perceptio fructuum de qua in iſta conſuetudine, non eſt alienatio.

87 Niſi eſſet pro tanta quantitate, quod non eſſet ſpes luendi.

88 Creditor dicitur poſſidere pignus naturaliter, & ciuiliter.

89 Declara hoc procedere, vt ei competat interdictum poſſeſſorium.

90 Secus ſi inſpiciantur effectus vſucapionis, vel concernentes dominium vel acquiſitionem fructuũ.

91 Aſſignatio rerum in corpore, vel ad menſurã differt.

92 Menſura in dubio intelligitur ſecundum morem regionis.

93 Poſſeſſio num transferatur in creditorem per licentiam ingrediendi inſtrumento datam.

94 Paria ſunt poſſeſſionem tradere vel eam relinquere, vt alter ingrediatur.

95 Inueſtitura verbalis non transfert poſſeſſionem.

96 Operatur tamen vt inueſtitus capiat poſſeſſionẽ propria authoritate.

97 Licentia ingrediendi ſi concedatur a iudice, non videtur tradita poſſeſſio, niſi realiter apprehendatur, & num.98.

99 Traditio inſtrumenti trãſfert poſſeſſionem rei in inſtrumento contenta.

100 Inſtrumentum rei venditæ, vel donatæ apud quem remanere debet, venditorem, an pęnes emptorẽ?

101 Inſtrumentum debet remanere pænes hæredem, non autem pænes legatarium ſpeciei.

102 Hypotheca datur mulieri pro alimentis.

103 Et bona viri pro alimentis mulieri ſunt obligata.

104 Mulier licitè percipit fructus pro alimentis pẽdente reſtitutione dotis.

105 Mulier de iure petit intereſſe dotis, etiam quòd aliunde ſe alere poſſit.

106 Votum quid ſit & quot modis ſumatur.

107 Filiusfam. ex voto obligatur.

108 Nuptiæ ſecundæ dicuntur etiam poſt tertias, & vltra.

109 Priuilegia multa dantur primis nuptijs, quæ non dantur ſecundis.

110 Mulieres contrahentes matrimonium infra annum luctus primi viri pęnis afficiuntur.

111 Melius eſt nubere, quam vri ſecũdum dictum Apoſt.

112 Pęnæ ſecundo nubentium concernentes odium mulierum hodie ſunt ſublatæ.

113 Pęnæ ſecundo nubentium reſpicientes fauorem filiorum primi matrimonij non ſunt ſublatæ.

114 Mulier ſecundo nubens in lucris nuptialibus pleno iure acquiſitis amittit proprietatem.

115 Mulier ſecundo nubens non amittit dona, & munera ſibi miſſa contemplatione mariti.

116 Vir ſecundo nubens eandem patitur pęnam.

117 Mulier ſecundo nubens, non poteſt quoquo titulo plus dare ſecundo viro, quam vni ex filijs primi matrimonij.

118 Mulier ſecundo nubens liberalitatem collatam filijs prioris matrimonij reuocare non poteſt vitio ingratitudinis, niſi tribus caſibus.

Et cur, num. 119.

120 Pæna l. hac edictali, C. de ſecun. nupt. non habet locum in muliere habente filios vulgo quæſitos.

121 Mulier tranſiens ad ſecunda vota priuatur omni priuilegio, quod à primo viro habet.

122 Priuilegium conceſſum eſt patri pro ſe, & filijs maſculis, & fæminis, intelligitur donec virgo vel vidua ſit, ſecus ſi nubat.

123 Atque etiam priuilegium conceſſum ob filium.

124 Matri non committitur educatio filij ſi tranſit ad ſecunda vota.

125 Mater ob tranſitum ad ſecunda vota amittit tutelam.

126 Mater ſi tranſit ad ſecunda vota exactam rationem adminiſtrationis tutelæ reddere tenetur.

127 Mater ſi iterum viduetur, nõ recuperat tutelã amiſſam ob tranſitum ad ſecunda vota.

128 Mulier ob tranſitum ad ſecunda vota amittit legatum à viro factum ſub conditione ſi ſecundo non nupſerit, & ſtatim priuatur legato.

129 Et pæna prædicta communis eſt etiam viro.

130 Caſus vbi transfertur dominium ſine traditione.

131 Mulier tranſiens ad ſecunda vota non ſuccedit filijs prioris mariti ab inteſtato in bonis paternis.

132 Mulier per tranſitum ad ſecunda vota perdit alimenta à viro legata.

133 Mulier ſecundo nubendo non dicitur eſſe amplius in domo viri.

134 Mulier ſecundo nubens non perdit vſufructum relictum.

ctum. vide num. 35.

136 Mulier ſecundo nubens, nec debet ali, nec veſtibus lugubribus indui.

137 Qualitas viduæ eſt inſpicienda circa alimenta, & veſtes viduales.

138 Mulier ſecundo nubens tenetur reddera veſtes quas recipit adhibita diſtinctione, an ſint pretioſę, vel quotidianæ, vbi vide, nu. 139.

140 Mulier ſecundo nubens amittit ea, quæ habebat cauſa viduitatis, & applicantur filijs primi matrimonij.

141 Mater per tranſitum ad ſecunda vota, excluditur per ſubſtitutionem pupillarē tacitam ſub expreſſa contentam, quæ alias non excluderetur.

142 Niſi aliter ex coniecturis appareat.

143 Mater ob tranſitum ad ſecunda vota excluditur per ſubſtitutionem compendioſam per verbum communi[illegible]tam, qua alias non excluderetur.

144 Mater per tranſitum ad ſecunda vota, dodarium lucriſactum reſtituit filijs prioris matrimonij, ſi cōſiſtit in pecunia, vel mobilibus, niſi ſatisdet de reſtituendo.

145 Bona matris tranſeuntis ad ſecunda vota ſunt tacite hypothecata filijs prioris matrimonij pro conſecutione dodarij per eam lucrifacti.

146 Mulier perdit alimenta debita ab hærede viri per tranſitum ad ſecunda vota, & nu. 147.

148 Statutum tribuens alimenta viduæ nō habet locum ſi deinde nubat.

149 Pater tranſiens ad ſecunda vota perdit proprietatem acquiſitorum lucrorum, & filijfamil. prioris matrimonij de eis poterunt teſtari.

150 Mulieris tranſeuntis ad ſecunda vota bona ſunt tacite obligata eiuſque ſimiliter ſecundi viri, ſi tutelam geſſerit mulier, nec reddiderit rationem.

151 Maritus tenetur pro vxore in caſibus prædictis.

152 Et quod dicitur de vxore, idem dicitur in viro.

153 Vaſſalli non tenetur praſtare adiutorium pro maritanda filia domini ſecundo nubente.

154 Legatum ſactum pro filia maritanda cui debeatur, primo nupta, an primo nata?

155 Legitima filij in bonis debetur ſine onere ſi non tranſeat mater ad ſecunda vota, nu. 156.

157 Vſusfructus bonorum maternorum amittitur per patrem tranſeuntem ad ſecunda vota.

158 Parens qui lucratus eſt aliquid de bonis coniugis, nō poterit diſponere in præiudicium filiorū prioris matrimonij.

159 Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias non reddita ratione tutelæ, non poteſt dare ſecundo viro in dotem vltra tertiam bonorum eius.

160 Mulier ſecundo nubens dando nomen debitoris inſolutum, non tranſit dominium ſine ceſſione, quod in primo matrimonio tranſiret.

161 Munus nuptiale non debetur matri ſecundo nubēti.

162 Mulier ſecundo nubēs deplorat primum bonū virū.

163 Mulieres multæ gaudent de morte mariti.

164 Dos maior debetur viduæ, quam virgini.

165 Legatarius alimentorum non conſequitur ſolidū ob non confectionem inuentarij, & nu. 166.

167 Mater ſuſpecta amittit tutelam, nec non ius petendi tutorem filijs. & nu. 168.

169 Tutor petitus a matre ſuſpecta non præfertur legitimis.

170 Viduitatis conditio adiecta cēſetur repetita in alio legato diuerſo, & quomodo, nu. 171.

172 Idemque iuris erit in legato habitationis domus ſub conditione ſi caſte vixerit.

173 Legatum amiſſum ob tranſitum ad ſecundas nuptias non recuperatur, ſi iterum viduetur.

174 Tutela amiſſa, non recuperabitur ſi mulier iterum viduetur.

175 Teſtatus pro parte quis decedere non poteſt; fallit tamen in caſu notabili.

176 Actio dotis regulariter excludit compenſationem, & retentionem, niſi in matre tranſeunte ad ſecunda vota.

177 Mulier ratione cautionis præſtitæ in aſſumptione tutelæ filiorum, ſi tranſit ad ſecunda vota, poteſt carcerari.

178 Pœnę ſecundo nubentium remiſſiue.

179 Mulier executrix, num amittat executionem ob tranſitum ad ſecunda vota?

180 Mater tutrix antequam tranſeat ad ſecunda vota, quid facere debeat?

181 Proximior pupillo nō ſuccedit ſi non petierit tutorē.

182 Mater an petat pupillo tutricem auiam, ſi tranſit ad ſecunda vota.

183 Et quid in matre tutrice teſtamentaria? & quid ſi fiat monaca?

184 Mater non petens tutorem filijs, num excuſetur ignorantia iuris vel facti?

185 Mater non petens tutorem filijs excuſatur in caſib.

186 Caſus quando mater non excluditur à ſucceſſione filij non petito tutore, & nu. 187.

188 Pater efficitur ſuſpectus circa adminiſtrationem bonorum filij, cum tranſit ad ſecundas nuptias.

189 Vtilitas mulieris non tranſeuntis ad ſecunda vota, & in viduitate permanentis, & nu. 190.

191 Vita continentiæ eſt arctiſſima, & nu. 192. 193.

194 Continere difficillimum eſt.

195 Morbis nouis noua remedia ſunt adhibenda.

196 Cautela ne ſecūdo nubens incidat in pœnas, & 197. 200.

198 Licentia mariti ſecundo nubēdi infra annum luctus, quid operetur? & nu. 199.

201 Mulier ſecundo nubens habeat conſenſum filiorum.

202 Ratihabitio filiorū primi matrimonij operatur idem quod conſenſus.

203 Nepotes ex præmortuis filijs conſentire, idē operantur.

204 Præſentia & taciturnitas ſola filiorum non operatur conſenſum in actu odioſo.

205 Et quid ſi aliqui conſentiant, aliqui non?

206 Et an ſufficiat tutoris conſenſus.

207 Pœnæ ſecundo nubētium euitantur mortuis liberis.

208 Pœnæ ſecundo nubentium euitantur ſi nubat de licētia ac præuio aſſenſu principis.

209 Aduerbium integrè, integraliter, quid ſignificet?

210 Fructuum perceptio ex bonis mulieri pro dodario obligatis, debetur etiam quòd excederent alimenta, & nu. 211. & quare? nu. 212.

213 Fructus naturales qui dicantur?

214 Fructus induſtriales qui dicantur.

215 Fructus ciuiles qui dicantur? & nu. 216. 217. 218.

219 Actiones & iura veniunt fructuum appellatione.
220 Operę ſeruorum ſunt in fructu.
221 Perceptio ex lapidicinis, & huiuſmodi ſunt in fructu.
222 Paſcua, ſaltus, & nemora ſunt in fructu.
223 Venatio & aucupatio non ſunt in fructu.
224 Lucri ceſſantis ratio non habetur in piſcatore, venatore, & aucupe.
225 Electio, & præſentatio ſunt in fructu.
226 Protocollorum quæſtus ſunt in fructu.
227 Iuriſdictiones, & mulctæ ſunt in fructu.
228 Fructus appellatione venit omne inductum ad vſum hominis.
229 Theſaurus num proprietario, an vero vſufructuario competat?
230 Annus redditus legatus debetur, quando fructus percipitur.
231 Fructus dicuntur deductis expenſis, ſiue proferatur a l. ſiue ab homine, & num. 233. 245.
232 Colonus partiarius non deducit expenſas.
234 Emolumenti appellatione quid veniat?
235 Fructus, penſionis, redditus, & obuentionis appellatione quid veniat.
236 Fructus non venit appellatione id quod datur pro ioeundo aduentu.
237 Dona, & xenia vaſſallorum non ſunt in fructu.
238 Prouentus appellatio eſt generaliſſima.
239 Et ad omnes fructus naturales, induſtriales, & artificiales.
240 Fructus prouenientes, qui ſecundum ius feudale.
241 Prouentus appellatione non veniunt quotidianæ diſtributiones.
242 Gagia, emolumenta ſunt fructus iuriſdictionis.
243 Confiſcatio bonorum, an veniat fructus appellatione.
244 Cōfiſcatio bonorum vtrum reſpiciat tempus delicti, vel condemnationis.
246 Fructus dicuntur deductis expenſis, quæ fiunt cauſa fructuum quærendorum, & percipiendorum.
247 Fructus intelligitur deductis expenſis ſi datur fundus in dotem cum fructibus.
248 Fundus ſi venditur cum fructibus, intelligitur non deductis expenſis.
249 Decima debetur de fructibus non deductis expenſis.
250 Aſſignatione facta bonorum mulieri, fructus pēdentes diuiduntur pro rata.
251 Et penſio diuidetur & quomodo?
252 Hæredes viri ſi redimunt bona aſſignata fructus de proximo colligendi, cui competant?
253 Et quid ſi mulier colligit fructus intempeſtine?
254 Et quid ſi fructus ſunt iuriſdictionalis, & facta condemnatio tempore mulieris, exactio vero poſt redemptionem.
255 Fructus qualiter diuidantur inter proprietarium, et vſufructuarium finito vſufructu.
256 Et inter hæredem ac fideicommiſſarium?
257 Et inter maritum, & vxorem?
258 Et inter hæredem clerici, & ſucceſſorem in beneficio?
259 Et inter hæredes vaſſalli, & dominum feudo aperto.
260 Et inter emptorem cum pacto de retrouendendo, & venditorem redimentem?
261 Laudemia an ſint in fructu, & cui competant, hæredi viri, an mulieri?
262 Modus & cautela impediendi immiſſionem bonorum.
263 Pignus & hypotheca ſoluitur ſatisfactione.
264 Oblatio debiti admittitur etiam poſt ſententiam immiſſionis.
265 Et antequam fiat appretium.
266 Niſi ſit erratum in appretio.
267 Et in quantitate debita.
268 Et adiudicatio facta plus debito, vel ex falſa cauſa, & num. 269.
270 Error in appretio facit venditionem nullam, & emptor vel miſſus in poſſeſſionem, fructus imputat in ſortem.
271 Creditor immiſſus per hypothecam, ſuper vna renum poſſit variare, & nu. 272.
273 Variatio quando liceat in contractibus, iudicio, vltima voluntate.
274 Iura ſunt cedenda poſſeſſori ſoluenti dodarium.
275 Mulieri agenti, an obſtet exceptio cedendarum.
276 Et quid in fideiuſſore.
277 Et num id ſibi vendicet in quolibet creditore, & numero 278.
279 Hæredes viri ſi plures ſint, & vnus vult ſatisfacere, alter vero non, quid faciendum.
280 Veriſimile non eſt mulierem vnam partem velle ſine alia.
281 Hæredes viri ſi ſunt plures, & vnus ſoluit de propria pecunia mulieri cedenti iura, num bona acquirantur aliis hæredibus.
282 Hæres emens rem pro ære alieno communi venditam, cenſetur redimere etiam pro conſocys.
283 Bona redempta non deſinunt eſſe antiqua.
284 Nomina debitorum ipſo iure, ex l. 12. tabularum ſint diuiſa.
285 Modus vt creditor cogatur recipere ſolutionem pro parte tantum.
286 Et quid in dote.
287 Poſſeſſor num poſſit offerre mulieri pro valore tantum rei poſſeſſæ?
288 Fideiuſſor quando poſſit capere de bonis debitoris, vt ſatisfaciat creditori.
289 Sors quid ſit & qualiter accipiatur, nu. 290.
291 Sortes ſunt illicitæ, & quare.
292 Sortilegium eſt prohibitum.
293 Appellatio non datur a iudicio ſortis.
294 Matthias per ſortem electus in apoſtolatum.
295 Sors dotis, & dodary non diminuitur per perceptionem fructuum a muliere creditrice.
296 Creditor de iure communi imputat fructus in ſortē.
297 Etiam in cauſam dotis.
298 Niſi in caſu quando maritus ſubſtinet onera matrimonij, & nu. 299.
300 Mulier non imputat fructus, & hoc eſt inductum maxima æquitate.
301 Pactum valet in certis caſibus, vt fructus non imputentur in ſortem.
302 Conſuetudo inducit vt fructus non imputentur in ſortem.

303 Contractus ad gaudimẽtum eſt vſurarius, & in conſcientia non tutus.

304 Dotis in reſtitutione de iure fructus imputantur in ſortem.

305 Fructus non imputantur in ſortem in ſolito negotiari.

306 Pactum de non computandis fructibus in ſortem valet, quando vſura, vel intereſſe licite debetur.

307 Crimen vſurarum, quomodo probetur.

30[8] Fructus non imputantur in ſortem, cum creditor ratione numerata pecuniæ ſubierit labores notabiles.

309 Amplia in venatore, piſcatore, & aucupe.

310 Mulier fructus percipit ex re hypothecata ratione alimentorum, etiam infra annum reſtitutionis.

311 Mulier percipiendo fructus poſt annum reſtitutionis illos percipit occaſione moræ pro intereſſe.

312 Intereſſe debetur dotis, atque etiam dodarij.

313 Matthæi Afflicti opinio refellitur.

314 Bona mariti etiam pro dodario mulieri ſunt obligata.

315 Priuilegium conceſſum doti, conceditur etiam eius augmento.

316 Mulier num teneatur ſtare colono, vel inquilino rerum hypothecatarum? & num. 318.

317 Vir conſtante matrimonio dicitur dominus, & adminiſtrator fundi dotalis.

319 Caſus, in quo creditor nõ imputat fructus in ſortem, & num. 320.

321 Dos datur ad onera matrimonij ſubſtinenda.

322 Ratio deciſionis iſtius conſuetudinis.

323 Maritus ratione retardatæ dotis, num poſſit emolumentum, vel intereſſe petere maxime in ſolito negociari?

324 Conſuetudo quæ dat aliquid pro intereſſe, num valeat, & num poſſit in pactum deduci?

325 Dos ſi conſiſtit in quantitate, vel in pecunia, interim ſi promittitur certa quantitas pro intereſſe, non eſt licitum.

326 Maritus viuens ſi intereſſe dotis non petit, donaſſe videtur, & num. 328. remiſſiue.

327 Limita in vſuris odioſis, ſecus ſi ſubeunt vicem fructuum.

329 Intereſſe dotis non ſolutæ à quo tempore currat?

330 Mora ipſo iure contrahitur, abſque interpellatione per lapſum biennij dotis non ſolutæ.

331 Maritus ſubſtinens onera matrimonij non impeditur ſtatim petere dotes.

C A P. VIII.

ITem quod vxor viro præmortuo de rebus ſibi hypothecatis à viro, pro dodario ſibi conſtituto, ſi cedere voluerit alimenta, quæ habet in bonis mariti, vel ad ſecunda vota migrare voluerit, integre fructus, & prouentus de rebus. ſibi hypotecatis percipiat, donec ſibi de dodario ſatisfiat, nihil derogando ſorti dotis, & dodarij.

ISta conſuetudo venit continuatiue
ad conſuetudinem præcedētem, ſci-
licet, quia ſupra dixerat, quod viro
mortuo, vxor pendente reſtitutione
dotis, & dodarij habet victum, & veſtitum, &
alia neceſſaria in
domo viri ſui,
vel ſoceri; ſolu-
tis vero dotibus,
& dodario, ſolam
habitationem, do
nec cuſtodiat le-
ctum viduale: in
hac conſuetudi-
ne dicitur, quid
ſi mulier nolit a-
limenta, vel vult
ad ſecunda vota
migrare? dicit,
quod his duo-
bus caſibus, vel
vnoquoque ip-
ſorum vxor eſt
audienda, & ſiue
ſtet in domo, ſi-
ue ſecundo nu-
bat, loco alimētorum poterit percipere fructus,
1 & prouentus de rebus † ſibi hypothecatis pro
dodario, donec ſatisfiat mulieri de dodario, &
ex hac perceptione fructuum, & prouentuum,
2 nihil derogatur ſorti dotis, & dodarij, † & hoc
dicit in effectu. Ex qua nota has conſuetudines
3 adeo abhorruiſſe vſuras, † vt de eis nuſquam
mulieri prouiderint etiam per modum inter
eſſe, ſed ſolum præbendo victum, & veſtitum
cum alijs neceſſarijs ad alimenta, vel manus ad
capiendum fructus, & prouentus ex rebus ma-
riti pro dodario ſibi obligatis, & id non aliter,
niſi alimenta remittat, vel ſi voluerit ad ſecun-
da vota migrare, vt habetur in conſuetudine
præcedenti, & in hac noſtra, & ſequenti.

Nota ibi de rebus ſibi hypothecatis à vi-
ro pro dodario, puta quia contracto matrimo-
nio, conſtitutis dotibus, conſtitutum eſt do-
darium vxori ſuper bonis, vel certa parte bono-
rum, eaque obligat, & hypothecat vxori pro
dodario ſecundum has conſuetudines per cul-
tellum plicatum ante fores eccleſiæ.

Et nota, quod dicitur de bonis obligatis pro
dodario, non dicit pro dote, cum in fine tex. di-
catur de vtroque, ſcilicet dote, & dodario, ibi ni-
hil derogando ſorti dotis, & dodarij. dic quod
4 in principio tex. † dum meminit de dodario, tā-
tum, reſpexit ad eum caſum, quo mulier lucra-
tur dodarium, & ei dotes non debentur, quia
ſunt lucriſactæ per hæredes viri prole ſuſcepta,
& dote conſiſtente in quantitate, ſeu in pecu-
nia iuxta conſuetudinem ſuperiorem, capitulo
quinto. in fine vero dum dicitur de vtroque, do-
te, & dodario, reſpexit caſum, quo mortuo viro
prole non ſuſcepta, dotes, & dodarium ſunt in
reſtitutione mulieri, ſecundum diſpoſitionem
conſuetudinis ſuperioris, capitulo quarto, & ſic
tam in caſu conſignationis, ſeu ſolutionis ſo-
lius dodarij, quam in caſu quo vtrunque, & do-
5 darium, † & dos debetur, loquitur hæc conſue-
tudo, & hic videtur intellectus huius conſue-
tudinis.

No. ibi, ſi cedere volue
rit alimenta, quæ hēt,
nūquid in hac ceſſione
alimētorū † requiratur
6 cauſæ cognitio cū iu-
dicis decreto? iux. l. cū ij. §.
prætor. ff. de tranſa. dic
quod non: tale enim de
cretum requiritur in ea
remiſſione alimētorū,
quæ debent̄ ex teſtamē
7 to, † vel vltima volūtate,
non in alijs, vt no. in d.
§. prætor. etiā cum ten-
dat ī vtilitatē mulieris,
cuius ītereſt magis reci
8 pere fructus, & ꝓuentus
ex dotalitio, quā ab alie
nis manibus capere ali-
menta, vel cuius magis
intereſt iterū nubere, &
9 ſoboli procreandę operam dare, † d. l. 2. §. eam
tranſactionem, ff. de tranſact. nec in tali remiſ-
ſione requiritur inſinuatio, etiam quod excede-
10 ret ſummam quingentorum aureorum, † iux.
l. ſancimus. C. de dōna. ſecundum Bald. in conſi.
113. volum. primo. Ana. in ſingulari. 590. qui
etiam loquitur in remiſſione vſufructus. ibi de
bonis hypothecatis, ſcilicet tacita hypotheca à
iure inducta, l. aſſiduis. C. qui. poti. in pig. habe.
l. vnica, §. & vt plenius, C. de rei vxo. act. quàm
etiam expreſſa in inſtrumento dotali adiecta,
vt not. in l. ſcripturas, C. qui poti. in pig. hab.
11 Sed, † an poſſit propria authoritate, occupare
bona hypothecata? dic quod non, præcedere
enim debet iudicis decretum, vel authoritas:
alioquin incideret in pęnam tex. cum ibi not.
per glo. Bald. & Saly in l. pignoris, C. de pign. act.
vbi eſt glo. pleniſſima. Neguſan. in tract. pigno.
in primo membr. octauæ partis in fin. nume. 53.
12 verſicu. vndecima concluſio, & perderet omne
ius, quod in re ipſa haberet. Iaſ. in. l. nō dubium,
C. de legi. Ripa. in capit. ſæpe, num. 90. extra de
reſtitu. ſpoli. Alphan. in ſuis recollectis, in l. ex-
tat. ff. de eo, quod met. cauſ. capit. 621. Non igitur
13 poterit propria authoritate, † hæc mulier cre-
ditrix fructus percipere ex rebus ſibi hypothe-
catis, quamuis hæc conſuetudo dicat, fructus
14 percipiat, alias dicitur occupare, † & vim com-
mittere, vt per Bart. in l. creditores, in primo cur-
15 dentiali. † C. de pig. niſi ex pacto appoſito in in-
16 ſtrumēto, vel † licentia ibi data de ingrediendo,
tunc enim vigore talis conuentionis poteſt in-
gredi poſſeſſionem rei hypothecatę propria au
thoritate, & abſque iudicis decreto, vt habetur
in d. l. creditores, & l. pen. de pig. act. & l. qui ra-
17 tiario. §. illo, ff. eo. tit. de pig. licet † vrbanius agē-
do iudicis officio implorato poſſeſſionem in-

gredi

gredi debeat,maxime,vbi daretur reſiſtentia,&
18 ad euitandũ rixas,†& iurgia, operatur etiam il-
19 lud pactum,†vt poſſit creditor ingredi poſſeſſio
nem,etiam non vocato,nec citato debitore,nec
iſto caſu dicetur creditor vim inferre,cum iuſta
ſit cauſa ingrediendi , nec poſſet creditori n his
20 terminis,†per debitorem expelli, cum creditor
tunc recte poſſideat, niſi velit ingredi creditor
poſſeſſionem contra omnimodam volũtatem
21 debitoris reſiſtentis, †tunc enim non poſſet, &
vim inferre diceretur, vt per Bart. in d.l.3. C.de
pigno. quæ tamen procedunt, vt ſupra dictum
eſt contra debitorem,vel eius hęredem. Contra
autem tertium poſſeſſorem creditor habens
22 licentiam de †ingrediendo,exerceri non poteſt,
& ratio eſt,quoniam iſtud pactum iſta vẽ licen-
tia data creditori,non officit emptori et ſingu-
lari ſucceſſori, l.fideicommiſſum, in §. tracta-
tum,ff.de iudi.ſecundum Bart.in. d. l. 3. in 1.le-
ctura , in fin.C.de pign. & in repeti. eiuſdem, l.
in fin.quinta,quæſt. pinci.in verſicu.pone,quod
23 debitor,quem ſequitur ibi Sal. Si vero petatur
familia à iudice, †pro capienda poſſeſſione,
tunc non requiritur citatio partis,ſecundum Al
beric.in d.l.creditores,colum.2.C. de pig.& ibi
firmat Saly.& Imol.in c.potuit,extra loca.Alex.
conſil.132. volum. 3. Iaſ. in l.2.C.de iur.emphi.
colum.74.& ſeq. Doct.in l. iuſte poſſidet, ff. de
acqui. poſſ. & Afflict. in deciſio. 326. qui dicit
iſtam deciſionem mirabilem,quia debuit con-
ſtare in eo caſu per ſummariam informationẽ,
quod conuentus erat hæres: vere tamen noto-
rium erat:ſecundum tamen præfatos doctores,
24 fit differentia, †an ſit petita licentia ingredien-
di, & requiritur citatio partis,ſecus ſi fuit petita
familia pro aſſociando, prout de vtroque fuit
locutus Alexand.In d.l.creditores, colum. 13.&
in conſil.131.& 132.volu.4.& Deci.conſil. 146.
pro tenui,& in conſ.460.vlto puncto, vbi etiam
25 decidit,quod habens inſtrumentum cum clau-
ſula conſtituti, & poteſtatem capiendi bona de-
bitoris & eligat viã ordinariam, an ſibi afferat
pręiudicium,ne poſſit vltra propria authoritate
poſſeſſionem capere?in qua quæſtione gloſ.in l.
proinde, §. notandum, ff. ad l. Aquili. affirmat
poſſe.& eam ſequitur Roma.conſil.123. matre.
Gram.conſil.ciuili.95.num.28. Alexan.& Deci.
in prædictis eorum conſilijs contrarium aſſe-
rentibus,nulla de prædicta gloſa facta mentio-
ne, quæ quidem opinio ſaluari poteſt, vt mili-
tet, quando fuiſſet lis conteſtata,cui præiudicat
etiam non obſtante proteſtatione,quamuis Ro
ber. Maranta in Specu. aduoca. in quarta diſpu-
tati.quæ habetur poſt praxim,reſpondeat dictæ
gloſ. & contrarium teneat, licet ſibi non ſatis
conſtans mutauerit opinionem, & contrarium
ſenſerit in ſexta parte,num.31.In quam partem
libentiſſime inclinarem,maxime ſtante clauſu-
la, quæ communiter, & vulgo in inſtrumentis
adijci ſolet, vt vna via electa altera non tollatur,
quam opini.reperi fuiſſe ſecutum Catelli. Cort.
in ſuis memo. in ver. Pacta executiua, vbi etiam
26 firmat inſtrumentum dotis † non habere exe-
cutionem paratam,refert Vrſillus in d.dec.326.
vide ad pręmiſſa, Soci. in conſil. 82. ſuper quæ-
ſtione , per totum, volum.3.& Afflict.in conſt.
Regni , Pacis cultum, & Lud.Gozad. in conſil.
42.Neguſan.in tract.pign.in 4.parte princip. &
latiſſime Andr. Tiraq. in tract. de conſtitutio.
poſſeſſo. parte prima, num.xlij.

Nec poteſt præſentari iuxta formam ritus ma
gnæ curiæ,cum non ſit liquidum. Paul.& Alex.
num.5. in l.item quia, ff.de pact. Loffr.conſ.18.
Soci.conſil.96.num.10.volum.4. Rip.in l. in illa,
num.9.ff.de verb. ſigni. & propterea datur cau-
tela, vt transfundatur in mutuum. Ana.ſingul.
248.& quæ requirantur, vt poſſit reaſſumi, Affl.
deciſio.6.Deci.conſil.35.in fin.Soci. conſil. 277.
num.5.volum.2.Bertran.conſil.283. numero 6.
volum.3.Gui. Pap. deciſio.2. & num rogatum
per notariũ apoſtolicum, probet in prophanis,
vide Doctores cumulatos per Ana.ſingul. 245.
& 246.

27 Quæ mulier, †vt dictum eſt,creditrix,ſic miſ-
ſa in poſſeſſionem bonorum obligatorum, de
iure communi non faceret fructus ſuos, l.ſi do-
minium, C.de pign.& Alexan.in l. à Diuo Pio.
§. ſi pignora, ff. de re iudica.niſi per ſententiam
28 iudicis fuerint bona adiudicata. Affli. † in deciſ.
368. numero quarto , & in dubio præſumatur
29 poſſidere iure creditoris, † non autem iure do-
minij , niſi aliter appareat de adiudicatione,vt
per Bar.in l.fi.C.de iure dom.imperr.& merito,
vt vtrique parti conſulatur, iudex viam eligere
debet. Alexan.in l.prima,colum.4.ff.ſi quis.cau-
tio. & per Afflict.in deciſio.373.fuit determina-
30 tum. † Poterit nihilominus petere bona, ſibi
pro dodario hypothecata,adiudicari, & quam-
uis creditor non cogatur, pro quantitate ſibi
31 debita, in ſolutum recipere res, † ſiue mobiles,
ſiue ſtabiles, cum aliud pro alio inuito credito-
re, ſolui non poſſit, l.eum à quo,C.de ſolu. l. 2.
§.1.ff.ſi cert.peta.& ſimiles, tex. allegat glo.in d.
l.eum, tamen hoc limitatur in inuito , ſecus ſi
32 volens,& libens contentatur † aliud recipere,l.
manifeſti iuris, C.de ſoluti. Limitatur ſecundo,
33 niſi debitor † ſit impotens ad ſoluendum rei
mobilis,vel pecuniæ,tunc etenim poterit debi-
tor inuito creditore rem immobilem dare in ſo
lutum. Authent. hoc niſi, C. de ſoluti.Si tamen
34 emptor non reperitur:† quod ſi reperitur emp-
tor,procedetur ad venditionem,vt de pretio cre
ditori ſatisfiat,vt in d.authent.hoc niſi.Quod li-
35 mita, † niſi in inſtrumento debiti ſit renuncia-
tum diſpoſitioni d.authenticæ,expreſſe, vel per
æquipollens, vt aſſolet fieri per notarios, dum
dicitur,renuncians legibus loquentibus de bo-
nis inſolutum dandis,tunc enim firma remanet
regula, vt aliud pro alio creditor recipere non
teneatur,vt per Docto.in d.authent.hoc niſi.Ad
illam regulam ponit Iaſon viginti fallentias, in
§.mutui datio, l.2.ff. ſi cert. peta. & quod ſupra
36 diximus,procedit, † cum creditor exercet actio-
nem perſonalem : ſi vero realem, ſiue hypothe
cariam à iure inductam,nõ ex prouiſione homi
nis immediate , quam hypothecam legalem

ſiue tacitam vocamus, vt in rub. ff. quib. mod.
pig. vel hypo. taci. contra. prout in multis caſi-
37 bus, † & inter cæteros in dote ex cuius ſola con-
ſtitutione tacita naſcitur hypotheca, l. vnica, §. &
vt plenius, C. de rei vx. act. & poterit hæc mulier
38 ingreſſa poſſeſſionem bonorum, † ſibi tacite hy
pothecatorum petere immiſſionem in bona vi-
ti per hæredes poſſeſſa vigore tacitæ, & legalis
hypothecæ, etiam, quod nullum habeat dotis
inſtrumentū, cum matrimonium, dotiſve con-
39 ſtitutio regulariter † ſcripturam non requirant.
l. neque ſine, C. de nupt. niſi in caſibus nota. in
authent. ſed nouo iure, C. de nupt. Aut ex expreſ
ſa hypotheca in inſtrumento dotali adiecta, &
40 tunc ſi in eo eſt † clauſula præcarij, pēt quod na-
turalis poſſeſſio bonorum hypothecatorū tran-
ſit in creditorem, l. certe, §. 1. ff. de præca. vel con-
41 ſtituti, per quod, † ne dum naturalis, verū etiam
ciuilis tranſit in creditorem poſſeſſio, & per quā
42 clauſulam plenius, quam per ſolum præcarium
creditori conſulitur, vt per Afflict. in deciſi. 139.
numero quarto, & tunc cōtra hæredes viri age-
re poterit hypothecaria, cuius erit effectus, vt
res obligata relaxetur creditori loco pignoris
43 tenenda, † & poſſidenda, l. ſi cum venditor, in
princi. ff. de euicti. & l. ſi fundus, §. creditor, ff. de
pigno. & habetur per Io. Pet. de Ferra. in for. lib.
in acti. hypote. in glo. relaxandum, donec fuerit
integre de fructibus, quorum perceptio extin-
guit debitum l. 1. in fin ff. de pign. l. fin. C. de diſt.
pigno. cum ſimili. vel de pecunia aliunde ſatis-
factum.

Verum tamen, ſi debitor adhuc in mora eſt
ſoluendi, vel quia non ſoluit dicā iure, vel ab
homine præſcripta, vel quia interpellatus non
ſoluerit, quibus caſibus mora contrahitur, l. mo-
ra, in princip. ff. de vſur. l. magnam, C. de con.
& com. ſtipula. & l. ſi ex legati cauſa, ff. de verb.
obliga. cum ſimi. poteritque creditor ſuum in-
44 tereſſe † cum fructibus compenſare, vt in dictis
iuribus, & l. 1. C. de ſen. quæ pro eo. quod inter.
citra tamen labem vſuræ, per tex. in ca. illo vos,
extra de pign. in hoc tamen differentia conſtitu
45 ta, † vt id in pactum deduci non poſſit, vt de
certa quantitate intereſſe conueniat, hoc enim
eſt prohibitum, ſecus tamen, quando petitur ex
prouiſione legis, nulla per partes conuenta, nec
determinata quantitate, vt per Pract. Pap. in for.
lib. in actio. hypothe. in verbo. relaxandum, nu-
mero primo. Vel agere poterit contra tertium
46 poſſeſſorem bonorum obligatorum vigore † l.
creditores, C. de pign. vel l. fin. C. de acqui. poſſ.
& l. vetuſtiſſimam, C. de iur. domini. impetr. ex
clauſula conſtituti in inſtrumento adiecta, quæ
47 operatur, † vt ſine aliqua diſcuſſione peruenia-
tur ad poſſeſſorem, per allegata per Bellon. con-
48 ſil. 34. † Similiter ex clauſula dante poteſtatem
ingrediendi propria authoritate, vt per Afflict.
in deciſio. 383. vbi dicitur, quid in eo iudicio ſit
49 probandum, † & per Neguſ. in ſecundo membr.
octauæ partis, & denique vtatur remedio ſatis
50 pingui per legē municipalem † Regni inducto,
ſcilicet per regiam pragmaticam, aſſiſtentiam,
qua diſponitur vigore inſtrumenti habētis obli-
gationem bonorum, cum clauſula conſtituti,
poſſe agi contra tertios poſſeſſores, etiam non
diſcuſſo principali debitore, quod quidem re-
medium eſt ſatis proficuum atque executiuum,
continens ſub ſe omnia præallegata remedia in
dictis iuribus, l. creditores, C. de pign. l. fin. C. de
acqui. poſſ. & l. vetuſtiſſimam, C. de iur. domi.
impetr. contenta, vt per Afflict. in deciſio. 383.
quæ vnita ſimul tantum important, quantum
prouiſio dictæ regiæ pragmaticę. quod quidem
51 practicantibus, † deſeruit in curijs eccleſiaſticis,
& alijs, vbi dicta regia pragmatica, non viget, vt
eius vice proponantur omnia ſimul remedia
prædicta.

52 Sed quid ſi vir obligauit omnia bona ſua, † hę
redum, & ſucceſſorum? quæritur, an bona pro-
pria hæredum ſint obligata mulieri pro reſti-
tutione dotis? iſta quæſtio ſatis eſt dubia, tamen
fuit bis deciſum in Sacro Cōſilio Neapolitano,
quod per dictam clauſulam non ſint obligata
bona hæredum, vt per Affli. in deciſ. 200. & per
doctri. Bald. & Ange. in l. aſſiduis, C. qui poti. in
pign. habe. vbi Ange. dicit bis ſe aduocato fuiſſe
Peruſij iudicatum, quod notandum eſt.

53 Sed quid † ſi in inſtrumēto dotali eſt dictum,
quod maritus dedit poteſtatem ingrediendi, &
capiendi propria authoritate de bonis ſuis, &
eius hæredum? & quidem non eſt dubium per
illam clauſulam, induci hypothecam, vt in l.
creditor, §. poſt diuiſionem, ff. qui poti. in pign.
habe. & illum tex. dicit Bald. in l. creditores, C.
de pign. non eſſe alibi. Tamen contrariam ſen-
tentiam dic eſſe veriorem, quoniam licet dicta
54 verba † importent hypothecam bonorum debi-
toris principalis, non tamen hæredum, vt per
Cremen. in ſingu. ſecundo, in primo dubio, vbi
etiam in ſecundo dubio, ſubdit aliud pro indu-
cenda hypotheca, videlicet ſi pepigerit, vt ſi nō
ſoluerit pecuniam liceret rem vendere, quia
55 tunc † inducitur hypotheca in caſu per eum ibi
poſito, & in caſu præmiſſo, ſic fuiſſe deciſum aſ-
ſerit Afflict. in deciſio, 201. quod dicit ipſe eſſe
menti tenendum, vide Cotta. in verb. hypothe-
ca, & Neguſan. in primo memb. 4. partis de pig.

56 An autem hypotheca competat † ſuper fru-
ctibus rei hypothecatæ exiſtentis pænes tertium
poſſeſſorem, vide l. 1. §. cum prædium, ff. de pi-
gn. & melius, quam alibi, vide, & diſtingue, vt
per Io. Pet. de Ferra. in for. libel. in acti. hypote. in
glo. fina. in verb. ſimul cum fructibus, ad quem
in hoc articulo ſemper recurre. Add. Boer. in §.
2. de conſuet. hypoth. in conſuetud. Bitur. & Re-
buff. lib. 2. ad conſtitu. regi. titu. de conſt. reddi.
arti. 1. gloſ. 8. num. 38. & lib. 1. tract. de liter. oblig.
arti. 4. gloſ. 2.

57 Poterit † etiam eligere venditionem iſtorum
bonorum obligatorum, poſt moram elapſo an-
no dato ad reſtitutionem dotis in quantitate
conſiſtentis, ſeu in mobilibus, & pecunia, quod
quomodo & qualiter procedat, vide Neguſ. in
tract. de pign. in 1. memb. ſexta parte. Hec tamen
58 conſuetudo † videtur in aliquo immutare ius
com-

cõmune,cum per eam adhuc,non elapſo anno, poſſit ingredi poſſeſſionem bonorum hypothecatorum,pro dote,& dodario etiam circumſcripta facultate, propria authoritate ingrediẽdi in inſtrumento dotali adiecta, cum iſta con-
59 ſuetudo ſimpliciter, † ac indiſtinctè loquatur, ad l. 1.ff.de alea.& l. de pretio. ff. de publici. Nec non inducit, quod fructus, ſiue poſt moram hæredum in reſtituẽdo dotem, ſiue ante percepti, non imputantur, nec extenuant ſortem
60 dotis,† & dodarij, vt dicitur in fine tex. ibi,nihil derogando ſorti dotis, & dodarij, vt ibi dicemus de ratione.

An autem mulier poſſit petere ſequeſtratio-
61 nem bonorum †pro dote hypotecatorum? dic quod ſic,ſi debitum oſtendat per inſtrumẽtum, vt per Bart.in l.per hanc,C.de eroga. milt. ann. quem ad hoc nota, & idem Bart.in l.litibus, C. de agri.& cenſi.lib.11.quod an indiſtinctè procedat,vide Abb.in c.2.extra de ſeque.poſſ.& fruct. vide nota. in cap.examinata,de iudi.& in l.licet, ff.depoſi.
62 An ſi in inſtrumento dotali,† ſit data facultas mulieri capiendi de bonis mariti, vel alterius debitoris, pro quantitate debiti propria authoritate, & retinendi iuſto pretio, uti iam ex prædicto titulo, cum antiquitate temporis præſumatur creditor poſſidere,iux.tex. in l. quædam mulier,ff.de rei vend.quod ſic,Soci in conſ.115. volum.4. & ſtante vetuſtiſſima poſſeſſione creditoris capientis rem obligatam,propria authoritate, & poteſtate eidem tributa, quod præſu-
63 matur iuſto pretio,† vt per Afflict.in deciſi.368. ſicut dicitur in eo qui poſſedit diu rem diuiſam,
64 quæ olim erat communis inter fratres,† ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, & pro illa,ſic diuiſa quiſque capit commoda, & in commoda dicto tẽpore,quod præſumatur diuiſio,glo.in verb.inſtrumentum, in l.ſi maior, C.commu.diui.Cępol.conſil.ciui. 22.Deci.conſil. 79. & pro tenui in fine, Caſſan.
65 conſil.11.nume.39.† niſi partes fuiſſent inæquales, Boer.deciſi.58.hæc quæſtio.imo ſi d.tempore res diuiſa teneretur in communione, habere-
66 tur,†ac ſi diuiſio facta non fuiſſet,& induceretur communio. Caſſan.in conſuetud. Burg. titu. 9. num.3.carta 316.per textum,in l.itaque, ff. pro ſoci. Roma.conſil.118. ſicut dicitur de ſententia ad inſtantiam creditoris in parte executioni demandata, & reperitur debitor per longum
67 tempus,† non moleſtatus, non poteſt niſi pro
68 reliquo † moleſtari,imo præſumitur in totum ſatisfactum,etiam de reſiduo. Anchar.conſ.39. Aim.de anti. temp. in tertia parte, nume. 13.& per totum.

Quando autem mulier poſt mortem viri di-
69 catur eſſe in poſſeſſione bonorum,† pro dote hypothecatorum ad finem retinendi,filio, vel hærede viri ex aduerſo ſe opponente, quod ipſe eſt hæres,& poſſidet; mulier autem iure familiaritatis poſſidet, nec mutauit ſibi cauſam poſſeſſionis? vide Phili.Deci. in conſil. 232. in primo dubio, & Bald.in l.cum tibi,C.qui pot. in pign. hab.Caſſan.in conſu.Burg.rub.4.§.17. carta 184. colum.4.verſicu.quomodo autem mulier, vbi
70 etiam,† quod poſſeſſio rei dotalis, vel pro dote obligatę eſt pęnes virum ipſo viuente.
71 Vtrum autẽ † hæc mulier ſit proprietaria,vel vſufructuaria horum bonorum durante reſtitutione dotium,& ſolutione dodarij? Gui.Pap. quæſtio.525.plura allegat,quod ſit proprietaria, & quod ſit in poſſeſſione,Bald.in l.cum tibi, C. qui poti.in pign.habea.Tu autẽ dic contrarium ſcilicet, quod ſit in poſſeſſione per modum hypothecę,& proinde nunquam præſcribet. Caſſan. ſuper conſ. Burgu.rub.4.§.17.cat.183.col.1. verſi.ſed pone,& nil eſt aliud,quam pignus particulare,quod habet mulier pro eius dote,& do
72 dario. † Si tamen in libello proponeret ſe eſſe proprietariam, probaret tamen de vtili dominio,ſuccumberet,ſecus tamen ſi diceret, ſe dominam.de quo tamen vide allegata per Catell. Cotta. in verb.libellus non procedit.
73 Sed quid ſi maritus eſt † minor, nunquid poſſit obligare bona pro dote,& mulier in eis habebit hypothecam?dic quod ſic, l.2.§. fin. cum l. ſequenti,ff.de reb.cor.qui ſub tute.lo.Faber.in l. minor.C.de legi.tuto. Caſſan. ſuper conſuetud. Burgund. rub. 4.§. 17. verſicu. intellige verum, carta 183.

Sed quid erit mortua muliere, an eius hære-
74 des ſimiliter † continuabunt perceptionem fructuum,de qua hic dicitur,† vide Caſſan. in conſuę.Burgund.titu.4.§.17. colum.2. verſi. quid ſi mortuo marito,car.183.vbi vide.

Sed pone mulier, † petit ſibi tot bona hypot-
75 hecata,vt inde fructus percipiat,† & quia plures erant hæredes mariti,vna pars eorum aſſignauerunt bona,cum promiſſione,quod alij qui erãt minores,ratificabunt,& quod interponetur decretum iudicis, & minores ratificauerunt; deinde petierunt reſtitutionem bonorum, prætendendo, quod fructus percepti extenuauerunt ſortem dotis:mulier autem ex aduerſo prætendente,bona fuiſſe ſibi in ſolutum data, & proinde fructus non debere in ſortem imputari: replicant minores,quod illa aſſignatio fuit facta per duos tantum cohæredes, & tale non erat valida tanquam pro parte facta, eiſque non potuiſſe præiudicium inferre,etiam quia ſi ipſi minores aſſignaſſent,non valuiſſet aſſignatio abſque decreto tanquam de re immobili minoris, in quo caſu reſpondit Bald. in eius conſil. 322. parte 2. incip. vidua petijt, quod conſilium eſt ſecutus Caſſan.in conſuetud.Burgund.titu.4.§. 17. vbi, an in tali aſſignatione requiratur iudiciale decretum,aſſerens in occurrenti caſu eſſe recurrendum ad dicta per Bald. in præalleg. conſil. vbi
76 etiam,nunquid † fructus dotis compenſentur in ſortem. de quo vide Bald. in conſil.127. incip. quoniam quicquid,in ſecunda parte, & in conſ. 369.quod incip.in primo punto,in 4.par.nec valet pactum de lucrandis fructibus.
77 Vtrum † autem in aſſignatione rerum vxori faciẽda, directi domini rerum feudalium requiratur aſſenſus, cum ſit translatio de perſona in per-

perſonam, quæ de iure conſtitutionum Regni,
non eſt permiſſa, vt per conſt. conſtitutionem
diuæ memoriæ, & in c. 1. de prohi. feu. alie. per
Lothar. ibi omne commertium, cum ſit datio
78 inſolutum ſaltem temporalis, † vide Matth. de
79 Afflict. † in deciſio. 191. cum hoc videatur fieri
ex cauſa neceſſaria conſuetudine iſta ad id im-
pellente atque vrgente hæredes mariti, ſi non
præciſe poſtquam poſſent reſtituere dotes, &
euitare hanc inſiſtentiam ſuper pignore, vt ſal-
tem cauſatiue dicantur facere ex cauſa neceſſa-
ria, nec videatur aſſenſus domini in hoc neceſſa
rius, vt per Afflict. in prædicta deciſione. Quod
80 verum ipſe † puto, ſi in primęua obligatione do-
mini aſſenſus interuenit, & cum ſit mera facti
perceptio fructuum, ius non tribuit, vt per An-
dr. in c. Imperialem, colu. 1. de prohi. feu. ali. per
Feder. vt in his conſcentiuis, & dependentibus
81 amplius † non ſit neceſſarius per ea quæ ſcribit
Andr. in d. conſt. conſtitutionem diuæ memo.
& per Ant. Capyc. in d. c. Imperialem, de prohi.
82 feu. ali. per Frider. † Et ſimiliter, non teneatur
hæc mulier ad Laudemium. Areti. conſil. 6. Ca-
gnol. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. quæſtio.
25. & quæſtio. 35. & vide deciſio. Peruſi. 60. nu-
mero 7. Et ſi duo plures vè ſint directi domini,
83 vel hæredes plures, † quidam aſſentiūt, quidam
diſſentiunt, quid ſit agendum. Gui. Papæ, quæ-
ſtio. 410. & 508. Boer. deciſio. 151. Tiraq. de re-
tra. conſangui. §. 23. glo. 1. & gloſ. 2. num. 4.
84 Nota tamen, † quod mulier hæc pignori in-
cumbens priuatur beneficio, ſcilicet, vt ſuſpe-
ctum debitorem allegare non poſſit, vt per Bal.
in l. creditor, la 2. ff. ſi cert. peta. refert, & ſequitur
Catelli. Cotta. in ſuis memorali. in verbo. credi-
tor, & rurſus idipſum, in verb. debitor. Si tamen
85 villam, † vel Caſtrum capiat in pignus, non po-
teſt mulier præſentare rectorem in eccleſia iu-
ris patronatus ad d. villam, & Caſtrum ſpectan-
te, c. Bertoldus, & ibi hoc notat Abb. in primo
notab. extra de re iud. & eſt communis opinio,
ſecundum Rocch. de Curt. in tra. iuris patro. in
verb. ipſe, vel is à quo cauſam, quæſtio. 27. quod
pro ſingulari adducit Ana. allegatio. 109. nu-
mero primo.
Iſta tamen acceptio rerum, † ſeu fructuum ex
86 eis non eſt alienatio, † cum ex ea dominium
non tranſeat in mulierem, niſi eſſet pro tanta
87 æquiualenti quantitate dodarij, † quod non eſſet
ſpes luendi, l. ſi res obligata, & ibi Paul. de Caſtr.
ff. de leg. primo. Neguſan. in tra. pign. par. prima,
cat. 10. & per Iaſ. in l. 1. §. per ſeruū corporaliter,
ff. de acquir. poſſ. Caſſan. ſuper conſuet. Burgun.
rub. 4. §. 4. in verb. la femme, ſoit. num. 19. verſic.
limita hanc noſtram.
88 Et quamuis † creditor dicatur poſſidere pi-
gnus naturaliter, & ciuiliter, vt per glo. in l. cum
notiſſimi, §. 1. C. de præſeri. trigi. vel quadra. ann.
illud tamen dictum glo. reſtringitur, & intelli-
89 gitur ad finem, † vt creditori competat interdi-
ctum poſſeſſorium, ſi forte turbetur, vel deij-
ciatur de poſſeſſione rei pignoratę, ſecus tamen
quo ad effectus vſucapionis atque alios concer-
nētes dominium, vel acquiſitionem fructuum,
90 tunc enim non creditor, † ſed debitor dicitur ve-
re poſſidere, vt bene declarat Iaſ. in d. §. per ſer-
uum.
91 Attamen ſi aſſignentur bona, † ſiue in corpo-
re, ſiue ad menſuram, quid ſit, declarat Oldr. in
conſil. 197. Dec. conſ. 347. Afflict. deciſio. 68. Fa-
bia. in tra. de empt. & vend. 6. parte princip. col. 6.
verſicu. circa quartum. Soc. Nepos conſil. 42. lib.
2. Barba. in rub. extra de empt. & vend. Alexand.
conſil. 133. volum. 1. & conſ. 120. lib. 2. & in conſ.
8. lib. 4. Anto. Capy. in deciſio. 149. Dida. Couar.
pract. quæſtio. c. 3. & ad menſuram intelligitur,
*92 ſecundum † morem regionis contrahentium,
ſi nil aliud eſt expreſſum, ſecundum Afflict. in
deciſio. 363. num. 5.
Supereſt & illud, de quo fui interrogatus,
num ſcilicet per licentiam intrandi in poſſeſſio-
nem, quæ vulgo in inſtrumentis, nedum dotali-
bus, verum etiam in alijs, transferatur in credi-
torem poſſeſſio? Reſp. ex Bald. in l. neceſſaria, ff.
de pign. act. & in c. primo, quid ſit inueſt. & Inno.
in c. ſecundo, extra de conſuet. Floria. in l. ſerui-
tutes, colum. 3. ff. de ſerui. qui videntur tenere
93 quod trāsferatur, † cum paria ſint poſſeſſionem
tradere, vel eā relinquere, vt alter ingrediatur.
94 Bald. in l. fina. † C. quando fiſ. vel priua. ſed con-
trarium videtur approbatum: nam verbalis in-
95 ueſtitura non transfert poſſeſſionē, † ſecundum
Bald. in prælu. feu. colum. 11. etiam ſi poſſeſſor
velit illam transferre, ſecundum Bald. in cap. 1.
quid ſit inueſt. Inno in capitu. ex ore. de his, quæ
fiunt à maio. parte capitu. Io. Andr. in c. cum M.
extra de conſt. operatur tamen, vt inueſtitus ca-
96 piat poſſeſſionem propria authoritate, † vt per
Bald. in rub. C. de contr. empt. quæſtio. 17. & in
l. traditionibus, C. de pact. Angel. in l. ſi vacan-
tia. C. de bon. vacan. lib. 10. Idem ſi licentia con-
97 cedatur à iudice de capienda poſſeſſione. † non
enim videtur tradita poſſeſſio, niſi realiter, &
98 corporaliter tradatur † Abbas in capitulo, cum
aliquibus, col. ſecunda, & tertia, de re iud. Bald.
in prælud. feud. colum. 7. verſicu. per primam, &
ibi add. in verbo, transfertur poſſeſſio. Sicut etiā
99 per traditionem inſtrumēti, † transfertur poſſeſ-
ſio rei in inſtrumento contentę, vt eſt text. in l. 1.
C. de dona. ſi tamen res eſt in præſentia, vt ibi il-
lum tex. intelligunt.
100 An autem inſtrumentum rei venditę, † vel
donatę debeat remanere pęnes donantem, vel
donatarium, emptorem, vel venditorem? dic
quod pęnes venditorem, vel donatorem, qui
tenebuntur præſtare cautionem de illud exhi-
bendo, cum opus fuerit donatario, vel empto-
ri, l. inſtrumentum, vbi Bald. C. de fideicomm.
l. 1. in fine C. de dona. & nota. in l. Titius, ff. de
act. empt. & in l. ſi prædiorum, C. ad l. ſale. & in
his locis ample per Docto. & Andr. de Iſer. in c.
imperialem, §. illud, de proh. feu. alie. per Frider.
ſicut in legatario ſpeciei, cuius inſtrumentum
101 eſt pęnes heredem, † cum cautione de illud præ-
ſtādo, vel exhibendo, cū opus fuerit, ſecundum
Bar. in l. quęſitū, §. Papinianus, ff. de fun. inſtr. &
nota.

nota.in l.inſtrumenta,C.de fideicom.
102 Et nota verbum in textu,† alimenta, quæ ha-
bet in bonis mariti,quod etiam de iure mulieri,
pro alimentis datur hypotheca,vt communiter
tenent doctо.in l.ſi cum dotem . §. ſin autem in
ſæuiſſimo , ff. ſolu matrimon. Campeg. in tra.
dot. parte ſecunda , quæſtio. ſexageſimatertia,
vbi quod pro alimentis bona viri,ſunt obligata,
vide Neguſan.in tra.de pign. in quarto membr.
ſecunda parte,num.47.in ſeſta ampliat.reiecta
opinione Alexand. contrarium ſentientis , &
103 illud verbum tex.noſtri,† in bonis,expone,ideſt
ſuper bonis,& importat hypothecam,vt no.in l.
fundi trebatiani,& ibi Bart.ff.de fund.inſtr.& ſic
104 licite fructus percipit † pro alimentis pendente
reſtitutione dotis, & ſolutione dodarij , quoniã
licite poſſet de iure communi petere intereſſe,
105 etiam,quod aliunde ſe ipſam alere poſſet,vt per
Alexand.conſi.100.volum.2.vbi quod hæredes
tenentur ad intereſſe,donec dos eſt in reſtitutio-
ne, quicquid Varius ſecus conſuluerit , & male,
in conſil.27.volum.4.

Vel ad ſecunda vota migrare voluerit.

Ideſt voluntariè migrauerit.ſic ĩ l.ſi.vbi
no.per gl. ff.de rer.diu. Romulus occidit Remũ
eo , quod muros vrbis tranſcendere voluerit ,
non enim ſubſequens prouiſio locum habet,ni-
ſi ad ſecunda vota vxor migrauerit,& dic,ſecun
da vota,ideſt ſecundas nuptias, quæ vota dicun-
tur, vt in l. cum alijs , ibi,mulier ad tertia mini-
me vota migrauit,& in l.haç ædictali,C.de ſecũ.
106 nupt. quamuis votum , † quandoque ſumitur,
pro promiſſione Deo facta , Cic. de natu. deor.
nonne aduertitis ex tot tabellis pictis , quam
multis votis vim tempeſtatis effugerint,& Vir-
gi. 8. Æneidos , vota metu duplicant matres,&
ext. de vot. & vot.redempt.& habetur in Specu.
eo.titu.quandoque pro conſenſu,ca.2. de elect.
in ſexto, quandoque votum , ideſt oratio.l. de-
nunciamus,C.de his, qui ad ecc.confug. quan-
doque pro voluntate,l.1.C.de obl.vo.
107 Et filius familias ex voto † non obligatur,l.ſi-
quis,§. voto. ff.de pollicita. ſed vide ibi Bart. &
in rubrica,extra qui cler.vel vouen. & plene per
Boer.deciſio.prima,& dicuntur ſecundę nuptię
108 nedum poſt primas,† verum etiã tertiæ,quartę,
& vlteriores,glo.rubr.ff.de vulg. & pupi. ſub. &
in l. ſi quis prioris , §. talem , in verbo, ſecundo
thoro, C. de ſecu.nupt.

Et cum hic dicatur de ſecundis nuptijs, præ-
mitte,quod multa priuilegia conceduntur pri-
109 mis nuptijs,quæ non dantur ſecundis,† imo ſe-
cundo nubens ex præſumpta incontinentia mul
tas,& diuerſas patitur pænas, quæ ſparſim in iu-
re tradũtur,& hic inſerere ſub occaſione textus,
mihi placuit,ad eruditionem iuuenum,cum ſit
materia laborioſa propter diuerſitatem lectura-
rum, quæ habentur in legibus,C.eius titu.de ſe-
cund.nupt.& propter varios intellectus , tam le-
giſtarum,quam canoniſtarum. Et cum diuerſæ
ſint pænæ. Dic ſecundum Odofre. in d. rub. de
ſecund.nup.quod ſi contrahantur infra annum
luctus computandum à morte mariti,intra quẽ
110 tenẽtur lugere virum,† puniuntur pęnis de qui-
bus loquitur tex.in l.prima, & ſecunda , eo titu.
111 & quia ſecundum Apoſtolum,†cum melius ſit
112 nubere quam vri,† eum concremant odium ip-
ſarum mulierum, iſtę pęnę ſunt ſublatę,capitu.
pen. & c. fin.extra de ſecun.nup.Aliæ autem pę-
nę de quibus in omnibus ſubſequentibus legi-
bus illius titu. loquentibus de mulieribus tran-
ſeuntibus ad ſecundas nuptias, cum reſpiciant
113 principaliter † fauorem filiorum prioris matri-
monij,& iſtę non ſunt ſublatę , ſecundum Bart.
& Alb.in rub.eo.titu.& per Dec. qui teſtatur de
communi, in capitulo eccleſia Sanctæ Mariæ,
colum.18. extra de conſtitutio. Soc. conſil. 39.
colum.6.Anchar.conſil.100.Iaſ. in l. ſed ſi poſt,
C. de inoffi. teſt. Corn. in l. ſi qua mulier , C.ad
tertullia. Aret.in d.capitulo eccleſia Sanctæ Ma-
riæ, de conſtitutio. ad finem, vbi dicit pro hac
communi opinione eſſe tenendum in iudican-
do, & conſulendo , & Neuiza. in ſilua. nupt.in
verbo.Diuiti non eſt nubendum,lib.2.vide Caſ-
ſan.ſuper conſuetud.Burgun.rub.6.circa præmi.
in princi.

Prima eſt pæna, quod ſecundo nubens,& ha-
114 bens filios prioris † matrimonij in lucris nup-
tialibus pleno iure acquiſitis , amittit proprie-
tatem ſolo vſufructu retento , cum fiat iniuria
prædictis filijs per tranſitum ad ſecunda vota,
ad quæ multum animaduertere debet hæc mu-
lier , quæ vult migrare ad ſecunda vota , quia ſi
habet filios,priuatur proprietate dodarij per eã
quo ad proprietatem, & vſumfructum lucrifa-
cti,ſolo vſufructu apud eam remanente , vt ha-
betur in §.ſi vero ſpectet, & in §. ſi vero ſit ſobo-
les,in Authent.de nupt.non tamen amittet do-
115 na,† & munera miſſa ſibi contemplatione ma-
riti,vt per Cremen.in ſing.82.Nec etiam ea,quę
à viro ignobili,ipſa vero nobilis titulo donatio-
nis accepit in præmium, & quaſi in recompen-
ſam nobilitatis , cum de his poterit diſponere,
vt per Io.Lup.ad l.Tori.l.14.nume.8. quæ nota-
bis . Et quæ dicta ſunt de vxore habente libe-
ros renubente, ęadem pariformiter dicuntur de
116 viro ſecundam vxorem ducente , † vt ſimiliter
priuetur proprietate dotis, per eum lucrifactæ,
ſolo vſufructu apud eum remanente , vt vult
Azo.in ſum.Authent.de nupt. & volunt docto.
in l.fęminæ, & l.generaliter .

Secundo,quia non põt quoquo tit.lucratiuo
plus dare ſecundo viro,quam vni ex liberis prio
ris mariti,cui minus reliquit,l.hac ędictali.C.de
ſec.nup.§.optime,in aut. de nu. & iſta pæna ſimi
liter eſt communis , tam in muliere , quã etiam
in viro, vt per Io.de Garron.in d.rub. C. de ſecũ.
nupt.num.9.Arr.Pinel.in l.fin.C.de bon.mater.
circa princip. Lupus in repet. rub. de don. inter
virum,& vxorem,§.50.num.35.Dida.Couar.ad
quartum lib.decret.titu. de ſponſa.c.3.§.9. parte
ſecunda , num.7.8.Aleiat.in l.prima,ff. de verb.
& rer. ſign.

Tertio, quia ſi aliquam filijs prioris matri-
monij

monij contulit liberalitatem, reuocare ſub præ-
textu ingratitudinis non poteſt niſi in ſolis tri-
bus caſibus, cum contra ſe habeat præſumptio-
119 nem, quod hoc faciat potius ob maritalem, † & no-
uum amorem ſecundi viri quam vere ex cauſa
ingratitudinis vt in §. mater. in auth. de nupt. &
habetur in Authen. quod mater. C. de reuo. do-
na. quam authenticam aliqui habent in l. fi. C. de
ſecun. nupt.

Adde partis pœnã, l. hac edictali. C. de ſecun
120 nup. non habere † locum in muliere habente fi-
lios vulgo quæſitos vt per Bal. in l. cum pater. §.
mater filijs. ff. de leg. 2. Cremen. in ſingula 88.

Quarta pęna infligitur mulieri ſecũdo nubẽ-
121 ti vt priuetur † omni priuilegio quod a primo vi
ro retinebat etiam in viduitate. §. non tamen per
mittimus. in Auth. de nupt. l. filij. §. Vidua. ff. ad
municipa. in c. ex parte. de for. compe. vt ſi cõceſ-
ſum fuerit priuilegium patri pro ſe, & filijs ma-
122 ſculis, † & fęminis, intelligitur donec in capillo
& viduitate permanſerit, non autem ſi trãſit ad
maritum, vt per Corſett. in ſuis notabi. in verb.
priuilegium. Vid. glo. in l. mulieres. C. de digni.
lib. xij. & amittit etiam priuilegium matri con-
123 ceſſum † ob filium, vt in caſu l. 1. ff. de ſenato. vt
nota. ĩ l. quoties C. de priui. ſcholar. lib. 12. Corn.
cõſi. 177. vol. 4. Vid. Curti. in c. 1. §. 1. 26. quæſt. in
fin. qui feudar. poſſ.

Quinto, nã filia committenda matri ad educa
124 tionẽ, non † committitur, ſi tranſit ad ſecunda vo
ta, & potior erit cauſa agnatorum. l. 1. & l. 2. C. vbi
pup. edu. deb. §. iucundum. in auth. de nup. & per
Cyn. & alios in d. l. 1. glo. in c. fi. de cõuerſi. infid.
Bal. in conſi. 114. incip. quidam nobilis. & conſi.
ſeq. volu. 3. duplaro. lib. 1. conſi. 126. & conſi. 132.
& Gui. pap. quæſt. 539. Capra. conſi. 72. in 3. dub.
Ang. in l. generaliter. C. de ſecun. nup. Io. de Gar-
ro. in rub. C. de ſecu. nupt. nu. 16.

Sexto pęnã incurrit, vt ſuſçeptam tutelam vel
125 curam † filiorum amittat ob tranſitum ad ſecun
da vota, non petito tutore nec reddita ratione.
authen. eiſdem pænis. C. eo. Affli. in deci. 357. &
quamuis vidua non teneretur ad præſtandum
126 ſcrupuloſam rationẽ † adminiſtrationis tutelę,
ſi tamen tranſit ad ſecunda vota, ſecus eſt. prout
de primo nota. in l. quidam decedens. ff. de admi.
tuto. de ſecun. authoritates allegantur per Io. de
Garro. in d. rub. C. eo. num. 75. quam adminiſtra
127 tionem † ſi iterum viduetur, non recuperat. vt
3. ibi (mox iudiciorum) & ibi hoc notat Bal. C.
de iur do licet dilationes ſint breuiandę ad in
76 ſta† alimentorum, & vt mulier vidua iuuenis
velit nubere, & in mora periculum. Vide Ioã.
Lup. in repeti c. per veſtras, in 2. notabi verſic.
ſed eſt pulchra quæſtio. colum fin. extra de do-
na inter virum, & vxor. & pro reſtitutione do
tis ſocerum debitorem dotis in ius non voca-
77 bit, niſi venia petita, l. † generaliter, vbi glo ff.
78 de in ius vocan quia † habetur loco parentis,
l. quia parentis, ff. ſolu. matri l. facit tex. in § ſo-
79 cerum, Inſti de nupt. † & ſi habet patrem cum
eius authoritate, l ſi. C. dę bon. quæ liber. tam
in iudicio ordinario, quam in ſummario. Vi
80 de Catelli Cotta in † memora in verbo, filius
familias, idem in nouerca, & priuigno, cum lo
81 co matris† habeatur eique reuerentia debe-
tur, quod tamen intellige de venia viuo patre
82 priuigni, † ſecus ſi mortuo: tunc enim nouer-
ca ſine venia in ius vocari poterit, vt per Ca-
cheta in deciſ. Pedemonta 30.

An autem mulieri petenti reſtitutionẽ do-
83 tium opponi poſſit † compenſatio per aliud
publicũ, & liquidum inſtrumẽtum? dic, quod
quamuis variè ſint ĩ hoc opiniones Doctorũ,
tamen verior eſt Bartoli opinio in l. verum, ff.
de compenſa. vt admittatur compenſatio, &
neceſſitas imponitur iudici compẽſandi, §. in
bonæfidei, Inſti. de actioni. & firmat Afflict. in
84 deciſ. 121. vbi etiam, † quod exceptio compen
ſationis opponitur etiam poſt ſententiam trã
ſactam in rem iudicatam, vt per Abb & Fely.
in c. ſuborta, extra de re iudi. & habetur in l. ſi
cũ militi, §. cum intra, per illum textum, ff de
compenſa. Alex. in l. ſi duo patroni, §. ſi quis iu
rauerit, ff. de iur. iur. Ang. conſi. 130. Roman.
conſ. 76. Quod amplia etiam ſtante ſtatuto ꝙ
85 contra inſtrumentum dotale † nulla opona-
tur exceptio, non enim tollitur exceptio com-
penſationis, quæ habet vim ſolutionis, & qui
86 compenſat, † non impugnat, imo comprobat
87 inſtrumentum, † vt comprobat Afflict. in di-
cta deciſione 121. etiam ſi tali exceptioni cum
88 iuramento† fuiſſet renunciatum tanquam cõ
tra bonos mores, & contra naturalem æquita
tem, vt ibi per eum, quod intelligerem ſine du
89 bio ſi inſtrumentum dotis præceſſerit. † Vide
tamen addita ad eam deciſionem 121. A filic.
vide D. Vinc de Fran in deciſ 367. nu. 12 Grat.
conſil. 121. uol. 1. Obſtabit, & mulieri exceptio
ſolutionis, non tamẽ per talem exceptionem
90 impeditur† litis conteſtatio Inno. in c. 1. de li-
tis conteſta Rota deciſ. 155. in antiquis, quam
91 uis † per ſolutiones lis videatur ſopita, l. quære
batur, ff. iudi. ſol. & ſi ceſſerit bonis, conueniri
92 non poterit † quemadmodum nec alios ipſe
conuenire, l. ſi unus, ff. de arbitr. cui ceſſionis
miſerabili beneficio etiam cum iuramento re
93 nunciari non potuit, † Cap. Tholoſ deciſ. 61.
94 & ibi addi Aufre. Et ſi hęreditas uiri † trãſit in
fiſcum, trãſit cum ſua cauſa, & cum onere, nã
fiſcus ſuccedẽs priuato præſtat onera, quę pri-
95 uatus † præſtabat. Caſſan ad conſue Burg rub.
8. §. primo ubi etiam, quod tranſeat hæreditas
96 cum onere legatorum, † de quo per Iaſ in l. ſi
ſeruus plurium, §. ſi quis ante, ff de leg 1 & pu-
97 blicatio bonorum † fit cum ſua cauſa, Alexã.
conſi. 23. uol. 1. & quando res trãſeat cum ſua
98 cauſa, † & cum ſuo onere. Vide per Afflict. in
conſti. regni, hac edictali: in 2. notab. Caſſa. ubi
ſupra, ubi plura de hoc. Vide Plotum ĩ l ſi qñ,
§. 11. circa fi. C. unde ui ubi, quod quando credi
tum non eſt liquidum, & hæres eſt cum bene-
99 ficio Inuentarij, † debet prius liquidari, nec mu
lier interim habet intereſſe, & ſi fuit tutrix, &
ſibi de dote non ſatisfecit, non debetur inter
100 eſſe. Soci. conſi 126. † diligenter, uol. 1. & conſ.
180 diligenter, uol. 2. Num autem ſi iſte hęres
101 mariti ſit clericus, declinet, † uel ſortiatur fo
rum, uide per Imol. in l. ſi eum hominem, ff.
de fideiuſſ. Barb. in c. ſi hæredi, num. 10 extra de
teſta Benedict. in c. Raynutius, in uerb. & uxo-
rem nomine Adelaſiam, num. 230. extra de te
ſtam. Curt. iun in l. hæres abſens, ff de iud. Boe
ri deciſ 69 In fi Dida Conar practica, quæſt. c.
102 8. Paupertas, † ẽt uiri excuſat a debito, l. 2. C. de
103 patri qui fili. diſtra. † ſicut a proſecutione ap-
pellationis ne deſeratur appellatio; Matthęſi.
nota ultimo, Clemen. ſing. 121. Fely. in c ſigni
ficantibus, de offi deleg Luc. de Pẽna, in l. eos,
C. lib. 10. de his, qui nu. libe ſe excuſ ubi ponit
104 priuilegia paupertatis, † ſicut etiam excuſat a
105 fideiuſſoria cautione † cum ſola iuratoria,
Bal in authen cui relictum, C. de indi. uidui. ta.
106 tollen. † & legata paupertate uenit tota hære
ditas etiam ſi legatum fiat a diuite, ut per Bal.
in rub C. de uerb ſigni. Catellia. Cotta. in ſuis
memor. in uerbo paupertate. Obſtabit etiam
107 mulieri exceptio p̃ hæredẽ oppoſita. ſ. † quod
ſit infra tempus conficiendi inuentarium,

D de Franch.in deciſ. 352. num. 1.quod tem-
pus eſt trimeſtre, ſemeſtre nouemque men-
ſium ſecundum diſtantiam locorum, vbi ſita
108 ſunt bona inuentarianda, † taliſque exceptio
oppoſita proceſſui impedit litis conteſtatio-
109 nem, † Cy. Bar.& alij in l fi. §.donec, C de iur.
delib.quę ſi non fuerit oppoſita, valet,& tenet
110 proceſſus, † nec ęſt nullus, Cap.Tholoſan quę
ſti. 257. vbi additi. Aufrerij, ponentis multos
caſus in quibus talis exceptio non opponitur,
111 † imo oppoſita non impedit iudicium,vt pu-
ta,quando peteretur legatum relictum pro fu
112 nere,† vel ex commodato facto defuncto:† Et
113 quamuis hæres durante tempore confectio-
nis inuentarij conueniri non poſſit, ipſe tamē
114 alios conuenire poterit, † vt per Barto. in d.§.
donec. Boer.deciſ. 10. & deciſ. 53 & in propriis
terminis in hærede mariti Plot. in repet. l ſi
quando,§. 12. C. vnde vi.
Poteritque hæres opponere exceptionem
115 inuentarij iam confecti, † cum non dicatur
hęres propriè, qui cum beneficio inuentarij
116 hæreditatem adiuit, † vt per Bart. Caſſan.in cō
ſilio 22. vnde promittens ſoluere creditoribus
aut legatariis non intelligitur promiſiſſe de
117 ſuo ſoluere, ſed de hæreditate, † & tanquam
hæres, D.de Franc.in deciſ 323. Anna in ſing.
118 234 qui allegat plures. † De forma tamen ve-
ra conficiendi inuentarij,vide Bal.in conſ. 36.
vol. 4. & conſi.48. & conſi 314. vol.5 Aret con-
ſil. 148. Gui. Pap.quæſt. 571. Deci. conſi 663. &
119 quid obſeruet faciens inuentarium? † Bened.
in c Raynutius.in verbo, mortuo itaque teſta-
tore. el primo,num. 398. cum ſeq extra de teſt.
120 & † dicitur legitime factum, quando conti-
net omnia diſtincte, & clare. tex. eſt nota.in l.
ſiquis intra, C.de bon.proicr. Prac Pap.for.lib.
ad redden rati.tute glo. 2.num. 13. Vtrum au-
121 tem litigans cum tutore, † vel curatore adulti
hęredis viri debeat habere copiam inuentarij?
Bart in l 1. ff de cur.bon dan. dicit, qđ ſic,alias
eſſet deterioris conditionis litigans, quod eſſe
nō debet, l. 2. §.defendi, ff ex qui.cau in poſſeſ.
eatur,& vide Ant.Corſet. in ſing inuentariū.
122 † Inuentarij tamen non eſt danda copia per
tutorem mobilium rerum nec immobilium,
123 cum ſufficiat edi copiam initij, † & finijs, niſi
pars velit redarguere tutorem de dolo, quod
deſierit deſcribere quædam in inuentario, tūc
124 enim integre † edenda eſt copia, Bart in l. 2. C.
quando,& quibus quar. part. debe. Pract. Pap.
in for lib ad redde rati. tut.gloſ. 2. num. 18. Cu-
125 ius quidem inuentarij exceptio † opponetur
etiam poſt ſententiam, Bar in l.ex diuerſo.§.fi.
ff ſol matri & per Doct in d.l.fi, C. de iur.deli-
ber. Cotta,in verb exceptio.
126 Quod ſi elapſo † anno mulier eius dotes cu
piat habere in pecunia, hęres autem mariti cū
beneficio inuentarij pecuniam in hæreditate
127 non habeat, neque enim † de propria tenetur
pecunia ſatisfacere, & cum bona hæreditaria
non reperiant emptorem facta maxima dili-
gentia & multoties repetita, ſubhaſtatione, li-
128 beratur hæres dando bona hæreditaria in ſo-
lutum, tenebiturque mulier capere in ſolutū
129 bona prędicta pro eius credito, † ex beneficio
d. l. fi. §. licentia, vbi Docto C. de iure delib. licet
130 creditor aliud † pro alio inuitus accipere non
teneatur. ex l 2 § mutui datio, ff ſi cer. petatur.
de quo, vide Plot. in repeti. l. ſi quando, §. 11. C.
vnde vi & credo nō ſine cauſa ꝙ hæc conſue-
tudo innuat mulieri eſſe ſatiſfaciendum de
dote,& dodario, vel aſſignari tantum de bonis
viri, ꝙ ſibi ſit ſufficienter cautum, non ſolū ex
volūtate, quoniam ſic elegerit, ſed quia aliter
commode facere non potuit, cum hęres nolit
de proprio ſoluere, ſed dare in ſolutū res hære-
ditarias ex beneficio legis hæredi inuentariū
conficienti, alias prærogatiuas, & priuilegia re
peries notata per Doctores in d. l. fi. C. de iure
deliber. contra tamen omiſſionem inuentarij
131 reſtituitur † minor, mariti ſeu cuiuſcunq; hæ-
res, Corſet. in verbo pęna, incip. licet pœna in
fi. An autem mulier reſtituatur aduerſus non
confectionem inuentarij vel minus ſollemni
132 ter factam, † vide D. Vinc.de Fran.in deci. 229.
nu. 6. 7. An aūt obſtabit mulieri dotes repeten-
133 ti † exceptio quinquennalis dilationis hæredi-
bus viri conceſſæ? in hac quæſtione licet titu-
bauerit D. Vin de Frāchis in qōne mota in ſa-
cro conſilio 219. & non deciſa, quia partes nō
inſteterūt. vt ait, dic, ꝙ aut dilatio fuit a Princi
pe cōceſſa, & ſic per modū, ſeu viā gratiæ iux-
ta, l. quoties, C. de preci. impe. offer & l. vniuer-
ſa,& tūc nō cōprehendiť creditor ex cauſa do
tis, aut ꝑ viā iuſtitiæ ex conceſſione dilationis
ꝑ creditores: & quāuis paſſus ſit dubius, tñ ꝑ-
penſo negotio, dicendū eſt cōprehendi ēt cau
ſam dotis ꝑ allegata in d. deciſ. 219 & ſic in cō
tingentia facti fuiſſe deciſū aſſerit Caraui. ſup
ritu 188 magnæ curię vicariæ, ꝑ ſacrū regium
conſiliū, de quo dicto Caraui non meminit p̄-
134 dictum D. Vinc. de Franchis † Et ſi plures ſint
hæredes mariti, vnum tantum procuratorem
conſtituere tenētur, ne mulier fatigetur expē-
ſis, Cępoll. in l ꝙ ſi nolit, §. ſi plures, ff de ædi.
edi. l. 1. §. creditoribus, ff. de iur. delib. Roman.
in l 1 §. ſeruum, ff de verb. oblig. Boer. in conſt.
41. in quo allegat iura conferentia, D. Vinc. de
Franch deciſio. 309 Alfanus in ſuis collecta.
c 622 Anna ſingulari. 387. Sed quid ſi mulier
135 petat dotes a fideiuſſore, l qui de facto fideiuſ-
ſit, cum de iure nō teneat talis fideiuſſio. C. ne
fid. dot den. i. rub & diximus ſup. in cōſuet. c. 2.
ibi vide, qñ talis fideiuſſor teneať,& in qb caſi-
bus,& de ītellectu illius rub. C. quib. add Dua
ren c 4. de dot & doti iure ad materiā illius tit.
C. ne fideiuſſ. doti dent. dic, vt ibi dictum eſt.
Nunquid quæro, quid ſi dodarium non eſt
136 conſtitutum in pecunia, † ſed in ſpecie, puta
in p̄dio, domo, vel in re ſtabili, nūquid peti,&
exigi poſſit poſt annū, vt hic dicitur, an vero
ſtatim? conſuetudo hic loquitur indiſtincte,
& qđ dicitur de dote, dici debet de eius augmē
137 to, l inter ſocerū, † § cū inter, ff de pact dot ſed
vř contra, cum ſubſequens conſuetudo dicat,
quod bona ſtabilia ſi dentur in dotem, ſed illa
conſuetudo loquitur in dote in ſtabilibus, nō
autem

autem de dodario, ergo ſtandum eſt expreſſe diſpoſitioni huius cõſuetudinis, ſiue dodariũ
138 conſiſtat in mobilibus,† ſiue in ſtabilibus,hæredes viri habeant anni ſpatiũ, vt hic dicitur.

Sed quid,ſi nomen debitoris ſit datum in
139 dotem,an hæredes † mariti habeant anni ſpatiũ vel teneantur ſtatim cedere intra?iſta quæſtio tali ſoluatur breui diſtinctione, vt ſi tempore ſoluti matrimonij reperiuntur pure debita, vel purificata conditio,tunc habebit annum ad reſtitutionem, ſecus tamen ſi adhuc non ceſſit dies ſolutionis,tunc etenim debentur ſtatim , non expectato anni lapſu, & hæ-
140 res mariti tenetur ſtatim † cedere actionem, l.licet,§ fin ff.de iur. doti. Bart.in l.diuortio,§. interdum,ff.ſol matri. Io. Camp.in tract doti. par.5.q.100. Ad quid autem teneatur ſimpliciter promittens nomen debitoris bonum face
141 re? † Vide Corne.in conſ.141.vol.2.Alexan. conſ 177.vol.5.Dec.in conſ.102.

Quæro de quæſtione, quam plurieshabui ſ
142 facto tam in magna curia,† quam in ſacro cõſilio promiſſa.dote in capitulis matrimonialibus, & ex interuallo,deinde contracto matrimonio, a quo tempore incipiat hypotheca?vi debatur, quod a die promiſſionis,l.1.ff.qui potu.in pign.habe. Tu dic contrarium,quod imo a die contracti matrimonij, vnde ſi ſtipulatis capitulis de contrahendo matrimonio, maritus contraxit cũ aliquo creditore, æſque alienum contraxit. deinde ſubſequatur matrimonium, vtique præferetur in bonis mariti creditor vxori petenti dotes per actionem hypothecariam,vt per Soci.in conſil 109. col.3.verſic. quarto,& vltimo,vol.2.Neguſan.in tra.pignoin 4 memb.2.part.num.77. Boet.deciſ.331.& 332 & Alua Vallaſ in deciſi.ſua.

Huiuſmodi autem lite pendente ſuper reſti
143 tutione dotium , † debentur mulieri alimenta,& litis expenſæ etiam in prima inſtantia,cũ
144 vniuerſale ſit dotis iudicium ,† vt per Afflict. in deciſi vndecima , pro quibus alimentis habet mulier bona mariti obligata , & hypothe-
145 cata. Bart in l ſi cum dotem, §.fin† autem in ſæuiſſimo,ff.ſol matri Spec in tit de dona inter vir.& vxor.§.ſi.verſic ſed nunquid bona, & per Afflict in deciſ 10.

146 Sed quid ſi maritus † tres reliquit fortaſſe hæredes,vni eorum fuit in diuiſione totus fundus pro dote vxoris defuncti patris hypotheca tus an mulier poſſit agere hypothecaria pro eius dotibus contra illũ ſolum hæredem, poſſitque opponere conuentus . quod diſcutiantur alij cohæredes actione perſonali?dic quod licet alias de iure communi in alio creditore, eſſet facienda diſcuſſio per authen hoc ſi debitor, C. de pign. tamen ſecus eſt in muliere agente pro dote, quia agere poteſt contra poſſeſſorem, non facta diſcuſſione contra alios cohæredes, Bart in l mulier,ff qui poti in pig. habe. quod dicit eſſe valde notandum.

147 Quæro † qđ ſi mulier agat ad reſtitutionem dotis contra tertios poſſeſſores bonorum mariti pro dote obligatorum,an obſtet ſibi exceptio diſcuſſionis faciendæ contra hæredes mariti principaliter obligati,iux.auth.hoc ſi debitor, C. de pign. & an mulier in hoc ſit priuilegiata, vt valeat agere contra poſſeſſores non excuſſis hæredibus? dic obſtare exceptionem excuſſionis,vt per gloſ. communiter approbatam in l.vbi adhuc, C.de iur.doti. Neguſan. in tract.pig in primo memb.8.part.vbi vide multa,& pulchra in materia excuſſionis,& ſic fuit deciſum poſt authoritatem Bal. Nouel. Rote Lucauç & Neguſan. in ſacro Conſilio Neap. vt habetur in deciſ 270 per D.Vincen de Frã. vide Io Lup.in c.per veſtras, §.34.extra de donati inter vir.& vxor.

148 Sed pone , † quod conuentus poſſeſſor opponit mulieri petenti dotes compenſationẽ, ſcilicet,quod ipſa mulier cõſenſit viro alienãti certa alia bona pro dote ſimiliter obligata, an in illis compenſet dotem? & videtur,quod iſte poſſeſſor ſit audiendus, arg.l. quæſitum,§. ſi annua ff. de pecu. In contrarium, quoniam talis conſenſus per mulierem præſtitus viro tunc viuenti , & alienanti rem ſuam pro dote vxoris obligatam,non porrigitur ad aliũ con-
149 tractum , nec ad aliam rem , † vel perſonam, quam ad eam,in qua,ſeu cui accomodatus eſt conſenſus, vt l.iubemus, C.ad Velle. vbi Cyn. Bal Saly & alij Docto. quod quidem procedit in ſimplici aſſenſu,& ceſſione iurium per mulierem facta, & ſic ſanè intelligunt prædicti Doct. ſecus tamen ſi cum ceſſione iurium ad-
150 ſit renunciatio iurium,† tunc enim non procedit tex.in d l iubemus,& quę ſupradicta ſũt, ſed mulier excludetur ab illa re tãtum ſic alienata,ſuper qua renunciauit,etiam ſi maritus alia bona non haberet,vt firmat Bart in d l.iu
151 bemus, C. ad Velleia. † Intellige etiam ſupradicta in caſibus in quibus dos cõſtante matrimonio vxori reſtitui poſſit.de quibus habetur in l.quamuis,ff ſol.ma tri. & in l. mutus §.manente,ff.de iur doti.per Alex.& Parpali in l.2. ff.ſol.matri.& per gloſ.conſue. Neapo in conſuet.ſi mulier,in gloſ.in verb & ſi iuſta,ſub tit. de contr. inter vir & vxo. qui Doctores enumerant hos caſus,quibus conſtante matrimonio reſtitutio dotis fieri poteſt, in his enim tantũ caſibus procedunt ea, quæ ſupra diximus ſecũ dum Afflict.in deciſ 311. verſ ſed pone caſum extra ciuitatem: ſecus tamẽ, quando eſſemus in caſu in quo dotis reſtitutio conſtante ma-
152 trimonio fieri non poteſt , † tunc enim non obſtante ceſſione, & renunciatione mulieris hypothecæ facta in illa re per virum alienata, ſi non adſunt alia bona viri , poteſt agere mulier hypothecaria,etiam ſuper illa re per tex. in Authen.ſiue a me C ad Velleia.niſi proba-
153 ret, † quod vxor eſſet effecta locupletior,per tex in l.ſi pro rata,§.1. ff de reli.& ſump.funer. & l ſi ff.de iur.doti. & in §. dotes, in authen de nupt.& per Afflict in deciſ 313 qui iura prædicta allegat, alioquin ſi locupletior effecta non eſſet, ſi hoc probetur, cũ de iure in dubio præ
154 ſumatur effecta locupletior† niſi probetur cõtrarium,ſecundum Ang. in l.vtrum, ff.de peti. hæredi.

hęredi. & cum nõ ſit de caſibus permiſſis, quibus dos etiam cõſtante matrimonio ſolui poteſt, nec adſunt alia bona viri, ſuper quib. poſſet fieri reſtitutio dotis, tunc in ſubſidium datur actio mulieri ſuper re illa per virum alienata, & ſic fuiſſe deciſum refert Affl. in d. deciſ. 311. in fi. ne mulier remaneat indotata. Quę
155 † cõcluſio ampliatur procedere etiam ſi huic mulieri, vel eius hæredi obijceretur exceptio cedendarũ, vt pulchre per Soci in conſil. 200. quando ex forma, vol 2. repetito conſil. 225. volũ. 4.
156 †. Ampliatur, etiam ſi hęc mulier correum pro dotibus obligatum liberaſſet, nec vtiq; exceptio præmiſſa cedendarum obſtabit, vt per Soci. in d. conſi. 200 Negul in 3 memb. 5. par. nu. 31. Bal. nouel. in trac. dot. in 6. par. priuile. 1.
157 † niſi mulier in fraudem poſt mortem viri doloſe alienaſſet rem, vel reum liberaſſet, ex q bus ceſſio fieri non poſſet: tunc enim obſtaret, vt per Bald. in conſil. 189 dominus Lanfranc. volumine 3.
158 † Ampliatur etiam ſi mulier conſentiret fratri, vel patri mariti, quoniam nec etiam ſit ei p̃iudicium quin in ſubſidium non poſſit agere, vt ſupra, vt per Saly. in Authen ſi qua mulier, C. ad Velle. & Soci. conſ 66. conſilijs lib. 1. Prędicta tamen limita niſi interueniſſet iuramen
159 tum. † quia tunc virtute iuramẽti, nec in ſubſidium agere poſſet, vt per Affl. in dicta deciſ. 311. & ſic fuiſſe pluries deciſum, refert Do. de Franch. in deciſi. 84. reluctante tamen in hoc Practi. Papi. in for. libel. in act. hypot. in glo. in verb. exceptionem diſcuſſionis, nume. 15. verſ. ſed pone quæſtionem. quamuis in hærede mulieris, quod agere poſſit non obſtante iuramẽto defunctę in ſubſidiũ in caſu prædicto. Abb.
160 conſi 11. Tra. volum. 2. † & quæ voluit gloſ in d. Auth ſi qua mulier, C. ad Velle & Hypp. cõſi. 125. num. 16 & late Pariſ conſi. 71. volum. 3.
161 † Limitatur ſecundo, niſi mulier in inſtrumento confeſſa eſſet alia bona ſupereſſe, item
162 † quando fuiſſet curatrix bonorũ. & potuiſſet ſibi ſatisfieri de bonis mariti, & ſibi nõ ſoluiſſet, quia ſi maritus deinde fuiſſet effectus non ſoluendo, ſibi eſſet imputandũ, vt per Rom. in
163 conſ 187. † Limitatur tertio niſi mulier ſe obligaſſet cũ viro pro dote filij recepta nurui ſuæ, nam tũc nõ iuuatur Velleiano, ſiue dotem ipſam promiſiſſet. ſiue pro dote reſtituẽda ſe obligaſſet, vt per Bal in conſi. 307. paſſus difficilis. vol 3 per text. in l. fi. iuncta gloſ. C. ad Velleia.
164 † Limitatur, & quarto, niſi mulier haberet aliũ correũ inſolidum obligatum, tunc enim nec in ſubſidium ſuper illa re alienata, vt ſup. cum ceſſione iurium, renũciatione iuramẽto, agere poſſet, ex quo hæredes mariti non dicũtur non ſoluendo ex defectu propriæ ſubſtan
165 tię. † ſi adſunt facultates alterius correi, l ſi plures § præterea ſi quęratur, ff de fideiuſſo. nec hoc caſu habet locum deciſio text. in d. Auth. ſiue a me, C. ad Vellei ex quo alter correus eſt prius cõueniendus, l quoties C. quo. ord. quis conueni. vbi non conuenitur poſſeſſor niſi excuſſo principali. Corſet. in nota. ſuis, in verſic. actio. car. 2. imo non excuſſo fideiuſſore, Paul. de Caſt. in cõſi. 173. ad primũ quæſitum, vbi dicit adeo verum eſſe, vt tertius poſſeſſor conueniri non poſſit non excuſſo principali debitore, atque etiam fideiuſſore: quod ſi fuerit actũ
166 contra tertios poſſeſſores, † non tamen exactum, non impediret reuerti contra fideiuſſores, vide pro hac limitatione Afflic. in deciſi.
167 312. † Limita & quinto, ad hoc vt mulier excludatur a regreſſu ſuper bonis per virũ alienatis ipſa conſentiente, & renũciante iuri hypothecę, vt bona alia non ſuperſint tempore inſtrumenti venditionis, & renunciationis hypothecæ, imo tempore quo mulier agit ad reſtitutionem dotium. Vnde non ſufficit maritum poſſidere tempore alienationis bona, quæ ſufficiant ad dotem, verum etiam tempore quo ſolutum eſt matrimonium, & mu
168 lier agit, † vt per Ioan. de Imo. in capit peruenit de empt. & vendit. cuius opin. ſecutum eſt ſacrum Neapo. conſilium, poſthabita opinione Pauli Caſtrenſis, tanquam ęquiorem ipſiq; doti fauorabilem, vt per Affli. in deciſi 313. retentis terminis, & ſequitur Ioan. Lup. in repet. rubr. extra de donat. inter vir. & vxor. car. 9. colu. 4. qui refert & ſequitur eundem Ino. eandem ſententiam tenentem in l. Mevia, ff ſolu.
169 matrim. illud † etiam cum limitatione intelligas, niſi iuramentum interuenerit, vt per Alexan. conſi 83. col. 2. vol. 6. & per ſuperius allegata, vide Socin. conſi. 83. Rube. conſil. 12. col. 5. in fine.

Niſi maritus in ſuá vltima volũtate dotes, & dodarium vxori legauerit, quo caſu propter commodum repreſentationis ius ſcriptum ſeruetur.

Quid ſi maritus legauerit vxori in eius vltima voluntate aliquam pecuniarum quantitatem,
170 vel prædium, num † videatur reliquiſſe in compenſationem dotium? dic breuiter, non compenſari, ſiue legetur quantitas, ſiue ſpecies, l. creditorem, ff de legat. 2. l. vnica. §. ſciendum, C. de rei vxo. act. & hoc in debito conuentionali, ſi vero debitum ſit legale, tunc fit compenſatio exemplum eſt in quarta debita in bonis mariti iux. Authe. pręterea, C. vnde vir, & vxo. & in lucro dotis acquiſitę marito, hæc enim debita ſunt ex diſpoſitione legis, vnde ſi ſit legatum per maritum debitorem, non dicemus deberi vtrunque, ſed fieri compenſationem, vide Aymo. in conſi. 131 Didac. Couar. in cap. officij, num. 2. extra de teſta Rolan. a Valle, de lucr. dot. queſt 96. Regula eſt igitur, quod debi
171 tor, † ex cauſa uoluntaria legando creditori, cenſetur animo compẽſandi, niſi aliter ex coniecturis appareat noluiſſe relinquere animo cõpenſandi, vt per Abb cõſ. 81. col. 2. vol. 1. Corn. conſi. 115. col. pen vol 4. Aymo. conſi. 149. vbi enumerat duodecim cõiecturas, ex quibus id coniicere poſſimus, & vide ad materiam, l. ſi

cura

cum dotem,§.ſi pater,ff.ſol.matri. quando, &
in quibus caſibus per legatum factum per de-
bitorem creditori iudicatur compenſatio.
172 Sed † quid ſi maritus legauerit vxori dotes
indifferentes,vel ſi legauit mille pro ſuis doti-
bus, cum eſſent quingēta tantum? quid debea-
tur? vide textum, & ibi Doct in l.ſi nō deſigna
ta,C.de fal. cauſa adij. Adde prędictus Menoc.
lib.2.centu.3.caſu 213.arbi iudi.quæſt.
173 Quæro, † quid ſi maritus legauit vxori cen-
tum,ſi non nupſerit,vel ſi lectum viduale ſer-
uauerit: ſin autē, legauit ei dotes,quę deinde
ſtetit pro aliquo tempore vidua, & recepit ali-
menta, & pro eis aliquam ſummam pecunia-
rum,deinde ſecundo nupſit,hæredes viri repe
174 tunt.† quantitates ſolutas,legatum enim præ
dictum videtur factum ſub cōditione; quo ca-
ſu, quando nupſit,reſtituitur legatum, ſed an
175 cum fructibus, † ſeu intereſſe? dic,quod ſic,vt
per Pau.de Caſt. in l fi. C. de indi.vidui.tollen.
Iacob.in auth.cui relictum in glo. in verb fru-
ctibus.C.ſi ſecū nupſer. muli.vbi,quod titulus
176 diſpenſatiuus, † non eſt potens ad acquiſitiō-
nem fructuum,& vide Caualc.in tract de vſu
fr.mulie. reli. num. 117. vbi dicit ſic fuiſſe per
Rotam Florētinam deciſum, prout ſic etiam
his authoribus, & rationibus fretus determi-
nauit D Vinc.de Fran.in quæſt.de facto in de-
177 ciſ. 231. † An autem ſi maritus habens filios
relinquat vxori mille pro bonis ſeruitiis, quæ
tranſiens ad ſecūda vota ſuſcepit filios etiam
ex ſecundo viro, vtrum dominium legatū ſpe
ctet ad filios primi viri præcipuum? dic hoc le
gatum ſubiicere diſpoſitioni l fœminæ, C de
ſecun.nup & deberi filiis prioris matrimonij.
Ripa in reſpon.in tit de don.inter vir & vxorē
in 3.reſpon Lup.in repeti.eiuſdem rub.§. 50.
verſ ſic ergo dicendum Tiraq.de ll.connubi.l.
1.num.26.verſic. hinc etiam prodiit,cum hæc
178 ſeruitia ſint maritalia,† quæ non merentur re
munerationem,vt per Doct. præallegatos, ſe-
179 cus ſi ſeruitia eſſent præſtita † extra cauſam
maritalem, ad quæ vxor non tenebatur, tunc
enim æqualiter ſuccedunt omnes filij ex vtro-
que matrimonio: nec militat l.fœminæ,vt cō-
ſiderat Lup.in d.repeti.rub.§.50.verſ.pro com
plemento huius limitationis, Neuiza. in Sil.
nupt in verbo non eſt nubendum in 5. ampli.
de quo vide D. Vinc. de Franch. in qōne 428.
Et nota, quod licet dotes exigi non poſſint
180 niſi elapſo anno a die ſoluti † matrimonij cō-
putando, tamen ſi maritus legauerit dotes, &
dodarium,debentur ſtatim ſecundum ius ſcri
ptum, & hoc vt legatum non ſit inutile, & vt
aliquid operetur.l. ſi quando, ff.de leg. 1.nota
illa verba propter commodum repræſentatio
nis quæ ſumpta ſunt ex tex.in § ſed ſi vxori.In
ſti.de leg.& in l.1.§.verum,ff.de dote præleg &
declarat glo.magiſtra.in d.§.ſed ſi vxori. Vnde
ciues Auerſani ſumpſerunt iſta verba, iſtud.n.
181 eſt commodū repræſentationis, † vt dos, quæ
annua,bima, trima die debebatur olim,hodie
non,niſi infra annum,imo elapſo anno ſecū-
dum has cōſuetudines,debeatur ſtatim,vt de-
clarant Doct.in l.3.C.de falſ. cau.adii.leg. Are.
in §.fuerat.Inſti.de acti. Afflict in deciſ.359. nu
182 mero 10. † Amplia ſupradicta,vt dos legata de
beatur ſtatim etiam, quod maritus teſtator re
ferat ſe ad inſtrumentū dotale,in quo eſt pro-
miſſa reſtitutio dotis ſeruata forma conſuetu
dinis,vt habetur in add. incip.ſi dos legetur in
conſue. Neapoli. Viro mortuo.vbi teſtatur ſic
de facto fuiſſe per ſacrum Conſilium Neapo-
li deciſum,ad quod bene facit theorica Bart. ī
l.Stichū,§.1.ff.de nouati. Amplia etiam vt ſta-
183 tim† incipiat currere intereſſe propter id com
modum repręſentationis, vt per Aret.in §. ſed
ſi vxori.inſtitu. de lega quod intereſſe alias in-
fra annum non deberetur, vt per Docto. in §.
184 exactio l.vnica,C de rei vxo.acti.† Tertio ope
ratur iſtud legatum dotis, vt quamuis non te-
neatur niſi in quantum facere poteſt, l mari-
tum, ff. ſol. matri.& l rei iudicatæ, § fina cum
duabus; ll.ſeqq. tamen mulier conſequetur in
tegram dotem, & iſtud eſt commodum reprę
ſentationis,vt notat glo & Doct.communi.in
d.§.ſed ſi vxori,vbi Io Oinotomius.

Completo verò anno, ſi mulier elege
rit dotes, & dodarium habere, & alimē
ta remittere,dotes,& dodarium ſibi in-
tegraliter exoluatur.

185 Annus licet diuerſimode † apud diuerſas
nationes conſtitueretur, apud tamen Roma-
nos olim fuiſſe decem menſium, poſt additos
duos per Numam Pompiliū, II. Romanorū
Regem, Ianuarium, ſcilicet, & Februarium.
Ouid.faſt.lib.1.

Tempora digereret,cum conditor vrbis in anno
Conſtituit menſes bis quinque eſſe ſuo.

Et ſubdit.

An Numa nec Ianum,nec auitas præterit vmbra.
Menſibus antiquis addidit ille duos.

186 Eſt igitur annus duplex,naturalis,ſcilicet die
rum trecentorum ſexagintaquinque,l.ita vul
neratus,§. extimatio, ff ad l. Aquil l.3. §.mino-
rem. ff de minor. l.cum hæres,§.Stichus ſi hæ-
redi.ff de ſtatu liber. l.cum biſſextus, l anniculus,ff de verb.& rer ſignif. vbi Andr.Alciat &
in c quadrageſima. Et ibi glo.de conſecra.diſt.
5. & annus vſualis, & quidam ceremonialis,
alius legitimus,vt per Archidia. Io. And.& Ge
minia.in c.ſi propter,de reſcript.in 6 vide per
Tiraq.ampliſſime de retra conſangui.§.1.glo.
187 10.in verb infra annum.† Annus vero cęptus,
an & quando habeatur pro completo, & an
188 ſufficiat eſſe † principium vltimi diei, uide c.
litteras,& c.ſeq.extra de deſpon impub.glo.in
Clementi ſi de æta. & quali. Bart in l.ſi cui le-
getur,ff.de leg.1. Abb.1.cap.cum in cunctis,in
pri de electi Felyn.in c. cum uigeſimum,col.1.
de offic.delega.l qua ætate,ff. de teſtam. Dida.
Couar.in epito.ad 4.lib decretali.prima part.
cap.2.num.2.
Dies autem ſic dictus à δύω, quod eſt duo,
189 quia duo continet† tempora noctem,& diem
uſualem, qui duplex eſt,naturalis, ſcilicet ab
Oriente

Oriente Sole, uſque Occaſum. & ciuilis, quo nox, & dies continetur, licet voluerint aliqui ex noſtratibus. quod alius dicitur legalis alius emergens, alius conuentionalis, & alius Eccleſiaſticus, ſecũdũ ſubiectam de qua agitur materiã. de quo videas ample per Andr. Tiraq. de vtroque retra tit. 1. §. 1. gloſſ. 11 & per Guliel. Duran. in ſuo rationali diuinorum officiorũ, lib. 8 cap. de die. in quo alia dierum ponitur di
190 uiſio, † & quid ſit hora, momentum, quæ tamen, & ſi flocci videantur, ſapiunt tamen his, qui iura deguſtant. Vtrum autem dies, intelligatur vſque ad primum, vel ſecũdum ſonum
191 campanæ? † de quo per Io. Andr. & Panor. in c. ſi perfodiens, de homici Alber. in l. moræ, ff. de feriis, Aret. in trac. maleſi in verb. de nocte. vbi. Addi. Auguſti. & aliorum, hinc inferentes
192 ad contractum noctis† tempore celebratum, iuxta l. non minorem, C. de tranſa. vt notarius inſtrumentum cõficiens, diem inſcribere poſ-
193 ſit ſine aliqua mentione† noctis citra pœnam falſi, vt per Bal. in d. l. non minorem, C. de trãſ. Imol. & Aret. in l. qua ætate, ff. de teſtam vel ſecundum ſubiectam materiam, ſi conducantur operarij per diem, intelligatur a ſummo
194 mane † vſque ad veſperas, ſecundum Azo. in ſum. C. de oper. liber. Alber. in d. l. moræ, ff. de fer. ad l. ſi medicus, ff. de ope. liber. An autem
195 dies termini † computetur in termino? ad negatiuam vide l. eum, qui calendis in prin. ff. de verb oblig. glo. 1 in l. vbi lex. ff. de reg. iur. & in c. quiſquis. 4. q. 5 per Bar. & alios in l. 1. ff. ſi qs cauti. ad affirmatiuam gl. in l. Gallus, ff. de lib. & poſthum. Specu. in tit. de appell. part. 2. §. reſtat, verſ. ſed nunquid dies? de quo vide Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 2. gloſſ. 11. num. 18 cum ſeq. add. Nic. Mili. in verbo terminus, & in verbo, termini dies. De menſe tamen hic non dicitur, ſi tamen ad occurrentes quæſtiones inci
196 deris, vtrũ † ſcilicet ſit triginta dierum quo ad redhibitoriam actionem in ædilitio ædicto, de quo in l. ſi vẽditor, eo tit. vel cum in dubio de menſe fit mentio, nõ habita relatione ad principium, vel finem, i. ux. l. quinquaginta, ff. de excu tuto. l. pen. C. de fideiuſſ. in c. 1. quo. tempo. mil. de quo vide Bal. in l. eos §. fin autem, C. de appell. Soci. in tracta. fallenti reg. 260. Dec. in l. vbi lex, ff. de reg. iur. & latè Iacob. Menoch. de arbi. iud. queſt. lib. 2. centu. 1. caſu 50. Vide Nic. Mili. in hoc verbo.

Nota ibi, completo verò anno, quod impor
197 tat exceſſum † tẽporis, facit l. 2. ff. de excuſ. tut. vel cur. requiritur ergo, qd̃ ſit completus annus non autem intra tempus anni, & cæptus,
198 an habeatur † pro completo in d. tex. in l. qui hoc anno, ff. de verb oblig. Caſſan. tit. 1. §. 8.

Nota ibi (ſi mulier elegerit) quod erit in ar-
199 bitrio. & electione † mulieris elapſo anno, habere alimenta, & alia ad victum neceſſaria, de quibus ſupra in conſuetudine ſeptima, vel remittere alimenta, & recuperare dotes cum dodario, prout ſibi melius & expediẽs viſum fue
200 rit. † Vnde quamuis in alternatiuis electio videatur eſſe debitoris, l. plerumque, ff. de iure doti. & c. in alternatiuis, de reg. iur. In 6 hic tamen electio datur mulieri creditrici, ad quam
201 verba legis diriguntur, † arg. l. planè. §. ſi ff. de leg. 1 & per Dyn. in d. c. in alternatiuis. vide ad regulam collecta per Annan. ſingul. 238. vbi addi. An autem in hac remiſſione alimento-
202 rum requiratur decretum? † dictum eſt ſupra in d. conſ. ſeptima.
203 Sed quid ſi mulier remittit alimenta, † & vult ſuas dotes, & integrum dodarium, vt hic dicitur & heredes viri ſunt in mora reſtituendi dotes & eſoluendi dodarium, nunquid mulier poſſit cõſequi intereſſe? videtur, quod ſic, vt per gl. & Doct. in l. vnica, §. exactio, C. de rei vxo. acti. Io. Campeg. in tract. dot. part. 1. quæſt. 18. quod dic. vt de iure communi, ſecus tamẽ
204 per hanc conſuetudinẽ, † quæ tribuit alimenta neceſſaria; & ſi dos non reſtituatur cum dodario, ſit aſſignatio tot bonorum viri, vt hic dicitur, non tamen intereſſe, poſtquam mulieri datur alia via ſibi ſatisfaciendi. Cernis ergo lector has conſuetudines abhorruiſſe vſuras, vel intereſſe.

Sed pone, mulier elegit habere dotes, & do-
205 darium, † & cedere alimenta, nunquid poſſit variare, & redire iterum ad alimenta, maximè ſi alteri nõ ſit ius quæſitum? videtur, quod ſic, per ea, quæ dicit Afflict. in deciſ. 146 per Dyn. & Io. Andr. in c. mutare conſilium, de reg. iur. in 6. & per not. per Doct. in c. cum in multis. de reſcript. in 6 & in l. de rebus, ff. rer. amota. ſed Bart. in l. ſi certarum, §. cum pure, ff. de verbo. obliga. dicit, quod quando electio conceditur
206 a lege, † videtur concedi per verbum futuri tẽporis, & poteſt variare vſque ad litis conteſtationem, poſt vero minimè, eo maximè. quia cum unum eſt in obligatione, aliud in ſolutio
207 ne, actor poſtquã elegit † non poteſt amplius uariare, ita in propoſita quæſtione dos, & dodarium eſt in ſolutione, alimenta in obligatione. Poſtquam igitur ſemel elegit mulier, amplius uariare nequit poſt ius quæſitum parti,
208 † & poſt litem conteſtatam, & Bart. ſequũtur ibi Ang. Alex. Iaſ. & cæteri. Vide Ant. Capy. in deciſ. 33. & nota. in l. ſerui electione, ff. de leg. 1. & in l. apud Aufidium, ff. de opti. lega. & in regu. quod ſemel de reg. iur. in texto, & in l. vnũ ex familia, in prin. ff. de lega. 2. & Caſſa. ad conſuet. Burg. rubr. 4. § 16 cart. 182. col. 3. uerſic. & ibi etiam, ſed uide Capy. deciſ. 119. & D. Vinc. de Franc. deciſ. 53. poſt num. 3. & num. 11. Ad de prædictis, quod licet in alternatiuis electio
209 ſit debitoris, hoc intellige † in alternatiua dãdi, uel faciendi, ſecus tamen eſt in alternatiua exigendi. tunc enim electio eſt creditoris, glo. in l. 1. C. ne filius pro patr. Catelli Cotta in ſuis memo. in uerbo, alternatiuarum, & quid in pœnis. Luc. de Pen. in l. ſi quis. C. de curſu publi. libro 12.

Dote, & dodarium ſibi integraliter eſoluatur.

210 Iſtud integraliter † eſt expoſitum ſupra in conſuetudine 3. id eſt, quo ad uſumfructum, & pro-

proprietatem:intellige,quando ſolutũ eſt matrimonium morte uiri,prole non ſuſcepta.

Et nota,quod completo anno hæredes mariti ſtatim ſunt in mora abſq; aliqua interpellatione,etiam ſi tempus eſſet adiectum ab homine,& de hoc nullũ eſſe,qui dubitat,ait Matthæſilla in notabili 122.ad l.magnam,C.de cõtrah.ſtipula.in c.potuit,extra de loca.& gloſ.in l.mora,ff.ſol.matrim.

Exoluatur. Et ſic cum effectu: quid enim ſi offeratur in pecunia,vel alia re?certè nõ inducitur liberatio,niſi vltra obla-
212 tionem † adſit depoſitio,& conſignatio, l. ſi
213 rem,§ ſi.ff.de pign.nec ſufficit verbalis † obla-
214 tio ad finem euitandi moram,† quia vbi facto opus eſt,verba non ſufficiunt,vide l.qui decẽ, §.idem reſponſum.ff.de ſolut & l.ſi ſeruus hęredis,§ ſi.ff.de teſtam.& not.Bar.in l.prætor,§. ſi quis.ff.de oper.no. nunci. vbi plura ponit,& de limitatione huius regulę,vide Matthæſilla. in notabi.128.& 129.

215 Sed pone, † ꝙ hoc anno, qui datur hæredibus viri ad reſtitutionem dotium & dodarij, mulier non habuit alimenta per has conſuetudines debita,vt ſupra in cõſuet 7 an illa poſ-
216 ſit petere? videtur † ꝙ non,quia non petendo cenſetur ea remiſiſſe,& multi Doctores ſentiunt, ꝙ amplius petere non poſſit: propterea dant cautelam,ꝙ mulier petat dotem,& dodarium,& interpellet hęredes viri,& mutuo pe-
217 cuniam recipiat,† tunc enim ratione damni, & intereſſe paſſi poterit alimẽta petere, de quo Franci.in addi.ad Napoda.in conſuet.viro mortuo,de iur.dot in addit incipien.Adde Pau.de Caſt.in litera E,vbi etiã habes,an mulier, quæ
218 habet alimenta,† poſſit petere fructus dotis, poſt Soci.in conſil.180.vol.2.& in conſil. 131. vol 1. quibus etiam conſuluit, an poſſit obijci
219 retentio dotis,† ſi mulier fuerit tutrix,& computũ, ſeu rõnẽ adminiſtrationis tutelæ, per eã adminiſtratę nõ reddidit,pſertim ſi ad ſecũda vota migrauit,p Dec in conſ.349. de quo vide Negut in tract.de pig.in primo membr.4.par.

Quęro ab extra,pone,ꝙ nulla fuit data dos,
220 † vtrum teneantur hæredes extranei, vel filij alere matrem? de extraneis non eſt dubium, ꝙ non tenentur iſto caſu ad alimenta, Bart.in
221 l.diuortio,nu.8.ff.ſol.matr.filij vero tenentur alimenta pręſtare matri,quemadmodum defunctus tenebatur,Bart in l.ſi cũ dotem,§. ſin aũt in ſæuiſſimo,ff. ſol.matr. qđ ſatis ęquũ,eſt vt erga matrẽ ſeruetur pietas ex natural æqui
222 tate, † & naturali rõne,l veluti,ff de iuſt.& iu.

Vel de bonis viri,ſeu patris eiuſdem tantum ſibi aſſignetur, de quo mulieri ſufficienter ſit cautum.

Sic itaque,ſi dotes non reſtituant,& dodariũ,
223 debet fieri aſſignatio tot bonorũ viri, † vel patris eius, vt ſit cantum mulieri, & intellige patris viri obligati expreſſe ad dotes, & dodariũ,
224 † vel tacitè ſecundum ea, quæ diximus ſupra ſuper his verbis,cõſue.7.Sed an diſcuti debeat
225 prius filius, † quã perueniatur ad bona patris? glo & Doct.in l.vbi adhuc,C.de iur dot dicit, ꝙ ſic,exemplo cæterorum debitorum,cum in
226 hoc non cenſeatur dos priuilegiata, vt per Io. Pet. de Ferrarijs in forma libel. quo vxor. agit ad dotẽ in gloſ.in verbo. vxor quondam Thadæi,num.26. dic, vt ibi diximus. Sed quid ſi hæ
227 res viri,† vel pater ſit renitens ſoluere dotes & aſſignare tot bona, dic.ꝙ inuitus cõpellet per iudicem, iudicium enim in inuitum redditur,
228 l.inter ſtipulantem,§.1.ff.de verb oblig.nõ tamen,vt hæredes immodice lædantur.

Sed,an in hac aſſignatione ſint vocandi alij
229 creditores, † & ſi fiat de facto illis non citatis nec auditis, & quid ſi fuerit aſſignatio facta cõ ſtante matrimonio etiam pro vera dote,nullũ
230 ex hoc creditorib † infertur præiudicium Io. Petr.de Ferra.in for libel quo vxor agit ad do. in gloſ.vxor quondam,Caſſan.in conſuet.Burgun.tub.4 § 17 cart.183.verſi ſed pone.

Sed quid ſi nulla bona mobilia poſſidẽt hæ
231 redes mariti, † an hæc mulier creditrix dotiũ in pecunia compelletur recipere de bonis immobilibus iuxta legitimã æſtimationem ſeu appretium? dic, ꝙ ſic, auth.hoc niſi,C.de ſolu. & in auth.de fideiuſſo.§ pęn.Cap. Tholoſ.quæ
232 ſti.68.& idẽ quando † debitor eſſet carceratus; nam vt a carcere liberetur,cogitur creditor recipere de bonis eius in ſolutum, vt per Bal in l.ordo,cõl.fin. C.de executio.rei iud.In hoc tamen caſu electionem habebit mulier, vt rem
233 meliorem ſibi aſſignari eligat,† vt eſt caſus in d.auth. hoc niſi, vbi Bal. & Salycet. An autem priuilegio d. authen. renunciari poſſit? Cyn.
234 ibi, † reliquit indiſcuſſum, Salycet vero tenet, quod ſic, quoniam ſaluum remanet debitori remedium ceſſionis bonorum, ſi tamen hoc remedium ceſſionis bonorum per ſtatutum
235 municipale tolleretur, † tunc renunciatio nõ teneret,nec perpetuo in carceribus ſtare cogeretur, vt per Aufre. i add. in dict quæſt.Capel. Tholoſ.68.& hæc opinio plus placet,& ita practican, inquit Pract. Pap in for lib. reſpõ.rei in acti hypothe.in gloſ exceptionem ſolutionis, cum liceat ipſi debitori ſuas res vendere, & ex
236 his pecuniam † redigere, & pactum ſeruare: ſubdit deinde, ſi tamen ipſe debitor bona ſua ſubhaſtaſſet,& omnem diligentiam adhibuiſ-
237 ſet circa vẽditionem,† & reparationem pecuniæ,putarem ipſum debitorem excuſari debere pacto, & renunciatione prædicta non obſtãte per iura,& rationes prædictas,ne in carcere moriatur debitor.

238 An aũt † per talem aſſignationẽ bonorũ mulier efficiatur proprietaria? dic.ꝙ ſic, Gui Pap. quæſt.525.Caſſan.ad conſuet Burgun.titu 4 §. 24.col.4.verſi quæro nũquid pecunia An aũt cum bonis aſſignatis tranſeãt inſtrumẽta ſua
239 di diſtingue, † vt in l fundi,ff.de acti.empt & l. ſed,& addes,§.illud,ff locati. Roma.in ſingul. 670.aſſignatio,vbi vide, & quid ſi reperiat mulier in poſſeſſione iure familiaritatis,qđ præiu mit,vide Menoc li 2.cer 2 caſu 160.arb iu qõ.

Sed quid ſi ſta bona ſunt extra diſtrictum, &

S extra

240 extra locum cõtractus,† vtrum talia bona poſ
ſint aſſignari mulieri? dic quod ſic. quoniã hy
pothecaria actio datur etiam ad bona & res ſi-
241 tas extra locum cõtractus, gl. in Auth. † vt om
nes obed. in prouinc. §. hæc conſiderantes, in
gl. in verb. hypothecar. vbi debitor ſortitur fo-
rũ in loco contractus etiam quo ad bona exi-
242 ſtentia extra locum illum, † quando agitur hy
pothecaria. quam gloſ. extollit valde, & menti
tenendam dicit Bal. in l. 1 in fi. C. mand. ſequi-
tur Neguſ in trac. de pig. in 2. memb. 8. par. in
fi. nu. 8. verſ ſeptimo dicta actio. & fiet execu
243 tio ad literas iudicis iudici eius territorij; † vbi
ſita ſunt bona, ca Romana §. contrahentes, de
fo. compe. in 6 & per Bartol. in l a diuo Pio, §.
244 ſententiam Romæ, ff. de re iudica. † Sed an pri
mo fiat aſſignatio rerum mobilium, deinde
ſtabilium ſecundum ordinem] dictæ l a diuo
Pio? dic vt ibi, per doctores, vide Franch. de-
ciſio 441.
245 † Sed an poſſint aſſignari iura, & actiones
ac nomina debitorum? dic quod ſic, cum ve-
246 niant appellatione † bonorum, l. quam Tube
ronis, ff de pecu. lega l. bonorum, ff. de verb &
rer. ſignif. & tradunt doctor. in §. ſi ſuper, l. a di-
uo Pio Et quod ſcientia ſuperioris neceſſaria
ſit in acquiſitione poſſeſſionis alicuius iuriſdi
ctionis, vide Io Iacob. Menoch. de arbitr. iudi.
quæſt. lib. 2. Cent. 2 Caſu 161.
247 † Si tamen nil aliud ſit in bonis niſi prædia
in emphyteuſim conceſſa pro annuo canone,
poterit mulier mitti in poſſeſſionẽ perceptio-
nis huius iuris emphiteutici, l. ſi finita, §. ſi de
vectigalibus vbi no doct ff de dam. infe.
248 † Sed quid ſi fuit facta aſſignatio, & data te-
nuta mulieri ex inordinato proceſſu. & nullo,
an poterit ea bona retinere dohec ſibi reſti-
249 tuantur dotes? d. c quod ſic, † nam dabitur re-
tentio loco pignoris vigore hypothecæ, & ob-
ligationis primeuæ, vt per Bal. in l. fundus qui
Lucij Titij, ff. de reſcinden. vendi. & locus erit
retentioni. l ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de
condit. indebi Deci. conſilio 449. numero vi-
geſimoprimo. Cur. Iun. conſilio 185. numero
quarto, & pro ſingular. tradit Cremenſ ſingu-
lar 92. Neguſ. in tracta. pign in ſecundo mem.
tertia parte, numero 20. Anna. allega. 22. verſi-
cu quinto dato. & rurſus in allega. 80. nume-
ro decimo
250 † An autẽ aſſignatio ſit facienda pro quanti
tate debita. tex hic innuit, quod ſic ibi, de quo
mulieri ſufficienter ſit cautum, & ſic median-
te appretio, & æſtimatione inſpecto valore præ
251 ſentis temporis, † qui valor diminuitur pro-
pter qualitatem temporum, & pericula belli
252 imminentia. Crauet. in conſi 813. † quia argu-
te, num. 3 Cagn in l. 2. C. de reſcin ven. nu. 243.
253 Deci. conſil. 308. ſub nu 2. † item ob malũ ſitũ
vbi ſunt bona, vt per Foliet. in praxi. cenſu. in
verb. dum modo annualis. Ripa in l prima, §. ſi
hæres, ff ad trebell item ob prætenſas qualita-
254 tes feudales, † vel fideicommiſſarias, quę igno
rabantur. Folle. vbi ſupra verſi. vel ſimile. nam
res minus valet, diminuiturque pretium, vbi
vna iſtarũ qualitatũ reperitur, bona enim, feu
255 dalia non æſtimantur æque, † vt allodialia. ſed
minori pretio propter annexam ſeruitutem,
256 & onus, & pro tertia parte minus, † quã ſint
libera, vt per Caualca. in deciſio. 36 volum pri
mo, Arri. Pinel. in l. 2. in tertia pat num. 19. C.
de reſcin. vendi. vnde reputatur pauperior, qui
257 † poſſidet bona fideicõmiſſo ſubiecta. vel ma-
ioratui, de quib. non poteſt diſponere, quam
is qui poſſidet libera. Lud. Molina de primo-
258 ge. Hyſpano. lib. 3 ſub nu. 28 † Item ob intem-
periem aeris, Ripa de remed. contra peſtẽ nu.
259 5. † item quia locus ſuppoſitus angarijs tempo
re belli occaſione militum ibi hoſpitantium,
cum ſit prope confinia ob incurſionẽ hoſtiũ,
arg. l. item quæritur, §. exercitu, & l. ex condu-
cto, §. vis maior. ff. loca, Soci. conſi. 123 volu 4.
260 † item ob rixoſum, & malum vicinũ, Iaſ. poſt
gl. in l. 2. ff. ſol. mat. nu. 18. Tiraq de retrac. tit. 1.
§. 1. gl. 18. nu. 40. Menoch. de præſum lib 3. præ
261 ſumptio. 73 † item quia bona ſunt communia
262 † cũ alio rixoſo, ex qua cauſa poteſt peti diuiſio,
etiam per minorem alioqnin prohibita, Cu-
263 man. in l. ſi pupillorum, ff. de reb. eorum, † item
pro valore rerum conuicinorum, gl. in l. 2 vbi
Arti. Pinel. in 3. par. num. 28. C de reſcin. vend.
Aret in c. cum cauſam, ext. de teſti. item pro
264 quantitate fructuum, † & redditüum, vt eſt
tex & ibi gl. in verb pro fructuũ, vbi Raphael.
nu. 3 ff. de reb eorum, vbi Bal ſummat textũ,
265 † ꝙ res tantum valet quantum de fructib. re-
ſpondet, & percipitur de fructibus, per annos
266 viginti, Iaſ. in l. ſi fundum † per fideicommiſ-
ſum, ff de lega. primo, Paul. de Caſt. in Authẽ.
267 ſi quas ruinas, C. de ſacroſan. eccl & id † quod
communiter dat emptor, qui perfectè co-
gnoſcit rei veritatem, ſeu qualitatem prædij, l.
268 ſi ſeruus, ff. de condi. furti. † Iuſtum denique eſt
pretium, quod ex communi loci. vel prouin-
cie vſu taxatum & diffinitum eſt. Dida. Coua.
libro 3 variar. reſolu. cap. decimo, numero ſe-
269 cundo & ſi eſt iuriſdictio † vendi non poteſt,
nec æſtimari niſi reſpectu reddituum, Bald. in
capi. primo, de feud. Marchi. Igne. in l. neceſſa-
rio, §. non alias, ff. ad Sillanian. & magna ædi-
270 ficia, † domuſque amplæ ſunt æſtimãdæ non
prout valent, ſed habita ratione ad redditum,
fictum ac penſionem, qua locari ſolent. Simo.
de Petr. de interpre. vlt. volun. libro 5. numero
170 & Modern. in extr. ambitioſæ, de reb eccl.
alien. vel non.
271 † Nota tamen. quòd ſicut miſſus in poſſeſ-
ſionem per prætorem poteſt petere ſe tueri in
poſſeſſione ex edicto prætoris, ne uis fiat ei, l. ſi
272 quis miſſum, eo ti. † ita etiam miſſus in poſſeſ-
ſionem per hanc l. municipalem, ut per Bal in
l. ea lege, C. de condi. ob cau. Alfon. Montalu.
in l. 8. partita, ti de las herencias, in gloſ. non le
pueda. uer. item quia ſicut.

Sed quid ſi facta aſſignatione bonorũ mu-
lieri, bonorum ut hic dicitur, hæredes uiri, nul
lum capiunt expediens de reſtituendis dotib.
& ſolutione dodarij, nunqd ſtabit ſemper mu
lier in tenuta bonorum, & nunquam habebit.
ſuas

ſuas dotes, & iura dotalia quæ magis habere tempore erit ei forſan expediēs, & quod erit
273 remedium? ſin quo dic poſſe reuocato præcario, & conſtituto in dotali inſtrumento adiecto, & ad ſe auocato ingredi poſſeſſionem virtute l. creditores. C. de pignor. vel adhibere re-
274 † mediū l. fi. C. de iu. domi. imper. impetrare ius dominij, vt in d. l. diſponitur, vel citatis hæ-
275 redibus debitoris ad reluendum pignus, † dicta bona legitimis ſubhaſtationibus præcedē tibus vendi facere per iudicē, ad l. ſi conuenerit, vbi gl. ff. de pign. act. vt per Negu. in tract. de pig. in 1. memb. 6 partis principalis, vide Iacob. Meno. de arb. iud. quęſt. lib. 2. Cen 2 Caſu 129.
276 † Sed an mulier poſſit petere aſſignari de bonis melioribus viri, vide Anto. Cap. ī deci. 109. & de prædictis omnibus, vide Prac. Pap. in for. execu. ſen glo. 1. nu. 20.
277 † Et num interim poſſit exercere iuriſdictionem in caſtro mulieri aſſignato, vide Capy. in eius deci. 185. num. 2.
278 † Adde, ꝙ rem meliorem mulier accipere, & ſibi aſſignari facere, pōt qñ debitor hæres non poteſt ſoluere, nec reperit emptorem, fallit in
279 eccleſia debitrice, † quia poteſt dare iſto caſu rem ēt meliorem, vt pro ſingulari tradit Roman in ſing. 808 quod nota.
280 † Sed quid ſi mulier reperitur in poſſeſſione bonorum, an præſumatur poſſidere titulo ad iudicationis, vel iure creditoris, alio non apparente? dic potius præſumi poſſidere iure creditoris, non iure dominij, vt per Bart. in l. fi. C. de iur. domi impetra & cum iudex eligere de
281 bet in dubio illam viam per † quam vtrique parti conſulatur. vt dicit Alexā. in l. 1. colum. 4. ff. ſi quis cautio. & per multas rationes cōcludit Affl. in deciſ. 373. fuit dubitatum.
282 † Vtrum autē mulier ita agens contra hęredes viri debitoris obnoxios aliis creditoribus debeat citare alios creditores? dic quod licet gl. & Ang. in l. de vnoquoq;, ff. de re iud. dicant ꝙ ſi creditor facit condemnare aliquem ſuum debitorem, alij creditores eiuſdem debitoris condemnati non pñt opponere ꝙ ipſi nō fuerint citati ad proceſſum, & ad ſententiam, qm̄
283 † non debuerunt citari, ex quo lis principaliter non ordinatur contra eos, ſed agitur contra debitorem ad finem, vt perueniatur cōtra bonorum poſſeſſores, tunc iudicium ordinatur in perniciem, & exitum poſſeſſorum principaliter, vt per Io. de Imo. in l. decem, ff. de verbor. oblig. Tamen hoc intelligitur, vt proceſſus, & acta, & ſententia non ſint nulla ob citationem omiſſam contra illos tertios, non
284 † tamen illa acta nocent tertijs non citatis, vt per Alex. conſil. 84. in cauſa quæ vertitur, in 3. columna volum 3 & per Afflic in deciſi. Sacri Conſilij 396. numero ſecundo, verſ. Secundo ad idem dicebatur.
285 † Et an ſi mulier recepit bona aliena in ſolutum ſciens aliena, & ſic in mala fide, teneatur ad intereſſe, vide Afflic in deciſio. 369 vbi,
286 † quod conſtituitur in mala fide propter aſſeuerationem debitoris, cui erat credēdum, vel
287 † quia erat fama publica, ꝙ bona erant aliena ex hoc cauſatur mala fides, Ang. in l. eum qui §. in publiciana, ff. de publici.
288 † Vltimo nota, quod volente creditore aliud pro alio ſolui poſſit, & hoc nemo eſt qui neſciat, l. 1. §. an poteſt. cum ſimili, ff. de conſtitut. pecu quod qualiter procedat, & in quibus caſibus, vide Catell Cott. in ſuis memor. in verb. ſolui nō poteſt, & per Iaſ. in l. 1. §. mutui datio, ff ſi cer. pet.

Sufficienter, Id eſt clare & euidēter, vt per Archi. in c. præſentium, de teſtib lib 6. Addit. quæ dicatur cautio ſufficiens, Iac Meno. lib 2. Cent 2. Caſu 142.

nientia ſimul diſcuſſit, dicit hic, quod cum
text. dicat de ſucceſſione feudi, duo poſſunt
adaptari intellectus, primus videlicet, vt ſuc-
ceſſio ipſa non ſit ex teſtamento, neque ab in-
teſtato, ſed ſpeciali iure ſucceſſorio feudi, vt pa
tet hic in text. ibi, nulla ordinatione defuncti
valente, vel manente, ergo non ex teſtamen-
to. Item neque ab inteſtato, quia non dici-
tur inteſtatus mori, qui teſtari nequit l. prima.
ff de ſuis, & legit. hæred. ergo ſuccedimus iu-
re ſucceſſorio feudorum, & ea præſertim ra-
tione, quia ſi in feudo non ſuccederet ex te-
ſtamento illo iam condito, ſed ab inteſtato,
moreretur pro parte teſtatus, & pro parte in-
teſtatus contra legem ius noſtrum, ff. de regu-
lis iuris, quod mirum non videtur (dicit ipſe)
quoniam videmus ſucceſſionem damnato-
rum non eſſe ex teſtamento, vel ab inteſtato,
§. ſancimus, in Authen. de rapt. muli. & tamen
acquirit mulieri raptæ vniuerſum ius ex pro-
uidentia l. primę, C. de rapt. virgi. & quoſdam
in bonis ſuccedere videmus qui nec ex teſta-
mento, nec ab inteſtato ſucceſſuri erant, vt in
Authen. hoc amplius, C. de fideicomm. & in-
ſti. de acqui. per arroga quia potius dicitur ſuc-
55 ceſſio anomola ſecundum Mart. † hic, vt di-
cit gloſſ in verbo. Succeſſor. Inſtit. de eo cui li-
ber. ca. bona addic. Et hoc dictum Bald. ſem-
per doctor. & hic, & vbique notant. Sed ani-
maduertite vos, quia Bald currenti calamo
hæc ſcribebat, dum plures intellectus adducit,
cui reſpondemus, quod ſi ideo non dicitur
vera ſucceſſio inteſtati ex quo teſtari nequit,
non propterea Iuriſconſultus negat, vt inte-
ſtato æquipararetur, ita vt largo modo inteſta-
tus dicatur, quod Bald hic non negat, & ſi in
lege prima, C. de rapt. virgi & in ſimilibus bo-
na publicantur, & aliquibus applicantur, po-
tius pœna, quam ſucceſſio illa dicetur, licet
ei ſuccedant, nam ipſo iure patrato delicto
mulieri raptę vim paſſæ acquiruntur, vt in Au
thent. de rap. muli §. ſancimus. Et ſi hi capiunt
hæreditatem, qui inſtituti non ſunt, nec ab in-
teſtato venire poterant vt in Authentica, hoc
amplius C. de fideicommiſs cum concordan.
de quibus ſupra, vide glo ibi, in verb. reſpectis,
communiter approbatam, quæ vult, vt non
minus illi hæredes ſubrogati dicantur capere
bona illa, quam caperent hæredes qui hære-
ditatem repudiarunt, & ſic iure hæredum cen
ſentur per text. in Authentico, de hæred. & fal-
cid. §. ſi quis autem, verſic. ita vt omnibus mo-
dis, &c.

Quibus ſic recitatis reuertor ad verba Bald.
dicens, quod ſi Bald. intellexit, vt nunquam
capiamus feudum ex teſtamento, & per con-
ſequens, vt etiam nunquam cenſeatur veni-
56 re ab inteſtato, † ſatis errauit, quia quem poſ-
ſe teſtari, non intelligitur in feudis, vt ſecun-
dum naturam non poſſit teſtari, ſed altero de
duobus modis.

57 † Primo modo videlicet. vt ſine aſſenſu non
teſtetur, & hoc ſemper præſupponimus. vt ha-
beat aſſenſum, ne ex hoc capite actus ſit nul-
lus. capitu imperialem, de prohib. feud ali. per
Federic. Alio & ſecundo modo intelligitur,
58 vt in præiudicium hæredum non teſtetur, † &
dicere hunc morientem non poſſe teſtari in
præiudicium agnatorum, ita vt vere grauet ip
ſos in feudo, falſum eſſet in omni feudo hære-
ditario tam nouo, quam antiquo, vt in capit.
primo. an agna. in ſecunda oppoſi. & ſequen-
dixi. Item & in feudo ex pacto, & prouiden-
tia nouo falſum eſſet, quia de eo pater in præ-
iudicium filij diſponit, ſecundum Iſern. in ca-
pit. primo. §. Et ſi libellum, columna quarta.
de alien. feud. pat. & in capit. Titius. ſi de feud.
fuer. controuer. in fine. vt in dicto cap. an agna.
in prima quæſtione dixi.

59 † Quod nota, poſtquam feuda omnia, vt in
pluribus, ſunt hæreditaria, vt interrogato hæ-
rede ſi eſt hæres ex teſtamento, vel ab inteſta-
to, non poſſit dicere venire iure ſucceſſorio
feudorum, & ſic ſi poteſt teſtari, nõ conficien-
do teſtamentum, inteſtatus moritur, dicta le-
ge prima, ff. de ſuis. & leg. hære. Sed ex hoc di-
ces tu, Ergo ex hoc ſequitur, quod in feudo
antiquo ex pacto, & prouidentia verificabun-
tur verba, vt nec ex teſtamento, nec ab inte-
ſtato ſuccedat, & ſic iure ſucceſſorio feudi.
quod ſufficit Baldo, ex quo in tali feudo anti-
quo loquitur capitulum noſtrum. Sed vt per-
ſtringamus materiam, dicite vos, quod acce-
60 ptamus, † vt vere in feudo ex pacto, & proui-
dentia antiquo non detur ſucceſſio ab inteſta
to, ſed magis ſuccedimus ex ſpeciali proui-
dentia concedentis quia potius ſecundum gl.
& Bald. in capit primo, de feud. cogni. & Iaco.
de Belui. in ca. primo, § & quia, de his qui feu.
da. poſſ. filius capit feudum tanquam acquiſi-
61 tum, † quam illud acquirat de nouo, quos
ſequuntur cumulati per Iaſon. in l. in ſuis, in
quarto, not ff. de liber. & poſthum. prout fuit
de mente Socin. in conſilio decimonono, in
primo volumine, cuius verba, in capitulo pri-
mo. an agn. in prima quæſtione approbamus.
Sed non minus largo modo iure inteſtati ip-
ſum capimus, argumen. dic. l primę, ff. de ſuis,
& legit. ita in indiuiduo, dixit Aluarot in capi.
primo, de conſuetud recti feud. in primo no-
ta & in capi primo, in fine, colum. penultima,
de feud. cogni. pro quo allegat text. in cap. pri-
mo. § & quia, de his qui feu dare poſſ vbi litera
dicit, quod ius quod competit filio, eſt ius ſuc-
ceſſionis, & his verbis vtuntur iura, in capi. pri
mo, de ſucceſſ feud. hic in rubrica, & in text. &
in capi. primo, de gra. ſucceſſ iure ergo ſucceſ-
ſorio feudali ſuccedimus, id eſt vt non atten-
damus ius ciuile, ſed feudale, capit. primo, de
feud. cogni. vel quod iure ſucceſſorio feudali
capiamus. & non ex teſtamento, neque ab in-
teſtato, hoc eſt, ex propria donatione feudum
vendicemus, l. tertia. C. de donat. quæ ſub mo-
do, & ratione coniunctionis, quam donatio
morientis cum donatione ſequentis habent,
vt declaro in capit. primo, an agna. prima quę-
ſtione. dicitur certo modo ſuccedere, licet iu-
re proprio feudum capiat, vt ibi dixi, quoniam

vt dicatur ſucceſſio, differat ab inueſtitura ſim
plici, eſt text. in capitu. primo, de gra. ſucceſſ.
in princip. Nec refert quod moriatur pro par-
te teſtatus, & pro parte inteſtatus; quia hoc
cauſatur ex poſt facto l. circa, ff de inoffic. teſta
men vt declaraui in ca. 1 an agna in vltima op
po in capite agnatorum, vbi vide. Tum maxi-
62 me, † quia quando non inuenitur aliquod ſpe
cificum, & elegans nomẽ medium inter duo,
vt eſt in caſu noſtro inter cauſam teſtati, & in-
teſtati, tunc oportet, vt aſſumat naturam illius
extremi, cui magis aſſimilatur ſecundum Bal.
hic, qui allegat Dyn. in reg. is qui tacet, de reg.
iur. in 6 Secundus intellectus Bald. fuit, dũ ani
maduertit, quod feuda veniũt in petitione hæ
reditatis, vt in l. item veniunt, § nunc videa-
mus, ff. de petit. hæred. & vt declarat Roffred.
noſter Beneuentanus in libello de petit. hęre-
63 dita. Impoſſibile eſt quod detur præterquam
ex teſtamento, vel ab inteſtato, quodque teſta
menti vigore concludunt docto. in l fin C. de
64 edi. di Hadri. quod lex illa habet locum in feu
dis: Dicit quod inter quem ſuccedere ex teſta-
mento, & non ſuccedere ex teſtamento, datur
quoddam medium, vt non ſimpliciter ſucce-
damus in feudo ex teſtamento, vel ab inteſta-
65 to, † vt præmiſerat, ſed vt cum vniuerſitate hæ
reditatis, quę ex teſtamento nobis debetur cõ
pręhendatur feudum. Ratio patet inquit Bal.
quia quando hęreditas peruentura eſt ad vnũ,
66 oportet, † vt per omnia inſtitutus ſit hæres etiã
in his quę a teſtatore excepiuntur, l ſi ita quis
fuerit inſtitutus hæres excepto fundo, ff de hæ
red. inſti. ergo in his omnibus quę teſtatoris fue
runt, & ſic in feudo, & hoc modo verificatur
ly, ſuccedere, in tex. iſto. Quid dicemus?

Illud tandem dicam, quod ſi omnium ſcri-
bentium, conſulentiumq; dicta hic recitare-
mus, recitatione ipſa ita animos veſtros defeſ-
ſos relinqueremus, vt inde vtiliora legere negli-
geretis, quamobrem hoc ordine vtar, vt ante
omnia vtiliora referamus.

Nec minus prout res ipſa poſtulat corriga-
mus poſtmodum ex eorum veris ſententiis, &
ex his quę nobis occurrent, breuem in calce di
ſtinctionem collocemus.

Prima igitur opinio, vt feuda veniant in pe-
titione hæreditatis, fuit gloſſ. in l. item viden-
dum, §. nunc videamus, ff de petitione hæredi-
tatis, quam totus mundus allegat.

67 † Sed Iacobus Butrigarius, & Gulielmus
contradicunt, quod gloſſ. illud non dicat, quia
potius dicit, quod filius maſculus ſuccedit in
feudo, non fęmina, quæ repelleretur ab agna-
to deſcendente, capitu. iſto. qui doctor. minus
bene illam gloſſ intelligunt, ex quo ſatis cla-
re format quæſtionem, ſi inter deſcendentes
feudum venit in petitione hæreditatis, magis
ergo dubitandum eſt, ſi gloſſ illa velit, vt peti-
titio hæreditatis habeat locum inter filios tan
tum, vel inter agnatos etiam, aut generali-
68 ter cum omni extraneo, † & Barto. in hoc paſ-
ſu ter loquitur; primo in dicto §. nunc videa-
mus. Secundo in l ſi patroni. ff ad Trebellian.
in principio, & Tertio in l. vt iuriſiurandi, §. ſi
liberi, ff de oper. liber. qui ſemper vario modo
locutus eſt; quamobrem vti Petrus ter domi-
num negauit, ter quoque Bartol. variaſſe Do-
ctor. dicunt: ſed vtinam, ſicut Barto. rectè lo-
cutus eſt, ita rectè ipſum intellexiſſent. Reuer
tamur ergo ad punctum Bartol. in dicto §. ſi li-
beri. ponderat gloſ in dicto §. nunc videamus,
quæ loquitur in filio, & dicit, quod cum ſolo
filio feuda veniunt in petitione hæreditatis, &
ita intelligunt ipſum Alexand. in l ſi patroni.
alleg & Iaſon in prælu. columna decimaquin
ta, dicentes quod melius, & ſanctè loquitur
69 Bartol in l. ſi patroni. † ſed cum reuerentia tan
torum patrum, ipſi Barto. non intellexerunt,
quia Barto. non ponderat qualitatem filiatio-
nis, nec qualitatem illam deſcendentem, ſed
magis ponderat qualitatem hæreditariam. vo
lens, vt indiſtincte feuda hæreditaria veniant
70 in petitione hæreditatis, † non autem feuda ex
pacto & prouidentia, bene potuiſſent allega-
re Rayner. in dicto § nunc videamus, & Bald.
in l qui ſe patris, C vnde liber. qui de eo men-
tionem non facit, columna ſeptima. vbi vult,
quod agnatus venit ad feudum iure contra-
ctus. & ſic cum eo non venit in petitione hæ-
reditatis: filius autem capit, vt hæres. capitulo
primo. an agna. & ſic in eo tantum, & in linea
deſcendenti locum habet petitio hæreditatis.
71 † Sed dic, quod licet quandoque ſit deterioris
conditionis, quam agnatus, vt dixit Iſern. in ca
pi. primo, an agna. & in capitulo primo. §. quid
ergo, de inueſtitu. de re ali. fact. in hoc tamen
72 æqualis ſunt conditionis, † quia non minus
filius capit feudum iure cõtractus, quam agna-
tus, & ſi filius eſt hæres, non propterea feu-
73 dum eſt hæreditarium, † vt patet in capitulo
iſto, ibi, nulla ordinatione valente, vel ma-
nente, ſed in hoc grauatur, quia filius, vt pater
honoris cauſa cum hærede moriatur ſecun-
dum Iſern in dicto capitulo primo, an agnat.
vbi in prima oppoſi. & prima quæſtione, iſta
declaraui.

Quamobrem recte dixit Bartol. ibi, & in §.
nunc videamus, vt feuda ex pacto, & prouiden
tia non veniant in petitione hęreditatis, etiam
74 in filio, quia ly, hæres, a lege expreſſum, regula-
tur a natura rei, l. pro hærede, §. ſi quid tamen,
ff. de acquiren hæredit & l. inſtituendi, § ſi libe-
ri, ff de oper. liber. feuda autem hęreditaria in
petitione hæreditatis veniunt dicto §. ſi liberi.
Refert ergo ſcire ſi feudũ eſt ex pacto, & pro-
uidentia, quod non venit in petitione hæredi-
tatis ſecundum Barto in d. §. nunc uideamus,
uel ſi eſt feudum hæreditarium, quod uenit in
petitione hæreditatis, ſecundum Barto. in d. §.
ſi liberi, quo quidem modo has duas Bart. do-
ctrinas concordamus, qua de cauſa, ut quod
uerum eſt diſcernamus, has duas propoſitio-
nes diſtincte examinemus.

Et quo ad primam, inquantum Bart. in d. §.
75 nunc uideamus, ꝙ feuda ex pacto, † & proui-
dentia non ueniant in petitione hæreditatis,
contra Barto. tenuit Bald. in capitu primo, an
agna.

agna.columna 4. qui conſiderata perſona filij voluit, vt veniat in petitionis hæreditatis, quia
76 & ſi feudum ex pacto,† & prouidentia non eſt hęreditarium in filio,eſt annexum hæreditati, cap.1 an agna & c.filius,de capi.qui. cur. vendi.ita quod,& ſi opinio Bart.præcedens poſſet ſuſtineri cum agnato i qui nihil cõmune habet cum hæreditate in filio fruſtra dubitaremus, pro quo,& ſecundo adduco conſuetudinem eiuſdem Bald. 70. in primo vol. vbi dicit,
77 †ꝙ corpus feudi non eſt hæreditarium,ſed eſt quoddam quid,quod interdũ eſt in hereditate interdũ extra hæreditatem, vt dixit etiam Bal. in quodam conſilio non impreſſo, ꝙ de verbo ad verbũ inſeritur Afflic in præl. & Deci.in conſi.78.col.2.quamobrem Alexan.in conſil. 19.col.pen in 5.vol.fuit in alia fantaſia,quod ſi corpus feudi non eſt hæreditariũ ius ad feudũ & vtile dominiũ eſt hæreditariũ.mouetur per tex.in l.item videndũ,§.ſi.iuncta,l.ſeq ff.de petit heredi &l.arbor,§.fin.ff.comm diuid.vnde Socin. in conſil.10.in primo vol. dixit ꝙ feuda non veniũt in petitione hæreditatis niſi cũ vniuerſitate,l.quædam,ff.de acq rer. domin. & ſe conformat cũ dicto Bal.hic in ſecũdo intellec. & ita intelligit,ꝙ dixit Bal. ꝙ feuda veniunt in petitione hæreditatis in l.2.q 37.ff de rer. diui. Qua de re Bald.nouel in conſilio 73.non impreſſo dixit ꝙ feudũ erit in hæreditate tanquã piſcis.qui eſt in aqua & nõ eſt in aqua. In quo ne compellamur dicere, quod tales tantiq; viri literatiſſimi, feudales terminos ignorauerint, neq; ꝙ pecuniæ amore talia ſcripſerint,illos potius ad concordiam, vt aliquo caſu bene dixerint reducam.Quamobrem iterum diſtinguendum eſt, quia aut conſideramus illud vtile dominiũ, quod habemus in feudo, vt in cap.1.§.fin.in quibus cau feud amit.

Aut conſideramus nudam poſſeſſionem,& detentationem ipſius feudi, inquantum poſſeſſa ab authore hrditatis. Et ſi conſideramus vtile dominiũ,illud certũ eſt,per ea quę ſequẽdo Bar.in d.§.nunc videamus,ſup.firmauimus, ꝙ non venit in petit hæred ex quo magis ſpeciali prouidentia q̃ iure hæreditario, illud habemus,vt in c.1.an agna.in prima qõ.probaui, & in hoc per omnia ſequimur Bart. a quo docto. in d.l ſi patroni. & in d. §. nunc videamus, nõ diſcedũt: ſi vero conſideramus ipſam poſſeſſionem, vt cõtinuetur cũ herede per ipſam hæreditatis aditionem,vt no doct.in l.cũ heredes, ff.de acq. poſſ.& illa ſimplex poſſeſſio, vt detineatur ab hærede venit in petit.hæredi. ſecundũ Iac.Butr.Gulie.& Alber.in l.ſi patroni, & in d.§.nunc videamus.Imo & Alex.in l.ſi patroni. Iaſ in prel.col.15.Quia omnia ea in quibus defunctus detentationem habuit,& ad hæredes tranſitoria ſunt, veniunt in petit hæred. regulariter, ff.de petit.hæredit.& l.hæreditas, C.eod tit.& ita intelligimus tertiũ dictũ Bart., in dicta l.ſi patroni.vt extraneo etiam competat petitio hæreditatis,qui rectè loquuntur.

Et ideo hæc etiam illis addamus, quia vt dixit Bald.hic poſt glo.magiſtram,in l.fina.C.de edic.diui Adria.tollen & ibi Alex.& Iaſ Iſern. & cæteri in ca.1.ſi de feu.fuer. contro.illud remediũ diui Hadriani habet locum in feudis, quinimo, & vbi teſtamentum deeſt, & l.fina. prędictam locũ habere nequit. vel adeſſe non poteſt, puta in feudo ex pacto, & prouidentia antiquo, in quo nulla ordinatio valet, vt hic Bald concludit,quod filio competat officium
78 iudicis.†ita ipſe in capit. primo de contro. inueſt.inter maſcu & fœmin hac de cauſa in feudis habet locum interdictum quorum bonorum de quo per Iſern. in dicto capit primo. ſi de feud. fuer contro. Hinc etiam ſequitur, vt
79 poſſeſſio,† quæ ventris nomine datur,locũ habeat in feudo ſecundum Bald.in capit primo. an agna colum. 4. quem ſequitur Aluarot. &
80 cæteri,ibi,†Qua de re etiam remedium carboniani edicti in feudis locum habet ſecundum Iſern.in dicto cap.primo.ſi de feud. fue. contr. & Bal.in ca.1.an agn.col 4.& Alua. Alex.in l.1. de carbo.edi. Pro quibus facit optimum dictũ Imo in d.l ſi patroni, dum ponderat quod intereſt heredis habere feudũ apertum domino, etiam, ꝙ in eo non ſuccedat, ne ſi illo careret tanquã hæres ad intereſſe teneretur domino
80 cui feudum reſtituere non poteſt,† & hoc modo intelligamus dictum Bald quod ſit annexũ hæreditati, non ꝙ ſit pars, vel dependẽs ab hæreditate quia filius conficiendo inuentariũ non liberaretur, quod negamus una cũ Iſern. in c 1.an agn.& conſi Bal 70. ꝙ ſi feudũ ex pacto, & prouidentia non eſt hæreditariũ eſt in
81 hæreditate,dic ratione ſolius detentionis,† Ita ꝙ intelligamus conſiliũ Alex. 19. ut ſi corpus
82 feudi non eſt hrditariũ,ius ad feudũ ſit hrditariũ: dic tu ꝙtũ proponitur ius petitionis hæreditatis ad illam detentationem conſequendã, quia & ſi feudum non eſt in hæreditate,ius petendi, ut poſſideatur ab hærede,eſt in hæredi-
83 tate,& ita paulo poſt ipſemet declarat, † & ita intelligamus conſil.Soci. 19. ut feuda non ueniant in petiti hæredit. niſi cũ uniuerſitate, & ita dicamus non imaginarie locuti fuiſſe Bal. nouel. quod feudum ſtat in hæreditate, tanquã piſcis in aqua, & non eſt aqua,poſtquam ratione ſolius poſſeſſionis eſt in hæredita-
84 te, † & non eſt hęreditarium, ſed prædicta concluſio limitatur, ut non habeat locũ etiã in iudicio poſſeſſorio,quãdo ille qui petit, nõ poſſet intentare petitionẽ hereditatis & reſpectu petitorii, is qui poſſidet ius habere ad tem, ita Bar.& cęteri per illũ tex.in l.ſi patroni,ff.ad Treb. Quę oĩa iterũ limitamus, ut procedant,
85 qñ conſtat,† ꝙ eſt feudũ,& agitur ad feudũ, ut tũc diſtinguamus inter petitoriũ , & poſſeſſoriũ,ſed non cõſtaret eſſe feudũ,tunc poſt oppoſitam petitionem hæreditatis, ſiue in uia poſſeſſorij, ſiue in uia petitorij,feudum ueniret, text eſt in cap.inter filium , & ita intelligo doctrinam Ioan. Andr quam allegant Alexand.
86 † & Iaſon.in dicta l. fina. C.de edi.diui Hadria. tollen. quod agnatus non poſſit impedire filiam agentem ad hæreditatem reſpectu feudi, ſcilicet quando non conſtat eſſe feudũ , ita Iacob.

Iacob. de Beluiſ. Iſer. Bald & omnes per illum
text. in capitulo primo, de controuer. inter ma
ſculum, & fœminam, vbi in caſu incerto in-
telligunt capitulũ. inter filiam, ſi de feu. fuer.
contro. & ita intellexit Alber. de Roſa. illum
text. in lege cum miles. ff ex quibus cauſ. Ita-
que intelligenda ſunt dicta in deciſione cen-
teſimadecimanona. Aliud eſt ergo quærere
87 ſi feuda ex pacto, & prouidentia † veniunt
in petitione hæreditatis reſpectu poſſeſſorij,
quod acceptamus.

Aliud vero ſi reſpectu petitorij, quod ne-
gamus, & ſic refert multum, vt intueamur
modum agendi ſecundum Alexan & Iaſon.
in locis allegatis, ex quibus illud ſequitur,
quod ſi feuda ex pacto, & prouidentia non
veniunt in petitorio inter filios, & agnatos,
multo fortius non veniunt cum extraneo ſe-
cundum Bartol. in dicto § nunc videamus.
Ex quibus correlariè infertur, quod ſi feu-
da ex pacto, & prouidentia non veniunt in
petitione hæreditatis, minimè veniunt in fi-
deicommiſſo ſecundum omnes in dicta l. ſi
patroni, & cumulatos per Iaſon. in prælud. co
lumna decimaſexta, argumen. l. quidam eulo-
gio, C. de iur. delib. Iſtam illationem limitauit
Ioan. Andre. in titu. de loca. § nunc aliqua, ver
ſicu. centeſimoquinquageſimooctauo, in fi-
88 ne, quem referunt prædicti Doctores, † vt non
habeat locum ſi filius, qui ſuccedit patri, eſt
grauatus de reſtituendo feudum agnato de-
ſcendenti a primo acquirente: mouetur du-
plici argumento, primo ex parte agnati, quia
eſt de vocatis, & ceſſat in eo ratio, vt extraneo
detur: ſecundo ex parte filij. quia potuit facien
do inuentarium de facili ſe liberare, vt in ca-
pitulo primo. an agna. Iſern. & cæteri notant:
imputetur ergo ei, qui ſimpliciter adiuit, ſed
Alexand. tenet contrarium. Primo per text.
hunc: ibi, nulla ordinatione valente inter fi-
lios. ergo nec cum agnato. Secundo, quia ſi
filius poteſt repudiare hæreditatem Burgen-
ſaticam, & tenere feudum, capitulo primo,
an agna. idem dicemus, quod ſi adiuit, vnum
retineatur ſine altero, in quo teneo cum Ale-
xand. non tamen reſponſionibus ſuis: ſed di-
camus nos, quod reſpectu primi capitis in con
89 trarium adducti, non tenet conſequentia, † eſt
de comprehenſis in inueſtitura, ergo ſequi-
tur, quod ſine aſſenſu poteſt cum eo contra-
hi, vt tenuit gloſſ. in Conſt. hac edictali quam
ibi Iſer. reprobauit, nam oportet tunc quod eſ
ſet agnatus immediatus, & in caſu ſimplicis
refutationis ſecundum Iſern. in capitulo pri-
mo, §. & ſi libellum, de ali. feu. pater. vt in capi-
tulo imperialem, in proprio articulo dixi, re-
ſpectu ſecundi nequaquam tenet conſequen-
tia, filius adiuit hæreditatem, ergo ſemper te-
90 netur reſtituere feudum, † quia adeundo non
obligatur obſeruare, quod nulliter fecit defun
ctus ſine aſſenſu ne dum in feudo ex pacto, &
prouidentia, ſed etiam in feudo hæreditario,
ita Iſer. in dicto capitulo, Imperialem, colum-
na nona, vbi dixi. Magis hæc cadent, quando
cum aſſenſu hæc fierent in præiuditium con-
ſentientium. vt in cap. primo, an agna. declara
uimus, quia per l. cum a matre, C. de rei vendi.
in re propria teneretur factum defuncti ratũ
habere. vel contra omnes in feudo hæredita-
rio, vt in dicto capit. an agna. in 2. oppo proba-
ui. & tunc bene dicerẽt, quia per aſſenſum ceſ
ſat prædicta reſponſio noſtra. & ſecũda etiam
poſtquam voluntariè cõſentit, quod nota pro
limitatione text noſtri, nec Alexandri doctri-
91 nam ſequimur in hoc, † quod paria ſint adire
ſimpliciter vtrunque, vel altero ipſorum cum
inuentario in effectu repudiare. quia ſi adiuit,
quod ad præiudicium ſuum iudicatur feudũ
vt hæreditarium, ſi fecit inuentarium, ſecus, vt
ibi per Iſern.

Et vltimo inferebant ſecundo ex hoc. quod
poſtquam feudum ex pacto, & prouidentia
non eſt in hæreditate, renuncians hæreditati
paternæ, non renunciat feudo, ita Dyn. in con-
ſilio 16. quem ſequuntur Barr. in dicto §. nunc
videamus, & § ſi liberi. & Docto. in dicta l. ſi pa
troni, ac cumulati per Iaſ. in preludiis ſuis. co-
lumna 16. cui addite longiorem cumulatio-
nem Afflict. in Conſt. hac edictali. Quibus ite-
rum addite, quod Bald. in capitulo primo, an
agna. datur pro cautela ad hoc, vt filius præci-
puum detineat feudum patris, vt in vita renun
ciet hereditati paternæ de quo ibidẽ dicemus.

Quo vero ad ſecundum caput de feudo hæ-
reditario, multi decipiuntur, vt non veniat ſi-
cut feudum ex pacto, & prouidentia, & quod
non ſit verè hæreditarium. Sed animaduerta-
tis quæſo, quoniam feudiſtæ duplici vtuntur
nomine ſucceſſione, videlicet, & tranſmiſſio-
ne, volentes, vt feuda ex pacto, & prouidentia
debeantur nobis ſucceſſione reſpectu primi,
capit. 1. de eo qui ſibi. & hær ſuis, & capit. iſto.
92 † Feuda autem hæreditaria tranſmiſſione ne
dum a primo, ſed a moriente, iſtis magiſtrali-
bus nominibus vtitur Iſer. in capitulo primo,
§. quid ergo, de inueſti. de re ali fa & dum tranſ
mittitur feudum, in ipſo feudo hæres ſum, vt
dicit Iſer. in dicto § quid ergo. in vltimis ver-
bis, & quia in ipſo feudo hæres ſum. non poſ-
93 ſum venire contra factum † defuncti, l. cum a
matre, ita quod ſi faceret inuentarium, non li-
beraretur. Iſer. in capitulo primo, an agna vbi
diximus, quia res ipſa eſt hereditaria. vt proba-
ui ibi, in ſecunda oppo & ita tenuit Bald in ca
pitulo primo, de his, qui feu. dar poſſ columna
ſecunda. verſicu. & nota & in conſilio octua-
geſimoſecundo, incip. proponitur, quod inue
ſtitura, Barto. in dicto §. ſi liberi, Alexan. conſi-
lio vigeſimooctauo, columna penult. 19 co-
lumna quarta. in fine, & conſilio octauo, & vi
geſimoſecundo, in quinto volumine Quibus
ſic præmiſſis vides, quod hæ feuda omnimo-
do, & in petitorio & in poſſeſſorio veniunt in
petitione hæreditatis inter eos, qui tunc in ip-
ſo feudo de iure ſuccedunt ſecundum Barto.
in dicto §. ſi liberi. prout etiam dixit Iſern. in

capitulo iſto,verſic,& olim,in capitulo primo,
columna penultima, qui ſucc.tene in conſtit.
hac edictali.in capitulo primo,columna ſecū-
da, de alien. feudi, pater.in capitulo primo, §.
huius autem generis, in qui.cau feu.ami.quē
ſequuntur omnes cumulati per Curt. in pri-
mo conſilio,& Iaſon.in prelud.columna deci
maſexta,& per ſcrib.in l.ſi patroni,ff ad.Treb.
Et inter agnatos,qui tunc non ſuccederent,ac
cum extraneis,idem diceremus,quando adeſ-
ſet aſſenſus, ex quo cum aſſenſu per omnia de
feudo hereditario diſponimus, vt in capitulo
primo, an agna.in ſecunda oppo. demonſtra-
ui: ſed ſi ſine aſſenſu fieret, nulla ordinatio eſ-
ſet ſua reſpectu domini, & iure proprio filius
feudum caperet ſecūdum Iſer.in capitulo im-
perialem,columna decima,etiam,quod ſit he
reditarium. Ex quo correlarie infero, quod ſi
eſt in hereditate ſicut ſupra firmauimus,quod
feudum ex pacto,& prouidentia non venit ap
94 pellatione hæreditatis,†ex quo non eſt in here
95 ditate †quia contrariorum eadem eſt diſcipli-
na,l.inter ſtipulantem,in §.ſacram,ff.de verbo
rum obligatio.eodem modo,quia feudum eſt
in hæreditate,renunciat hereditati, renuncia-
tur feudum, ita in ſpecie tenet Afflict.in capi-
tulo in generali, ſi de feu.fuer. contro. Quod
verbum ſatis æquitati ſermonis cōſonat. Sed
contra eius dictum, attentari poſſet, quia duæ
96 quodammodo ſunt hereditates, † argum l.ſi
certarum,ff.de mili.teſtam.& quia capitulū in
generali, non ſe fundat, quod comprætenda-
tur in hæreditate, vel in verbis,ſed magis.quod
de feudo nominatim dictum non eſt, vt tena-
citer obſeruamus etiam in realibus, vt niſi in
ſpecie nominentur, nunquam conceſſa cen-
ſeantur,vt in conſt.dignum,& in conſt.ea quæ
ad decuſ.& in capitulo in generali, de offic.vi-
car.in ſexto,& ſic non curaremus de argumē-
tis ciuilibus,argumen capit.primi, de feu.co-
gni. Nec refert, quod vna hæreditas non poſ-
ſit ſeparari ab alia, capit.primo, an agna.ma-
ximè in feudo hereditario, quia illa habent lo
cum quando ſeparatio fieret poſt mortem,ſe-
cus ſi in vita patre volente Burgenſaticam re-
futauit,ſecundum Bald.in capitulo primo,an
agna.columna tertia, & ſufficit tunc vt ſit hæ-
res in feudo ſecundum Iſer.In capit. primo,§.
quid ergo, de inue de re ali.facta. Pro quo fa-
cit,quia quando facto patris, filius non habet
hæreditatem, puta quia pater inſtituit alium
in Burgenſaticis,ſufficit ei, ut capiat feudum
ſecundum Iacob. de Beluiſ. quem ſequuntur
97 omnes. † Tum maximè, quia potius quæri-
mus,ſi poteſt aliquid habere, quam quod ue-
lit aliquid refutare, in quo pro nunc ſubſiſto,
dicam Deo annuente,in capit. in generali, ne
materias tranſplantemus.

98 Diſtingue ergo dum quæris, † an feuda ue-
niant in petitione hæreditatis, quia aut non
conſtat eſſe feudum, & tunc tam in poſſeſſo-
rio,quam in petitorio veniunt in petitione hæ
reditatis, capitulo, inter filiam, ſi de feu.fuer.
contro. & in capitulo primo, de contr.inueſt.
inter maſc.& fœmin. in quibus locis qualiter
conſtare debeat, dixi. Aut conſtat eſſe feudū,
& tunc aut ſumus in feudo ex pacto, & proui-
dentia, & tunc aut ſumus in petitorio, aut in
poſſeſſorio, in petitorio non ueniunt ſecun-
dum Bart.in dicto §.nunc uideamus,etiam in
ter filios cum concordan. Aut ſumus in poſ
ſeſſorio, & tunc aut is,qui tenet feudū,eſt de il
lis, qui habent ius ad feudum, & nequaquam
competit,l.ſi patroni.ff.ad Trebelli Aut non
eſt de illis,& datur etiam extraneo ſecundum
Barto. & alios in dicta l. ſi patroni. Aut ſumus
in hæreditario, & tunc aut diſpoſitio eſt facta
cum aſſenſu, aut non, ſi cum aſſenſu tam in
petitorio, quam in poſſeſſorio venit diſtin-
ctè etiam inter extraneos in petitione hæredi
tatis. Aut ſine aſſenſu, & tunc aut loquimur
inter eos,qui ſuccedunt tunc in feudo,& idem
dicimus: aut cum agnato, qui non ſuccedit
tunc, vel cum pœnitus extraneo. & in hoc
vltimo caſu, idem dic de feudo hæreditario,
ſicut in non hæreditario,ſupra dixi diſtinguen
do inter petitorium,& poſſeſſorium.

In text. ibi, tantum filij. Iſern. hic ponde-
rat ly, tantum, quod non ſit exceptio fœmi-
narum exiſtentibus maſculis,ſed vt dicat tan-
tum maſculi, quia fœminæ nunquam ſucce-
dunt,capitulo primo,§.hoc quoque.de ſucce.
feud. quia, vt in euidentialibus dixi, militiæ
99 non eſt capax ſexus fœmineus. † bene ly
tantum ſtatet reſpectu maſculorum, vt tunc
fœminę excludantur in Regno in feudo qua-
100 ternato, † quando adſunt maſculi,vt in con
ſtitut.vt de ſucceſſionibus, vel etiam in feudis
planis,& de tabula, quæ qualia ſint,in capitu-
lo imperialem, §. illud dixi, vt fœminæ non
ſimpliciter excludantur, ſed propter maſcu
lum, vt in conſtitut. in aliquibus, quę etiam
loquitur in feudo plano, & ita communiter
cauſidici illam intelligunt conſtitutionem,&
Iſern.in capitulo primo, § & quia. de his qui
feu. dar.poſſ. columna ſecunda,& in capitulo
primo, de natu. ſucce. feu quod mihi non vi-
detur,quia text. non dicit ſimpliciter, quod in
101 toto Regno fœmina † caperet feudum,
ſed, quod in aliquibus Regni partibus conſue
tudo illa viget, ibi ergo ſeruetur vbi viget.

Niſi illud huic conſiderationi noſtræ re-
ſpondeas, quod ex prauo interpretantium
ſenſu ita paſſim fœminæ in feudis planis, &
202 de tabula ſucceſſerunt in regno, † vt non
ſit locus, vbi hodie non admittantur ad ſuc-
cedendum, ex quo conſtitutio non ponde-
rat partes particulares feudi, & res ipſas, vt
fecit in capitulo primo, de his,qui feudum da
re poſſunt: ſed ponderat partes, & ſic pro-
uincias, & in vnaquaque prouincia talis in-
troducta eſt conſuetudo prout clarum eſt,
illo tamen tempore conſuetudo vniuerſalis
non erat.

In text. ibi filij æqualiter ſuccedunt, dic
103 tu, ſcilicet in feudis diuiduis, † ſed feuda in-
diuidua

diuidua ad vnum capitulum Imperialem , §.
103 prӕterea Ducatus,†de prohibit. feud. alienan.
per Feder.
104 † Er ideo in regno ſuccedit primogenitus,
vt nota. in capitulo licet , extra de voto. Idem
dicimus de feudo dignitatum,capit. primo,de
feu.marchię , & in aliis feudis iuriſdictionum,
105 in quibus † ſolum exercitium eſt diuiduum,ca
pit. Imperialem,§.ducatus.vbi dixi, & vbi viui-
tur iure francorum , vt in Conſtitut. vt de ſuc-
ceſſionibus , & dixit æqualiter ſuccedunt nul-
la ordinatione valente,vel manente,ad oſten-
106 dendum , † quod licet filij inęqualiter inſti-
tuantur hæredes,partes tñ ſunt ęquales in feu
do,vt litera eſt clara hic, ita dicebat Iac.de Ar-
di. in titu. vtrum in ſeud. prohibi. diuiſ. & hæ-
107 res feudi differt ab eo † qui eſt hæres in Bur-
genſaticis,ſecundum gloſſ. in capitulo primo,
in verbo frater , de his qui feud. dare poſſ vbi
vult, quod ſi alter inſtituitur in hæreditate,fra
ter ſit hæres in feudo , vt dicit Iacob.de Beluiſ.
quem ſequuntur omnes in capitu. primo. an
agna pro quo notate tex.iſtum.

Item & ſecundo loco pondera ibi filij,quod
quando ſit mentio in aliquo teſtamento de fi
108 lijs & filiabus,†maſculinum poſtea venit ta-
xatiuè, & non comprehendit femininum ,ſu-
per quo videte cumulata per Iaſon. in l.ſi quis
id quod,ff de iuriſd.omn.iudi.

In tex.ibi, vel nepotes ex filio,ſuper hoc ver
bo,feudiſtæ, & hic, & in capi. primo,de natur.
ſucceſſ feud. maxime laborant ſi ſucceſſio ne-
109 porum erit per capita , vel in ſtirpes , † in quo
ciuiliſtæ duo faciunt capita , quando nepotes
ſubingrediuntur locum patris , vt ſuccedant
auo,& in hoc non dubitant. Secundo quando
ſuccedunt patruo, vna cum alijs patruis , & in
hoc fuerunt opiniones , quia Azo voluit , vt
ſuccederent in capita , Accurſius vt ſuccede-
rent in ſtirpes,de quo per gloſ.& doctores , in
Authent.ceſſante,& Authent.poſt fratres,C.
de legit. hæredib. vbi Bald. quoque in hoc ali-
qualiter male loquitur , quem articulum tan-
quam ciuilem non intremus , ſed videte cu-
mulata per Alexand in conſilio quinquageſi-
moquinto.incipien perſpectis his quę in The
mate,per quatuor columnas , in quarto volu-
mine vbi nedum cumulat tenentes hoc de iu-
re ciuili,ſed etiam in ſeudis.in quibus quidem
feudis ſecundum ius ciuile determinandum
110 eſt, † ſaltem ea ratione, quia non reperitur de
iure ſeudorum aliquid innouatum,argumen.
capituli primi , de feud. cogni. quinimo iura
feudalia cum iure ciuili concordant , capitulo
primo,de natur. ſucceſſ.feud.capitulo primo,
de ſucceſſ.ſeud & capitulo primo,de gra ſuc-
ceſſ. ſecundum Alexand. ibi. Sed contradicta
Alexan. facit.

111 † Primo , quia concluſimus referendo in
voce in præcedenti lectione , ea quæ ſcripſi-
mus in prima quęſtione,in capitulo primo,an
agna. quod quot ſunt perſonæ , totidem cen-
ſentur eſſe donationes , & vnuſquiſq; ex pro-
pria donatione feudum capit ſecundum Iſer.
in iſto verſic & olim , in capit. Imperialem,in
§. Præterea ducatus,de prohibit.feud. alie. per
Feder.& in capit. primo,§ quid ergo. de inue-
ſtit.de re ali. ſact. Si ergo vnuſquiſque capit ex
propria perſona,dum gradum capiũt a patre,
& ius ſuccedendi eſt proprium eorum ſecun-
dum Bartol.in l ſecunda,C.de liber. præte. ſe-
quitur quod per capita facient partem in diui-
ſione & ſic ſuccedunt ęqualiter fratres, & ne-
potes loco eorum patris,ita vt ęqualiter prædi
cetur,quod ſuccedant in capita.

Fortificatur & ſecundo hęc opinio, vt in feu
dis aliter dicamus , quã de iure ciuili dixerint,
quia ſucceſſio in feudis non ita conſideratur
112 ſicut de iure ciuili,†quia ſi qui in feudo ſucce-
dunt , non capiunt rem ipſam ex titulo ſimpli
113 citer lucratiuo, † ſed tenentur ſeruire,vt in ca
pitulo primo,§ fina in quibus cau.feud amit-
114 tatur , † & vnius non eſt fidelitas alterius , ar-
gumen.c.veritatis, extra de iure iuran.vt dixit
Alexan.in dicto conſilio quinquageſimoquin
to , ergo &c. Huic motiuo reſpondet Alexan.
quod ſi attenderemus has rationes , idem di
cendum eſſet , quando nepos vult ſuccedere
cum patruo in hæreditate aui , vt inſpecta do-
natione , & ſeruitio ſuccederent in capita. &
115 tamen in linea deſcendenti clarum eſt † quod
non ſuccedunt in capita , vt in capitulo iſto, &
nemo adhuc eſt,qui auſus ſit contrarium dice
re. Quæ reſponſio minime placet , quoniam
116 multiplicare abſurda non eſt ſoluere, † argu-
men.l ſpadonem,§.qui iura multa, ff.de excu.
turo. & qui vellent diſputare, dicerent , quod
text iſte non aperit,ſi ſuccedunt in ſtirpes , vel
in capita, & quod in feudis , etiam in linea de-
ſcendenti ex rationibus in argumentis con-
trarijs adductis ſuccedant in capita. Sed reſpõ-
de tu retorquendo argumentum contrarium
pro iſta parte.& arguo ſic,ſi ita vt tenentur ſer
uire, eodem modo ſuccedunt , ergo ſuccedũt
in ſtirpes , probo conſequentiam ex commu-
ni concluſione doctorum , in capitulo Impe-
rialem,§. Præterea Ducatus.de prohibit. ſeud.
alien.per Feder. vbi volunt.quod nepotes ex fi
lio nõ plus ſeruiant quam eorum pater ſeruie
bat, & ſic omnes pro vno,vt not. in l.ſecunda,
ff de verb.obli § ex his ergo eodem modo ſuc
ceſſio omnium erit pro parte patris . Nec ob-
ſtat primum argumẽtum ſormatum per me,
quia ſi dominus vni nunquã dedit , & ex pro-
pria ſtipulatione veniunt,tñ illi dedit ad tem-
pus, & poſt tempus, vt in d . q dixi,& tempus
non eſt tunc,quãdo patrui adſunt, vt in totum
partes per capita capiant,quia ſi qua ſucceſſio
eiſdem datur,non ſimpliciter,ſed repræſenta-
tiue repręſentando patris perſonam eis con-
ceditur, vt bene dixit Alexan.in dicto conſilio
quinquageſimoquinto, columna tertia , poſt
docto. in locis allegatis. & hoc eſt quod voluit
dicere litera in capitulo iſto , vbi filij in plura-
li, &cę. loco ſui patris, & cętera , quaſi om-
nes,pro illa parte. Sed vlterius pro hac com-

mnni doctorum concluſione ponderate vos
text. in capitulo primo, in fin. de natu. ſucceſ.
117 feud. vbi litera dicit, † quod in ſucceſſione
collateralium lineæ vocantur per lineas ęqua-
liter, & lineæ iam repteſentant fratrem de-
functum, ergo non in capita, ſed in ſtirpes, &
ibi Bald & hoc voluit allegare Alexand. in di-
cto conſilio quinquageſimoquinto, quando
dixit, quod bene facit text. in capitulo primo,
de natura. ſucceſſ. feud. in fine & verum dicit.
Pro quo nouiſſime pondero text. ab eis non
ponderatum in capitulo ptimo, §. primo, de
feudum marchiæ, vbi litera dicit, quod ſuc-
cedunt nepotes ex parte patris præmortui, &
ſic nihil plus capiunt, quam eotum pater ce-
piſſet.

Itaque teneatis domini, et recitationes do-
ctorum videte in dicto conſ quinquageſimo-
quinto, & in tractatibus modernorum, & vlti-
timo, vt tantum capiant, quantum pater ca-
pere potuiſſet. adduco caſum in capitu ſi quis
miles, in titulo de Conſtitu. Lothar. vbi litera
dicit, quod ſuccedit in feudo aui in vicem pa
tris, & ſic non vltra patrem, vt nota in lege ſe-
cunda, C. de adoption. qui text. ſi prima facie
loquitur in aſcendente, non minus ratio mi-
litat in collaterali. & animaduertite quæſo,
quia hæc ſubingreſſio eſt bene conformis iu-
ri ciuili, inquantum poſtquam eſt ſubingreſ-
ſus. ſuccedunt in ſtitpes, ſed illud ſubingredi
loco ſui patris in re quam non capit iure hæ-
118 reditario, eſt contra textũ, † in lege, ſi libertus,
cum concordantibus & eſt ſpeciale in feudo,
ita dicit Ioann Faber. in §. cum filius, Inſtitut.
de hære quæ ab inteſt deferun.

Nec illud hic examino, vſque ad quem gra-
dum detur hæc ſubingreſſio, videte in §. hoc
quoque, vbi dicam.
Hoc tamen. & nouum ſcitote, quod iſta ſub-
ingreſſio in feudo nouo nõ daretur in regno,
119 vt mortuo fratte, † nepos ſuccedat patruo ha-
benti feudum nouum, per text. formalem in
Conſtitu. vt de ſucceſſionibus, vbi habilita-
tio facta in fratre, qui ſuccedit in feudo quater
nato nouo, non extenditur ad nepotem.
120 † Sed ponamus extra regnum hanc eandem
quæſtionem, quod frater acquiſiuit feudum
nouum pro ſe in totum cum pacto, quod fra-
ter ei ſuccedere poſt mortem poſſit, capitulo
primo, § ſecundo, de his qui feudum dare poſ-
ſunt, an tunc mortuo fratre, filius ex fratre
præmortuo ſubingrediatur locum patris, &
facit pro nepote, quia ſubingreſſio datnr per
121 inueſtituram patris, † a qua cauſatur ei ius, &
non per inueſtituram propriam, vt in capitu-
lo primo, § primo, de feud. marchię.
122 † Secundo, quia lex feudalis non diſtinguit
inter noua, & vetera. ſed præbet locum nepo
ti, qui repræſentat patrem mortuum, vt dicit
Alexand in dicto conſilio nonageſimoquin-
to. cui patri non fuit facta acquiſitio perſona-
lis, ſed pro ſe & hæredibus ſuis argumen. l ſi
pactum, ff. de probatio. & capitulo primo, de
duobus frattibus, quod maxime ſine ſcru-
pulo procederet, vbi pro fratre, & hæredibus
ſuis ſtipulatio concepta eſſet. Et tertio, quia ſi
gradus vſque ad ſeptimum eſt admiſſus, ca-
pitu primo, § hoc quoque, de ſucceſſ. feud. hic
§ hoc quoque, vbi dicemus, & ius ciuile inde-
finite, & ſimpliciter dat ſubingreſſionem, vt
in dicta Authent. Poſt fratres, & Authen. ceſ
ſante, C. de legit. hæred ergo ſequitur, vt idem
dicamus de iure feudorum poſtquam hoc nõ
eſt modificatum, capit. primo, de feud. cogni.
quo argumento vtitur Alexan. in dicto conſi-
lio quinquageſimoquinto, columna quarta.
Pro tamẽ contraria facit, quia pactum minus
lædit ius, quam poteſt, vt in capitulo primo, §.
quin etiam, epiſc. vel Abba. & frater de per ſe
ſunt prohibiti de iure feudorum ſuccedere pa-
truo, vt in capitulo primo, de his qui feud da-
re poſſunt. Vnde cum omiſerint de nepote
intelligendum, vt pro omiſſo habeatur, pote-
rant enim dicere de nepote, & non dixerunt,
ergo cum inſtantia relaxarunt, argumen l. vni
cæ, § ſin autem ad deficientis, C. de caduc. toi
lend. Nec obſtat, quod videatur ſtipulaſſe
pro ſe & hæredibus in dubio, quia verum eſt,
quod ſi frater ſtipulator feudi, cogitauit de
hæredibus fratris, per conſequens de iure ve-
nirent.

Nec obſtat, quod tex ciuilis, & feudalis
etiam ſimpliciter admittat ſubingreſſionem,
quia admittunt ſubingreſſionem in his, quæ
competunt ſubingredientibus ius ex perſona
propria, & ideo repræſentantes perſonam pa-
tris ex iure proprio rem capiunt, ſecundum
Bartol in dicta l. ſecunda, C. de liber. præteri &
capitulo iſto, vt ſupra dixi, non autem vbi iu-
re proprio repellerentur, & pactum eos non
vocat, vt in caſu noſtro quia ſi hoc verum eſ-
ſet, hæreditas non adita tranſmitteretur in li-
nea tranſuerſali, quæ non tranſmittitur, vt l.
quoniam, C de iure deliberan & l. quoties, C.
de hæred inſtit. vbi per Barto. & alios.

Item omnis acquiſitio tranſmitteretur in
hęredes fratris, quando frater poſt mortem vo
luit vt acquiratur fratri, ẽt quod frater non ac-
ceptaſſet, quod eſt contra iura in l ſi abſenti, ff.
de nouat. & in l ſi mihi & Titio, ff de verb. ob-
ligat & in l fundum, ff. de actio. empti. vbi Al-
beri. Paul. & Fulg. & vbique Barto. & ſcribent.
& apoſtillæ ad Barto. quæ multa conſilia Ale-
xan. & aliorum addunt. Nam idem videmus
in donatione cauſa mortis, quæ per mortẽ do
natarij in vita donantis efficitur caduca, vt in
l. ſi filiofamilias, la ſecunda & in l. fin. ff de do
nat cauſa mort & ad tex. in cap primo, de feu.
marchi. reſpondebimus infra. Quamobrem
videamus, quod ſi conceſſio eſt facta pro ſe, &
fratre & eorum hæredibus, quæſtio clara eſt,
quia vocati ſunt hæredes ex pacto, & ſuccedũt
tam in regno quam extra, quia conſtitutio lo
quitur quando feudum datur ſimpliciter, vt
patet in tex. argum. l. ſi filiofamil. la ſecunda, ff.
de donat. cauſa mort.

Si

123 † Si vero ſimpliciter feudum eſt datum in regno, vel ex pacto, vt frater ſuccedat nullà facta mentione de hęredibus tam in regno, quam extra regnum, repellerentur nepotes, qui nullum ius proprium habent, quo mediante repręſentando perſonam patris feudum habere poſſent, & hoc ſi ſtipulatur frater, qui acquiſiuit feudum: ſed ſi ſtipulatur is, qui mortuus eſt, cuius loco filij pręten dunt ſubingreſſionem, ſecus eſſet, dicta lege ſi pactum, ff. de probatio. vel ſi per ſtipulationem aliquod ius eſſet quęſitum fratri in uita, quia tranſiret ad hęredes ſecundum Doctores in dicta l. ſi abſenti, in l. fundum, ff. de actio. empti, in l ſi mihi, & Titio, ff de verborum obligationibus, pro quo an ſit acquiſitum in vita, vltra conſilium Alexand. vigeſimoquarto, in quinto volumine, & dicta per Bartol. in tracta. de duobus fratribus, columna ſecunda, & tertia, & in locis ibidem allegatis, videte dicta per Iſern in cap. primo, in prin. & in §. ſi libellum, de ali. feu. pater. & nos ſuo loco dicemus.

In textu, ibi, loco ſui patris, hic eſt text. conformis legi ſecundæ, C. de libe. pręte. & ibi per Bartol quod nepos, qui ſuccedit cum
124 patruo, ſuccedit in loco ſui patris, † & ſic in gradu, tamen vis capit ex perſona propria. Sed animaduertite, quod contra hanc ponderationem eſt textus in capitulo primo, de feu. march. vbi litera dicit, quod nepotes ſuccedunt auo ex parte filiorum, & ſic ex iure paterno, non autem ex iure proprio. Solue dupliciter, primo modo, quod littera non dicit ex parte, ſed dicit ex patre. & ita intelligendo non aduerſaretur l. ſecundæ, C. de libe. pręter. quia nihil diceret, vt ex perſona patris veniat, ſed magis deſignaretur, quod coniunguntur auo tanquam nepotes ex patre pręmortuo: ſed quia violaretur ſenſus illius litterę;

125 Dicamus ſecundo. † quod littera legenda eſt ex parte, vt pars ſignificet locum, & non ius, vt in ſimili interpretamur l. ſi ex patronis, verſiculo, quod ſi a patre; ff. de bon. libert. ibi, per patrem ratione loci, vt dicta l. ſecunda, C. de libe. pręte. quia ſi pater viueret, ipſe præferretur, alias ſequeretur, quod in capitulo primo, de eo qui ſibi, & hęr. ſuis, filia, quæ non exiſtente maſculo, poterat ſuccedere, excluderet agnatum ex iure patris, qui tenebat, quod tamen non fit, & mille alia abſurda ſequerentur.

Secundo oppono de text in dicto capitulo primo, de feu. march. vbi littera non loquitur de loco, ſed de inueſtitura, & ſic capit ius a patre, ibi per inueſtituram patris, & aui Sed dic, quod ibi præponuntur duę ſucceſſiones, vna quando filij ſuccedunt patri. alia quando nepotes ſuccedunt auo, & quia frater fratri nō ſuccederet, vt in capitulo primo, § & quia, de his, qui feu. dar. poſſ. & in capitulo primo, de duobus fratri. dicit, quod frater admittatur in feudo paterno per inueſtituram patris, vt ſuccedat fratri, quaſi magis ſuccedat patri, qui feudum acquiſiuit, vt in capitulo primo, de eo, qui ſibi, & hær. ſuis, & eodem modo in nepotibus, vt vnus ſuccedat alteri per inueſtituram aui & hoc voluit in effectu dicere gloſ. ibi, in verbo patris.

In tex. ibi, nulla ordinatione valente, vel manente, dic, quod hęc verba habent duo capita.

126 Primum, † ſi ordinatio valet ſine aſſenſu, vt ideo dicat, quod non valet, quia deficit aſſenſus, & ita intellexit gloſſ. in capitulo imperialem, de prohib. feu ali. per Feder. in verbo, ſeu alienate, de cuius veritate ibidem dixi in illo articulo, an pater diſponat de feudo inter filios ſuos: illa prout feci in voce, hic repete.

Secundum, quod etiam cum aſſenſu pater nequeat nocere filiis ſuis, cuius capitis diſputationem reaſſumendo doctrinam Iſern in §. hoc quoque explicabo, licet aliqualiter in principio prout videbis hoc ſecundum caput declaret.

Capio Iſern. in verbo, & ratio & cætera. Pro cuius intelligentia, & omnium dicendorum infra, præmitte totam primā quęſtionē, & cætera, quod ſit feudum ex pacto, & prouidentia, quam poſui in capitulo primo, an agna. vt feci in voce.

Quo prefato Iſer. dicit poſt declarationem
123 tex †quod rō, quare patris ordinario nulla eſt in feudo illa erit, quoniā ſucceſſuri non ſunt habituri feudū ex prouidentia morientis tūc, ſed ex prouidentia legis, vt ſupra in prima rubrica. de his, qui feu. dar. poſſ. §. cum vero Corradus, argumen. l. cum patronus, ff. de legat. ſecundo, & ff de adoptio l. ſi arrogator § ſed an impuberi. & not. per gloſſ in capitulo primo, an. agna. Hoc fundato, tunc arguo ſic, quæ dantur a lege, a priuato non tolluntur, in authen. de nupt. §. ſoluto, ſed ſic eſt, vt præmiſi, quod iſta dantur a lege, ergo, & a priuato, & ſic ab alio, a lege tolli non poterat, vnde bene dicit littera, & recta ratione, nulla ordinatione valente, vel manente.

Nunc Iſer. ſentit vnum contrarium, quod non formar, quod eſt illud: ſi verba ſua eſſent vera, ſequeretur vnum, quod pater non poſſet facto ſuo per actum exhęredationis exhæredare filium in feudo, eſt falſum, quia pater poteſt exhęredare filium, vt in capitulo prędictis, quę fue prima cau. bene ami & poſſet etiam non exhęredare tacendo, & remittendo culpam, l. omnimodo, C de inoffic. teſtamen: ergo ſequitur, quod concluſio antecedens ſit falſa, quoniam per actum exhęredationis pater poteſt ordinare, & non ordinare, & valet exhęredando, vt in dicto capitulo, prędictis.

Et remittendo, vt in dicta l. omnimodo, ergo male dicit text. nulla ordinatione valen-

ſe, uel manente, quia aliqua ordinatio ua-
let.

128 Iſer. † ſentiens hoc contrarium, reſpondit
dicens, quod ſi filio auferetur hoc feudū per
exhæredationem non eſt ex facto hominis,
ſed facto legis, quæ vult, vt quando filius eſt
ingratus patri, quod poſſit exhæredare illum,
ita concludit Iacobi de Ardizo in ſumma ſua
in Rubrica de ſucceſſ. feu. dum loquitur de fi-
lio exhæredato, an ſuccedat in feudo.

Nunc Iſern. ſentit aliud contrarium, quod
ſi pater exhæredat filium, exhæredatio non
129 poteſt fieri, niſi in bonis obuentis † a patre,
vt declarat Iſern. in capitulo, præterea, quæ
fuer. prima cauſa bene. amitten. Sed ſic eſt,
quod iſta non obueniunt a patre; ſed ex prin-
cipali prouidentia, vt diximus, & filius venit
tamquam in bonis proprijs, l. quarta, C. de do-
nat. quæ ſub mod. ergo non exhæredabit fi-
lium.

Iſern. reſpondet, quod licet bona perueniant
aliunde, quia tamen perueniunt patre medio,
adhuc filium exhæredare poteſt, quia lucra
marialia pater neceſſario tenetur reſtituere,
130 † ſi filius eſt ingratus patri, in illis exhære-
dabit filium, quoniam eo medio habiturus
eſt licet iure proprio, l. finali, l. hac edictali, C.
de ſecun. nupt. l. fœminæ. & in auth. hæres,
C. eodem titulo, quaſi contrarium intelliga-
tur in eo, quod erat iam quæſitum filio, non
in eo, quod quærendum eſt patre medio, quod
nota pro his, quæ ſuper Iſer. dicemus, & hoc
vſque ad verſiculum moderni.

Iſern. nunc videns, quod moderniores
Doctores ſuorum temporum delirabant in
iſta materia feudi ex pacto, & prouidentia,
ac feudi hæreditarij prout non minus noſtris
quoque temporibus multas chimeras audi-
uimus, & vſque ad verſiculum, hoc plenius,
adingreditur opinionem illorum dicēs, quod
moderni diſtinguebant in hoc capite exhære-
dationis, quia aut filij recepturi erant feudum
iure hæreditario, aut ex iure proprio: ſi iu-
re hęreditario, ita intelligatur doctrina Iſern.
quod filij exhęredantur: ſi autem iure proprio
capiebant, non poſſent exhæredari. Vnde vt
ſciremus, quando filij iure proprio feuda ca-
piūt bene nec ne, & per conſequens ſi pote-
rant exhæredari, aut non, moderni ſubtilius
intuentes poſuerunt ſuam doctrinam. ſecun-
dum quam diſtinguendum, quod aut feu-
dum eſt datum ſimpliciter patri, & tunc,
quia non eſt datum, quod ſit perſonale, ſed
quod tranſeat ad filios, filij cenſentur vo-
cati ex vocatione patris, vt pater capiens
pro filiis acceperit, capitulo primo, § hoc quo
que. de his qui feu. dar. poſſ. cum vnuſquiſque
nedum ſibi, ſed ſibi, & filiis videatur proſpe-
xiſſe. vt in capitulo primo. infra de duob. fratri
bus. & l. ſi pactum ff. de proba. Aut & ſecun-
do expreſſit de filiis, non tamen eos nomina-
uit nominibus proprijs, tunc is, qui conceſſit
feudum, dedit patri, & filijs, ſed ſub quodam
ordine, videlicet primo patri, & poſtea filiis,
vt ff. de leg. ſecundo, l. cum pater, § penultimo,
& ff ad Trebell. l. heredes mei § vltimo, & tūc
præſuppoſito hoc modo concedendi, vt intel-
ligas illationem, quam ex hac forma conce-
dendi moderniores reaſſumebant vltra illos,
cogita iterum, quod ſi dominus dedit iſtis fi-
lijs, dedit contemplatione patris poſtquam
non deſignauit nomina propria filiorum per
ea, quæ notantur, ff de procura. l. qui proprio,
§ procurator. vt in cæteris, & ff de ann. lega. l.
annua. § a Titia, & ff de rebus dub. l. ciuibus,
& ff de vulga. & pupilla. l. ſed ſi §. in arrogato.
quæ contemplatio, vt in prima quęſtione, in
capitulo primo, an agna. declaraui, idem im-
portat, quod qualitas hæreditaria, quæ quali-
tas conſideratur tam ſi ſuccederent ei feudo
exiſtente nouo in perſona ſua, qui acquiſiuit
feudum, quam etiam ſi poſtea efficeretur an-
tiquum in deſcendentibus ab eo, vt pater in
illis habeat filios ſucceſſuros tanquam hære-
des ipſi accipienti. Arguunt ſic, ſi hoc feudum
eſſet nouum, clarum eſſet, quod filij eſſent hæ
redes huic primo acquirenti; quod quidem eſ
ſe non poteſt niſi hoc medio, vt de gradu in
gradum vnius ſit hęres alteri morienti, quo
quidem modo ſunt heredes primo, vt C. de
hęr. inſti. l. finali, ff. de verborum ſignificatio. l.
ſciendum. ergo debent eſſe hęredes huic mo-
rienti, vt ſint hęredes primo, cui tenentur eſſe
hęredes in omni feudo: ſi ergo iſti exhęredan-
tur non ſunt hęredes huic morienti a quo ex-
hęredantur, vt ff. de oper. liberto l. cum patro-
nus, § primo & l. ſi operarum, in fine, ergo mi
nimè ſuccedent in feudo. quia qui non eſt hę
res primo, non habet feudum, l. ius ſepulchri,
C. de relig. & ſumpt. fune. & primo non ſunt
hęredes, qui non ſunt hęredes morięti, vt prę-
miſimus, quia exhæredati, & ideo Iſern. ſuo
more dicit, non ſi exhęredati, quo caſu dice-
bant moderni habere locum exhęredatio-
nem. Aliud & tertiū caput, qđ conſiderabatur
ab iſtis modernioribus, erat, in quo moriens
non poterat exhęredare ſuccedentem, in quo
adhuc verificabatur text. iſte, ibi, nulla ordi-
natione valente, vel manente etiam per viam
exhęredationis, vt ſuo loco iura illa ſupra col-
locaui, quando non eſſet captum feudum pro
ſe, & filiis. vel ſimpliciter, vel pro ſe, & hære-
dibus expreſſe, ſed pro ſe, & filiis Petro filio
nominatim. quo caſu filius debetur propria
contemplatione, & non contemplatione pa-
tris, prout erat, quando feudum dabatur pa-
tri, & filiis ſimpliciter, non expreſſis nomi-
nibus propriis, vt not. in l. qui proprio, § pro-
curator, vt in ceteris, ff de procurator. ff. de
annu. leg. annua §. a Titia. ff de reb. dub. l. ci-
uibus ff. de vulgari. & pupillari; l. ſed ſi plures,
§ in arrogato; & in iſto caſu, quando nomi-
131 nibus propriis capitur, † non poteſt pater ex-
hęredare filium, vt ff. de collatione bono-
132 rum, lege, dedit dotem, † pro quo facit,
quia, quando quis ſtipulatur ſibi, & filio, duę
ſunt

ſunt ſtipulationes, una in perſona patris, alia in perſona filij, l. quodcunque, §. ſi quis ita, ff. de verborum obligationibus, ff de leg. primo, l. filius, §. cum quis erit, & C. de contra. ſtipu. l. veteris.

Quinimo dico plus, quod ſi ita nominatur filius per nomen proprium, ne dum ſuccedet
133 poſtea non obſtante exhęredatione, † ſed in vita pro parte ſua, vt ff. de vſufruct. accreſ. l. ſi quis Titio, ſecundum opinionem Ioan. ibi. ratio, quoniam, quãdo nominauit filium, cenſetur propria cõtemplatione dediſſe filio, ex quo nominauit eum proprio nomine, vt C. de vſufruct. l. finali, ceſſant enim tunc præſumptiones alterius capitis præcedentis, & ita teneremus niſi probaretur contrarium: quod etiam, quod filius ſit nominatus per nomen proprium, tamen fuit in conſideratione ſola affectio paterna. & tunc ſuper affectione principis dantis, tota fundatur quæſtio. vt ff. de proba. l. Procula, & ff manda. l. cum ſeruus.
134 † Nam præſumptio nominationis cedit veritati probatæ, quod propter affectionem paternã dederit dominus. l. finali, ff. quod met. cauſ. Quamobrem concludunt iſti Moderni, quod verba iſta text. nulla ordinatione valente, vel manente, intelliguntur, quando filius iure proprio haberet feudum, non quando occaſione præcedentium, quia ſi iure proprio haberent, nec exhæredari poſſent, & huc vſque continentur verba Modernorum & nunc Iſern in verbo, & hoc plenius, incipit loqui ipſe & dicit, quod iſtæ conſiderationes Modernorum continent duo. primum videlicet, vt intuenda ſit forma, vt quomodo præſumatur, & de iſta diſceptatione, quando pater ſtipulatur, & ſub qua forma, plenius dicitur per gloſſ. & ſcribentes in dicta l. operarum, ff de operis libert. & ipſe Iſer. dixit in capitulo primo, §. huius autem generis, in quibus cauſ.
135 feud. ami. † Et præſuppoſita hac forma conceſſionis, ſi reſpicimus ſubſtantiã iſtorum dictorum Modernorum, nunquam eſſet dare feudum ex pacto, & prouidentia, quamobrem ſe remittit ad duo loca, vbi ipſe diſſeruit de iſtis inueſtituris, & verba Modernorum in capitulo primo, an. agna. & in capitulo primo de alie nat. feud. pater. §. ſi libellum, & ita reſidet in hac quæſtione.

Prima concluſio ex doctrina Iſern. hic ſit, quod licet text. iſte dicat, quod nulla ordinatio patris valet in feudo paterno, tamen exhæredat filium. ratio eſt ſecundum Iſern. quia,
136 † quod dicitur hic, nulla ordinatio patris valet in feudo, ea ratione eſt. quoniam filius ex legis, & dantis prouidentia habet, vt declarat gloſſ. in capitulo primo, de his, qui feu. dar. poſſ. & in prima quæſtione, in capitulo primo, an agna. latiſſimè probauimus: quamobrem dicemus, quod nulla ordinatio valeat in feudis, hoc eſt, ſi eſt ordinatio hominis tantũ contra ordinationem legis, ſecus vero ſi eſt ordinatio hominis, lege approbante, cũque a lege concedatur exhæredatio in feudo, vt probat Iacobi. de Ardizo, in ſua ſumma, de ſucceſſ. feud. ergo, &c. Quo quidem modo ſoluitur hoc argumentum, & non dicendo ſimpliciter, quod fallit in exhæredatione, vt dixit Franciſ. Curt. in ſuo tracta. feud. in tertia parte, in titulo, an filius exheredatus ſuccedat in feudo. iſta quæſtio eſt formata per me in capitulo primo, an agna. in prima principali oppoſitio. vbi ea tantum declarauit, quæ ad terminorum declarationem ſufficerent hic. & illorum partem aliquam, & reliqua collocabimus: & vt articulum hunc faciliorem reddamus, nouo quodam ordine illum explicabo, mouendo difficultates, & ſoluendo illas.

Prima igitur difficultas ſecundum me erit, quia fundamentum Iſern. eſt, quod ideo limitetur capitulum iſtud, quia per aliam legem permittit, vt pater poſſit ordinare exhæredationem filij, & cum legem perquiramus, illam non inuenimus, ſed loco legis allegat Iacobi. de Ardizo in ſua ſumma, de ſucce. feud. columna quinta, in fine, & in princip. texti, vbi mouetur ex iuribus ciuilibus, l. Paulus, ff. de bonis liberto. l. ſi patronus teſtamento, §. primo, & ſecundo, ff. de aſſigna liberto l. prima, § exhæredatio, in authen. de nupt. §. ſoluto. & § ſi quis igitur, & §. ſuper his, & §. optimè. C. de ſecundis nupt. l. hac edictali, §. ei vero, & l. vltima, & ff. de oper. liberto l. cum patronus, § primo, & l. ſi operarum, in fine, & in ſtit. de ſucceſſ. liberto. §. nam exhæredati. & §. ſi vero teſtamentum, diſtinguendo ſi mala mente, aut non mala mente exhæredatur. argumen. l. multi non notę, ff de liber. & poſthum. & l. ſi patronus, §. ſi quis non mala mente, cum ſequen. ff de bon. libert. Sed illa iura nec mille alia me mouent, quoniam legem habemus claram in feudis in capitulo illo, quæ dicit, nulla ordinatione valente, vel manente, & quod velimus arguere a iure ciuili, vt ſecundum ius ciuile detur alia lex, quæ permittit exhęredationem, hoc eſt cõtra textum in capitulo primo, de feud cogni. Aluar. Mart. de Laud. & cæteri in capitulo primo, §. & quia, de his, qui feu dar. poſſ. & Franci. Curt. dicunt, quod de hoc vt filius exhæredari poſſit mala mente, eſt textus in § prædictis, quæ fue. prima cau bene. ami.

Qui textus non facit ad caſum, licet a to-
137 to mundo ad hoc allegetur, ea ratione, † quia textus in §. prædictis, non dicit, quod pater poſſit exhæredare filium, ſed ſi qua ingratitudo committeretur a vaſſallo de illis, quæ enumerantur in § cauſas, in authen. vt cum de appella. cognoſcitur, priuatur feudo, & præſupponit cauſam ingratitudinis eſſe commiſſam contra dominum, quoniam poſſunt ita committi contra dominum ſicut contra patrem, & de patre verbum nullum; nam ſi in patre loqueretur, ne dum hoc fateremur in exhæredatione, ſed in reuocatione donationis, & omnibus aliis modis enumeratis in §.

prædictis ,quod qnidem ridiculum eſſet aſſe-
rere, vt patri detur reuocatio in feudo ex pa-
cto, & prouidentia antiquo, vt in capitu iſto,
quodque ita verum ſit ponderate, quod pater
non repudiat filium, ſed vir repudiat vxorem,
vel econtra, ſed repudij cauſas in dicto § ad-
ducit, vt ſi ſimilia contra dominum attenta-
rentur, vtique feudo vaſſallus priuaretur, ff.
quid dicemus? Illud dicam, quod durum eſ-
ſet recedere ab opinione Iacobi. de Ardizo.
Iſer. Aluar. Marti. Cardinal. & omnium in §.
& quia, & modernos cumulatornm per Curt.
& apoſt. ſuper eodem in dicta 3. par. ſui tracta.
car. 27. ſed non fundabitur ex text. in §. prædi-
ctis, ſed ex iuribus cumulatis per Iacob Ardiz.
quem recitauimus ſupra, quoniam, vt inquit
Bart. in l. iuriſiurandi. §. ſi liberi, in vltima co-
lumna. ff. de ope. liber. quod ſi ius patronatus
non poteſt facto, & delicto patris ſi eſt anti-
quum agnatis interuerti, l. tertia, ff. de iur. patr.
inter quos filius annumeratur, l. filius, ff. de
ſuis, & legiti. tamen datur exhæredatio in eo
de patre ad filium ſecundum Bart. ibi. Quam-
obrem ex eadem fundamentali ratione ar-
guunt, quod ſi lex dedit ex propria donatione
feudum filio, l. 3. C. de don. quæ ſub mo. & ff.
de verborum obligatio. l. quodcunque, §. ſi ita
quis, & feudum dedit filio præcipuum, vt in
eo nulla patris ordinatio admittatut, vt in ca-
pitulo, iſto, ibi, nulla ordinatione valente, vel
manente, non propterea exhæredationem
ſubſtulit.

Quinimo, & ſecundo cogita, & præſup-
138 pone. † quod lex feudalis dedit patri, vt pa-
tri quandam præeminentiam erga filium, ex
qua filius, vt habeat feudum, oportet quod ſit
hæres patri, vt ſit gratus patri honorando ip-
ſum ad hoc, vt dicamus, qnod habeat hære-
dem, vt vna cum Iſer. in cap. primo, an agna.
in prima oppo declarani, vnde ſi exiſtentiam
hæredis deſiderauit lex feudalis in re, quam
patre inuito ad filium peruentura eſt, multo
fortius conſiderauit. vt eum honorificet, ne
ne ei in cæteris ingratus exiſtat, prout in re ne-
ceſſario debita filio, pariformiter, vt ſupra præ
miſimus, iura ciuilia conſiderant, quoniam
plus eſt grauare filinm, quod inuitus ſit hæres
patri ad hoc, vt honoretur pater, alias filius feu
dum perdat ex delicto in omittendo, quàm
grauare ipſum. vt iniuria non afficiat patrem,
alias priuetur feudo per delictum in commit-
tendo, quia leges ciuiles non priuant filium,
139 † qui non eſt hæres patri in fideicommiſſo ne
ceſſario, vt fecit ius feudale vltra ins ciuile, vt
in dicto capitulo, primo, an agna. & capitulo,
filius, de capi. qui cur. vendi quod capitulum
propter æquam ipſius prouiſionem ad ciuilia
adduci debere dixit Iſern. in c. primo, an agna.
columna penultima, & tamē priuant ipſum ſi
exhæredatnr, vt in dicta l. ſi patronus teſtamen
to. cum concordan. ſupra allegatis.

Arguemus ergo a legibus ipſis cinilibus, &
ratione intrinſeca illorum iurium, iuncta ra-
tione intrinſeca iſtius tex. & deciſione capitu-
li primi, an agna. quibus ſic vnitis, dicamus
vna cum anthoritate tantorum patrum, vt
pater poſſit filium mala mente exhæredare,
quia cui licet, quod eſt plus, ex eadem cauſa li-
ceat, quod eſt minus, capitulo cui licet, de reg.
iur. in ſexto, & hoc eſt, quod voluit dicere An-
140 gel. in §. ſoluto, in auth de nup. † quod licet filij
non hęredes non ſuccedant in feudo nunquā
tamen ſuccedent patri filij ingrati exhæreda-
ti. Ex quo correlarie inſero, quod ſi non ma-
la mente exhæredaret filium ſine iuſta cauſa,
& facto ſuo, vel in teſtamēto præteritus, quod
141 non priuaretur feudo, † ad quod allegatur de-
ciſio Iacob. de Belui. & ſequacium in cap. 1. an
agna. & ibi Bald. & cæteri, quod ſi pater alium
inſtituit hæredem prætereundo filium, nihil
ei imputandum eſſet quin feudum præcipuū
capiat, quo in loco abundantiſſimè paſſum
hunc iam declaraui.

Secunda difficultas erit, quia nos concluſi-
ſimus ſupra textu, quod ſanguis, qui profluit
de patre in filium, cauſat amiſſionem feudi, &
certum eſt, quod pater non delinquit, ſed fi-
lius. qua de cauſa ergo pater nocere poterit fi-
lio ſuo exhęredando ipſum, cum parer non de
linquit? Hanc difficultatem ſolue hoc modo,
quod ex ſanguine patris ſi inficitur præſumi-
tur infidelis, & iſta præſumptio oritur ex ſan-
guine infecto patris, capi primi, an ille, quod
interfe fra domini ſui, capit primo, ſi vaſſ feu.
priue & cap. ſi vaſſallus culpam, ſi de feu. fue.
contro ſed non propterea ſequitur, ergo non
poteſt alius modus ingratitudinis qui erit iſte,
quia ſi ob præſumptā infidelitatem ſucceſſio
feudi denegatur filio, vt in iuribus prędictis
filius, qui fuit ingratus patri, multo fortius prę
142 ſumitur, qnod erit ingratus domino † Qua de
cauſa, & ſi pater iuſtum ſanguinem tranſmit-
tit in filium, & feudum ex neceſſitate inuitus
reſtituit, in re iſta, quam patre medio habet, fi-
lij exhæredationem. ſub patris poteſtate relin
quamus, quoniam ſine dedecore in curia ſta-
re non poteſt, vt in cap. 1. an ille, qui interfec.
fra domini ſui, nec dominus de eo confidere
143 potuit, † quia dum ſemel patri fuit ingratus,
argumen. capituli, ſemel malus, de regulis iu-
ris, in ſexto, perpetuo præſumetur ingratus.

Tertia inſurrexit difficultas, quod ſi iſta præ
ſumptio infideliratis, & ingratitudinis futu-
ræ cauſat amiſſionem feudi, dicemus, quod ſi-
ne exhęredatione ſtatim, quod commiſit in-
gratitudinem cōtra patrem, debet priuari feu
do? & ſic ad hoc, vt priuętur nulla requiratur
exhęredatio?

Dicite, quod aperturam feudi in pluribus lex
feudalis conſiderauit in recompenſationem
iniurię, vt in capitulo denique, quæ fuer. pri-
ma cau. bene. ami. & patri vindicta hæc reſer-
uata eſt, licet neceſſario feudum reſtituere te-
neatur, l. hac edictali. l. fœminę, & l. fina. C. de
ſecund. nupt.

144 † Vnde ſi de filio non conqueritur, minime
filius

filius puniatur, l. omnimodo, C. de inoffic. te-
ſtamen. Cni addite fortiorem rationem, quia
vt in capi. imperialem, late dixi, non poteſt ex
culpa puniri vaſſallus, niſi placitetur & decla-
145 retur ſecundum Iſern. in cap porro. † quæ fue.
prima cauſa bene. ami. & huius placitationis,
146 † & declarationis iudex ſolus pater eſt propter
patriam poteſtatem, quam erga filium habet,
vt dicit Iſern. in capit porro, allega. quinta co-
lum. per dict. leg. omnimodo, a quo non rece-
dimus, ſi a iure ciuili exhæredationem hanc
fundamus, vt ex eodem iure exhæredatio ip-
ſa declarationem hanc aſſumat. Sed contra
hæc alia inſurgit difficultas, quoniam Iſern.
in capit. præterea, columna quinta, quæ fuer.
prima cauſa bene. amit. dicit, quod ſufficit fi-
lium eſſe ingratum ſine exhæredatione, quia
et ſi pater non exhæredat, non minus a lege ip
ſa exhæredatur, & ad text in l omnimodo, re-
ſpondet, quod loquitur, vt pater non conque-
rendo videatur remittere iniuriam filio in eo,
quod a patre ad filium peruenturum eſt, non
in eo, quod venit aliunde, vt eſt primogenitu-
147 ra, † quã non habet a patre, ſed beneficio legis
aut conſuetudinis, quæ primogenitum præ-
fert, in qua ineſt conditio, ſi non macula ſit
148 aſperſa, † quia vitioſa primogenitura primo-
genitura non eſt, argum. qui ſatiſda. cogan l.
quoties. ex quibus Iſer. concludit, quod in eo
quod patre medio non habet, ſufficit, quod ſit
commiſſa ingratitudo, nec opus eſt alia decla-
ratione patris, quod verbum in hac exhæreda
tionis materia, magni eſſet ponderis, ſi verum
eſſet. Sed animaduerte vt omnia intelligatis
verba Andreæ ibi, quod Iſern. monet quæſtio-
nem, ſi eſt commiſſa ingratitudo contra Im-
perium, ſi iſta cauſa eſt ſufficiens patre mor-
tuo, vt fiſcus capiat feudum a manu iſtius fi-
lij qui in vita patris commiſit felloniam.

Et pro primogenito, quod eſſet tutus, addu
cebat, quia pater ex illa cauſa poterat exhære-
dare filium, non fecit, ergo remiſit, argumen.
l. omnimodo, C. de inoffic. teſtamen. & l. 1. &
149 fina. de reuoc. donat. † & ſi filio pater indulſit,
filius ſuccedit in feudo, & præfertur ſecundo-
dogenito, & ſic vt neque fiſcus, neque ſecun-
dogenitus feudum auocet a primo. Poſtea
ſubnectit aliud argumentum, & concludit, ꝙ
ſi fiſcus excluditur. non excluditur ſecundoge
nitus, quia ſtatim, quod commiſit felloniam
150 contra Imperium, † amiſit primogenituram.
Et quod pater ex taciturnitate poſſit remitte-
re filio felloniam, illud eſt in culpis, quæ com-
mittuntur contra patrem, non autem contra
Imperium, & ſic non obſtat ſecundogenito, l.
omnimodo. Sed Iſern. ſoluit hoc contrarium
dicens, quod lex omnimodo, non fundat ſe ea
ratione, quia contra patrem, ſed generice cõ-
prehẽdit omnes cauſas ingratitudinis, de qui-
bus ſi pater non ſit conqueſtus, filius non ag-
grauatur, & ſi de illis culpis intelligendum eſ-
151 ſet, † vbi ingratitudo eſt commiſſa contra pa-
trem, non ne princeps eſt pater patriæ, autho-
re Seneca in capitu. primo de clementia & in
cap ſecundo. de Ira quia patria potior eſt pote
152 ſtate † paterna, l poſtliminium, §. filius, ff. de
capt. & poſtlim. reuer & ſic non placet ei argu
mentum factum de ſecũdogenito, & ideo pa
ter remittat, quia contra patrem, quia omnes
culpas ei remittit: Poſtmodum Iſern. facit Ip-
ſe vnum argumẽtum pro ſecundogenito ibi,
imo dic, quod lex omnimodo, non loquitur
in omni culpa, vt ſupra præmiſit, ſed loquitur
in his quæ a patre ad filium peruentura ſunt:
ſed primogenitura, non eſt peruentura a pa-
tre, vt præmiſi, ergo in ea lex omnimodo, nõ
loquitur. Et in hoc Iſer. videtur velle, vt in feu-
do, quod non prouenit a patre ad filium etiã,
quod pater non exhæredet illum, ſufficit com
miſſam eſſe ingratitudinem, vt filius ingratus
priuetur, quod eſt contra ea quæ ſupra firma-
nimus nos.

153 † Quid dicemus? Vos bene ſcitis, quod feu
da omnia etiam hæreditaria debentur nobis
ex pacto, & prouidentia maiorum ſecundum
Iſern. in capi. primo, colum. ſecunda. de ali. feu.
pater. prima quæſt. in c. primo an agna. dixi. er-
go ſecundum Iſer. in omni feudo antiquo pa-
tre non exhæredante filium adhuc feudũ per-
deret, & ceſſaret lex omnimodo, quod quidẽ
minus eſſet reſtringere text. illum. Vnde fa-
ciamus duo capita, quod aut quęrimus de de-
licto quod commiſit filius erga dominũ, aut
de eo, quod commiſit erga patrem. Si deli-
ctum reſpicit patrem, pater tacendo omnia re
miſit, quoniam quicquid non dixit pater, non
eſt probatum contra filium, vt patebit in dicta
l. omnimodo, quæ hoc modo intelligenda eſt
154 vt verba dicunt, † nam iniuria patri facta, a pa-
tre vindicanda eſt, argumen. cap denique quę
fue. prima cau. ben. amit. Nec ſequitur, iam in-
gratitudo eſt commiſſa, ergo feudum auoca-
ri poteſt, quia non ex omni culpa etiam, quæ
155 videtur † digna. feudum eſt amittendum, vt in
§. illud, quæ ſit prima cau. ben. amitt. & patet
in capit prædictis, vbi non omnes cauſas a iure
ciuili expreſſas, vt ſufficientes ad feudi priua-
tionem admittit, ſed iudici illud committit,
qui ęquitatem præ oculis habens cauſas illas
præponderet: Tũ maxime, quia in § prædictis
non ponderauit, quod culpæ committantur
contra patrem, ſed contra dominum, vt ſupra
declaraui: & ſic concludamus, quod lex omni
modo, indiſtincte loquatur, quod in omni re
quando culpa eſt contra patrem. Aut delictũ
eſt contra dominum, & tũc priuetur filius om
ni eo quo priuari poteſt, & feudo ſi habet feu-
dum, vt in cap. imperialem, §. inſuper, de pro-
hibi. feud. ali. per Federic. & primogenitura, ſi
primogeniturã habet in ſpe, quæ facilius amit
156 titur, vt Iſer. in dic. §. præterea, dicit. † Ita quod
ſicut quando culpat in patrem, omnia remit-
157 tere poteſt, dicta l. omnimodo, † quæ non pati
158 tur reſtrictiones Iſern. † eodem modo ſi cul-
par in dominum, pater nihil remittere poteſt,
pro quo pondero text. in §. inſuper, in dicto ca-
pi.

pi. Imperialem, quia niſi ſatisfaceret domino, feudo priuabitur, & non ſufficit taciturnitas patris, & hoc voluit dicere forte Iſer. quod pater in his quæ non prouenjunt ab ipſo, & committitur delictum in aliũ, nihil diſponit, alias male loqueretur cum reuerentia patris noſtri Iſer quia, & ſi pater patriæ eſt princeps, auus quoque loco patris eſt, & differt exhæredatio patris ab exhæredatione aui, vt de vtroque eſt
159 tex. in l. dedit dotem ff de colla. bon. † & ſi lex omnimodo, generaliter loquitur. recipit interpetrationem ab aliis legibus, arg l. ſciendũ, ff. qui ſat. cog. iuncta Auth. offeratur, C. de lit. conteſta. Cætera ſupple ex his quæ dicimus in capitulo primo. an agna. in prima principali oppoſitione.

Secunda concluſio erit illa modernorum, quod ad hoc, vt feudum ſit ex pacto, & prouidentia, oportet, quod ſit datum nominibus propriis, quia quando datur nominibus propriis, datur eis propria contemplatione, vt in
160 l. finali, C. de vſufruct. cum iuribus concordantibus, quæ allegauimus. ſupra, & per Iſer. in capitulo primo, §. & ſi libellum, de alien. feu. pater. alias non eſſet inuenire feudum ex pacto, & prouidentia, quoniam vt in prima quęſtione in capitulo primo, an agna. declaraui, occaſio idem operatur, quod qualitas hęreditaria, & omnes habent occaſionem primi cui ſuccedunt, capit. primo, de eo, qui ſibi, & hęr. ſuis, & ſic omnes in infinitum renentur eſſe hęredes primo, cui nullo alio modo poſſunt eſſe hęredes. niſi, vt ſint hęredes morienti tunc, quia hæres hæredis, teſtatoris eſt hæres, l. fina. C. de hære. inſtit. & ſic data contemplatione in primo acquirente, licet a natura feudum non eſſet hæreditarium, hoc modo efficeretur hæreditarium. nullum ergo feudũ ex pacto, & prouidentia erit, niſi quando nominibus propriis, propria contemplatione a domino conceditur ſecundum groſſitiem iſtorum modernorum ſubtiliter intuentium, vt Iſern. dicit quos ſequitur Paul. de Caſtr in conſilio duceuteſimoquinquageſimoquarto, in ſecundo volumine. incipien. Viſo, & examinato. Ioann. Andr in addit. Specula. in titu locati. §. nunc vero aliqua. Vbi aliam dixit hęreſim, quod ad hoc, vt pater non poſſit nocere filio in feudo, non diſtinguitur, an ſit nonum, vel antiquum, ſed an ſit datum nominibus propriis, aut non, Iſern. format hoc argumentum, & non ſoluit hic. ſed ſe remittit ad dicta in capitulo primo. an agna. vbi in prima, & tertia columna hoc argumentum format, & ſoluit, cui dat quatuor ſolutiones. Prima videlicet quam dat hic, & ibi, quod ſi ita ſtrictè intelligeretur hæc ſpecies feudi ex pacto, & prouidentia, vt illud dicatur, quod nominibus proprijs eſt quæſitum, vix daretur feudum, quod eſſet ex pacto, & prouidentia, quæ quidem reſponſio non valet, ea rõne. quia ſi raro eſſet dare feudum ex pacto, & prouidentia, non propterea ſequitur cum tale (vt moderni dicunt) eſſe debeat.

161 † Secunda ſolutio ſit, quia certum eſt, quod in capitu. primo. an agna feudum illud erat ex pacto, & prouidentia, & litera nihil dicit, quod fuerit datum nominibus proprijs.

Quinimo vocat agnatum ſimpliciter. & nõ vult, quod ſit hæres, & caſus qui figuratur ibi, eſt, quod feudum fuit datum ſimpliciter pro ſe & liberis, cui ſolutioni reſponderi poſſit, quod bene fatemur, quod ſi feudum non eſt hæredirarium quando datur pro ſe, & liberis, vt ratione rei ſit hæres morienti, ſed ex alia via, vt ſit hæres primo. erit hæres vltimo, vt dicta l. fin. C. de hæredib. inſtituen. Sed Iſer. ſolutio magis realis eſt.

Tertia ſolutio erit, quod ſi contemplatio cauſat, vt habeat vim hæreditarij, & neceſſe ſit eſſe hæredem primo, beneconcedo, quod ſi primi intereſt, vt habeat hæredem, quod illi hæredes ſumus: ſed ſi non intereſt, vt ſimus hæredes primo, quod cogitatum eſt in primo, vt propter occaſionem habeat hæredem, non eſt cogitatum, vt moriens quoque qui de liberis primi habeat eandem contemplationem propriam, ita vt ei quoq; etiam hęredes ſimus, quę ſolutio neqnaquam facit, quia modetnio res illi præſupponunt, quod indiſtinctè teneamur eſſe hæredes primo. cui hoc modo ſumus hæredes, & ex ſola primi contemplatione.

Vnde quarto loco ſoluit Iſern. quod lex fina C. de hæredib. inſtit. quæ adducitur in feudis, habet locum, vt ſit hæres morientis, ſcilicet ſi vult, quia in vniuerſalibus, vt ſimus hæredes primo; ſufficit capere aliquod vniuerſum, lege prima. ff de caſtren. pecul quam ad hoc reputat ſingularem Ludouic. de Roman. in ſingular. ſexcenteſimooctuageſimotertio. Sed feudum eſt quoddam vniuerſum, ergo. &c. & ita declara tu Iſern. in capitulo primo, columna tertia. ibi, ſi diceremus datum, in titulo an agnat. argnendo, & reſpondendo vti nos facimus, quem paſſum volentes moderniores Neapolitani declarare per quinque columnas, illum difficilem reddunt.

Nec obſtat reſponſio eorum ad legem primam ff. de caſtrenſ. pecul. dum volunt, quod
162 tex. ille non faciat ad caſum, † quia pater occupat peculium, vt pater ſecundum iura cumulata per gloſſ. in lege ſecunda. ff. eodem, in quo reperitur hæreditas, nimirum dicit ipſe, ſi eſt primo, & non eſt hæres filio, ac nos quærimus ſi eſſe poteſt, quod per mediam perſonam morientis ſim hæres illius cui ſucceſſit moriens, & adeundo hæreditatem, non efficiar hæres morientis: Nam hoc eſſe non poteſt repugnante regula legis qui ſe patris C. vn de liber. quæ reſponſio (ni fallor) ſilentio prę teriri poterat, ne magis in hoc confunderemur: nam filius triplici modo mori poterat; vno modo, quod feciſſet teſtamentum, & pater adiuiſſet eius hæreditatem, & de hoc non dubitamus, quia adeundo iure hæredita-

rio illud retinet, vt eſt text. in lege ſecunda, ff.
de caſtr. pecul. quod eſt de iure feudorum, vt
in capitulo primo, an agnat. quia filius qui eſt
163 hæres patri, † ſi non facit inuentarium, iure
hæreditario retinebit feudum.

Aut & ſecundo modo fecit teſtamentum,
& pater repudiauit hæreditatem, & hoc caſu
pater capit peculium, & res exiſtentes in eo iu
re proprio ita dixit text in l. in eo. ff. de acqui-
rendo rerum dominio. vt in caſu propoſito
illum allegat gloſſ. in lege ſecunda, ff de ca-
ſtren. peculio & hoc etiam eſt de iure iſto feu
164 dorum. † quia agnatus repudiata hæreditate
capit feudum, vt in cap. tu. j. an agnat. & in ca.
filius. de capi qui cur. vendi.

Aut & tertio nullum fecit teſtamentum,
& pater capiendo peculium primo eſt hæres,
licet non ſit hæres filio, vt in l prima, ff. de ca-
ſtren. pecul. & hoc voluit dicere gloſſ. in l. ter-
tia ff. de petitione hæredita. dum arguit de l.
prima ff. de caſtren. pecul. & reſpondet ibi, ꝙ
ſecunda cauſa, ibi, non eſt neceſſe poteſt, id eſt
quia capiendo peculium ſimplex nulla cauſa
ſecunda poteſt conſiderari in eo, vt pater ca-
piat peculium iure hæreditario vbi iure pro-
prio peculium capit.

Quibus ſic enucleatis cum reuerentia tan-
ti viri, totum contrarium dicendum eſt, quod
termini legis, qui ſe patris, non ſunt ſimiles ter
minis noſtris, quia ibidem vnum ſine alio per
mediam perſonam morientis non capimus,
165 & feuda capimus iure proprio, † & ſtipulatio-
ne propria, vt in lege tertia C. de dona. quæ ſub
modo, & latius in prima quæſtione, in capitu-
lo primo an agna. demonſtraui, & ſumus vere
in caſu illius legis primæ, ff. de caſtrenſ. pecul.
& l. in eo ff de acqui. rer. domin. a quibus origi
nem habuit c. 1 an agna.

Et ſi hæc omnia dimitteremus, ſufficit mi-
hi habere regulam iuris, vt ſit dare quoddam
medium vniuerſum, in quo inſit hęreditas ter
tij cui ſum hæres, capiendo illud vniuerſum iu
re proprio, licet non ſim hæres morienti, vt in
lege prima, ff. de caſtren. pecul. prout ita conſi
166 derat † illum text. Ludouic. de Roma in ſin-
gula ſexcenteſimooctuageſimotertio & Mo-
derni Papienſes in l. paterfamil. in verſic adde
etiam, ff. de vulga. & pupilla in lege ſecunda. &
fina. C. de hæredi. inſtituen. quia idem erit in
feudo quod eſt quoddam vniuerſum, & iuris,
167 † & facti, prout conſtitutum eſt, ſecundum
Iſern. in capitulo primo, quid ſit inueſtitu. de
quo late dixi, in capitulo Imperialem, de pro-
hib feud. ali. per Federic. in ſpecie feudi Fran-
168 chi, † de quo ſi nullam haberemus legem, eſt
tex. in capitulo primo, an agnat. & capitulo fi-
lius de capita qui cur vendi vbi ſimpliciter di
cunt, quod agnatus repudiata hæreditate ca-
piet feudum in quo erit hæres primo, vt in ca-
pit. 1. de eo qui ſibi, & hære. ſuis.

Nec dicit litera, quod nominibus propriis
fuerit captum feudum, ſimpliciter loquitur,
vt dicit Paul. quod ita eſt intelligendum, capi-
tulũ illud, in conſilio ducenteſimoquinquage
ſimoquarto. in volumine ſecundo, ſimpliciter
intelligatur in omni feudo in propria, non hæ-
reditaria exiſtente, vulgata l de pretio ff de pu
blici. vt in capitulo primo an agnat declaraui,
dum ibidem quęro, cuius naturæ in dubio feu
da præſumantur, vt Iſern hic quoque ponde-
rauit illud, ex quibus ſimul, & Iſern. doctri-
nam declaratam, & Modernorum chimeras
reſolutas habes. Nec vlterius ipſius Andreę
doctrinam declarabo, cum nihil, aut ſaltem pa
rum vtilitatis in feudis nobis afferre poſſit.

Hoc quoque iſte § habet varios intellectus,
quos ſi recitaremus, magis eſſet vos confun-
dere, quam text. declarare ea de re vnum, ex
illis loco caſus præponam, cæteros vero vna
cum glo. & Iſer. examinabo.

169 † Eramus tres fratres qui habebamus feu-
dum diuiſum inter nos lege permittente, ex
quo non erat titulatum, aut vbi viuitur iure
francorum, vt not. in capitulo, Imperialem, §.
Præterea Ducatus, de prohib. feud. ali per Fri-
deric. quæ non diuiduntur, & euenit quod
vnus ex fratribus meis alienauit partem ſuam
eo modo quo de iure antiquo licebat, vel ho-
die licet, vt nota. in capitulo primo. qual olim
feud. poter alien & in capitulo 1. de ali feu. pa-
ter. Alter cum conſenſu domini procurauit,
vt filiam ſuam dominus inueſtiret.

Quæritur modo, ſi moriuntur iſti mei fra-
tres, vel aliquis eorum ſine hærede maſculo,
an illa alienatio reſoluto iure iſtius datoris,
ſiue extraneo alienauerit, ſiue filiam inueſti-
re fecerit, inducat vt reſoluatur ius acce-
ptoris, in §. rurſus, quibus modis feud. amit-
tatur.

Et videbatur prima facie, quod non reſol-
uatur, quia ſi attenditur primum caput, quan
do alienat lege conſentiente, iuſte actum fe-
cit, & per conſequens reſolui non poteſt, vt
in capitulo primo. quemadmodum feudum
ad filium pertineat. & ſic minime reuocari
poteſt.

In contrarium tamen hæc litera determi-
nat dicens, quod frater poſt mortem agna-
ti ſine hærede maſculo poteſt reuocare par-
tem feudi alienatam, ſiue a manu tertij, ſiue
a manu filiæ inueſtitæ.

170 † Et ratio decidendi eſt, quia nos habemus
quattuor ſpecies aſſenſus, primam legis, ſe-
cundam hominis, tertiam illius qui tenet feu-
dum, in capitulo Imperialem de prohi. feud.
alien per Federic.

Et licet concurrat aſſenſus legis, aut Do-
mini cum conſenſu illius qui tenet feudum,
quia tamen non concurrit conſenſus illius,
qui in feudum ſucceſſurus eſt, ſibi non nocet,
capitu. Titius, ſi de feud. fuer. controuerſi. ca-
pitulo primo. § Sed & res. per quos fiat inueſt.
& capitulo primo. de alien. feud. patern. quia
licet ſit actus perfectus lege permittente, eſt
imperfectus certo tempore reſoluendus, vt in
capitulo Imperialem, in proprio articulo de-
clara-

claraui, quod quidem antiquo tempore obſeruabatur inter fratres vſque ad quartum gradum, vt ſuper declaratione literæ dicam, ſed hodie vſque ad ſeptimum datur ſucceſſio ſecundum aliorum veriorem opinionem, vt iam iam ſuper textum, demonſtrabo.

In text ibi partem, ſuper verbo iſto multum laborauerunt gloſſ Iacobus de Beluiſ & & omnes hic, ſi hæc pars fuit totius feudi antea diuiſi inter fratres, vel ſi fuit pars partis: Aut ſi fuit iure permittente, vel contra ius, & quia hæc congruentius dicemus ſuper gloſſa, ibidem dicere conabor, licet parum dubitationis habeat, quia textus dicit partem ſuam.

In text. ibi, vel fuerit inueſtire filiam ſuam. Magna eſt difficultas ſup iſta inueſtitura, quomodo renocatur, ex quo dominus poteſt filiam inueſtire, vt in capitulo primo, quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Vnde penes ſapientes dubitatur, ſi hæc inueſtitura fuit facta in vita patris, vel poſt mortem patris, & ſi fuit de feudo nouo, vel de feudo antiquo, prout multum laborant Iacob. de Beluiſi. Bald. & cæteri, hic & in capitulo primo,
171 † quemadmodum feudum ad filiam perueniat, quorum opinionem, & verum ipſius tex. intellectum ſuper gloſſ & doctrin. Iſer. in verbo, inueſtire, declarabo, vbi vnica lectione, tex. illum enucleabo.

In text. ibi (ſine hærede maſculo) de hoc latam fecimus lectionem, in capitulo Imperialem, in principio, ad ibidem dicta recurratis.

In textu ibi (reuertitur ad me) hoc ideo dixit, vt tolleret difficultatem ſi poſt mortem ſnam aperitur domino, vel agnatis quam diſputat gl. t hic ibidem dicemus.

172 † In text ibi (vſque ad quartum gradum.) Promiſi vobis in principio tex. declarare quare iura feudalia, vt hic, & in capitulo primo, ſi vaſſal. feud. priue. & in capitulo ſi vaſſallus culpam, ſi de feu. fuer controuer. dicunt quod ſecundum quoſdam, vſq; ad quartum gradum datur ſucceſſio, poſtea dicunt, quod vſque ad ſeptimum, vt hic, quod vſurpatum eſſe dicit textus in capitulo primo, § hoc quoque, de his qui feudum dare poſſunt, & tamen in dicto §. hoc quoque, & in capitulo ſi vaſſal ſeu priue. & in capitulo primo, de natur ſucceſſ feud. dicunt iura feudalia, quod vſqne in infinitum datur ſucceſſio.

Dicunt quidam, quod ideo vſque ad quartum gradum fuit reſtricta ſucceſſio fendalis, quia filij ſnccedunt etiam cum priuilegio ſubingreſſionis, vt in prin tex noſtri.

173 † Quæ ſubingreſſio cum gratiam quandam legis perferat, vt in Authent. de hæredi. ab inteſt. veni Legis etiam voluntate abſque ratione eſt reſtricta, vſque ad qnartum gradum, vt in dicta Authent. de hæredi. ab inteſta veni. quod mihi non placet, quia ſi conſideramus lineam deſcendentem, ſubingreſſio daretur ſaltem, vſqne ad ſextum gradum, §. cum filius, Inſtitu. de hæredita. quæ ab inteſta defer. & ſic nec conſiderata vna, nec alia via, ex hoc fonte ſucceſſio reſtringeretur, maximumque eſſet abſurdum, vt ex reſtrictione iſta vellemus corrigere iura ciuilia in vtroq; capite.

Plerique etiam volunt, quod iſte quartus gradus originem ſumpſerit, quia vltra illũ, nõ vocantur proprio nomine pater, auus, nec nepos, pronepos. ſed aſcendentes, vel deſcendentes, vt l. Iuriſconſultus, §. parentes, ff de gradi. cogn. quod nequaquam placet, quoniam vltra paternum diceretur auitum, & non paternum, quoniam deſinit eſſe feudum patris per additionem filij, l per procuratorem, ff de acquir. hæred & l. fina. C. de inofficio. teſtam. & magis caderet in nomen feudi antiqui, quam paterni.

Vnde & verius dicamus, quod cum iure antiquo nulla dabatur ſucceſſio, & inde ex gratia fuit productum ad filios capitulo primo, §. & quia, de his qui feud. dar. poſſunt, Conradus deinde illam extendit, vſq; ad pronepotes, ita vt frater fratri etiam conſobrinus ſuccederet, ſi erat feudum paternum.

Itaque intellige text illum §. Conradus, vt nepos ſuccedat auo, & etiam vt nepotes ſuccedant inter ſe, quia & ſi appellatione fratris intelligitur de fratre carnali a primo parente coniuncto, vt nor in capitulo primo, §. primo, de feud marchiæ, non minus tamen qui naſcuntur ex filio meo ſunt fratres carnales inter ſe, quam filij ſunt fratres carnales inter ipſos.

Et vlterius dico, quod illud ly, fratres, prædicatur, & de fratribus conſobrinis, vt præmiſi, qui quarto ſunt gradu coniuncti, l. Iuriſconſultus, ff de gradi. cogna. quoniam ſi iure antiquo ſuccedebant vſque ad quartum gradum, vt in §. noſtro. & in capitulo primo, de his qui feu. dare poſſunt, §. hoc quoque, ita intelligendus erit § ille Conradus, vt declarat etiam textus in dicto capitulo primo, de feud. marchiæ, dum vocat conſobrinos: non equidem iure nouo, ſed inſpecto iure antiquo, dicto §. Conradus, & ſic ſi natura rei admittit conſobrinos, lex quæ loquitur de fratre, comprehendit etiam conſobrinos.

Quæ ſi ita procedunt, vti nos declaramus, dicemus quod ſucceſſio non datur vltra quartum gradum itam conſiderato primo acquirente, vt in capitulo primo, ſi vaſſall. feud. priue. ibi (quarto gradu remoti, ab eo qui id acquiſiuit, &c.) etiam reſpectu morientis tunc, quia ius ſuccedendi hoc modo finiebatur, vt in dicto §. Conradus. Et cum feudum, quod paternum erat, finem in quarto gradu recipiebat, merito dicemus, quod vltra quartum gradum de iure antiquo amplius non dicebatur paternum, non quod tranſitum faceret in naturam feudi antiqui, vti Bald & cæteri in præludijs notant, ſed quia finitur ius ſuccedendi in feudo, & feudum quod erat pater-

num

num deſinit omnino eſſe, ſecundum legem antiquam.

Quamobrem dicemus, quod magis non eſt paternum, ex quo amplius non durat ſucceſſio, quam quod ideo non detur ſucceſſio, quia deſinit paternum eſſe. Nec mirum videatur vobis, quod vſque ad quartum gradum lex feudalis reſtringat feudi ſucceſſionem, quia videmus iura emphyteutica quoque in ſecunda, vel tertia generatione, etiam deſcendentium finem habere, vt in Authent de non alien. § emphyteuti. Bald in Authent. defuncto. C. ad Tertullian. & per Doct. in l. prima, C. de iure emphyteut. & vt dicimus etiam de ſucceſſione libertorum, Inſtit. §. primo.

Cumque poſtmodum media iuris feudalis conſuetudine fuiſſet vſurpatum, quod vſque ad ſeptimum gradum daretur ſucceſſio, vt in capitulo primo § hoc quoque, de his qui feu dar. poſſ. & hic in §. noſtro.

Ius nouiſſimum quoque videtis quod feuda fauore publico, vt in capitu. Imperialem. in princip. vbi dixi, ob futuram præſumptam, & ſperatam fidelitatem concedebantur, vt capi. 1. §. fin. per quos fiat inueſti.

Et ratio huiuſmodi non minus vigebat in omnibus deſcendentibus in infinitum, quam vſque ad quartum gradum conceſſit, vt in linea deſcendenti in infinitum daretur ſucceſſio, vt in capitulo primo. ſi vaſſall. feud. priue. capitulo primo §. hoc quoque, de his qui feudare poſſunt, & in capitulo 1. de natu. ſucceſſ. feud. Vocamus deſcendentes, omnes deſcendentes, qui a primo acquirente deſcendiſſent, capitulo primo. de natur. ſucceſſ. feud. in capitulo primo, de eo qui ſibi & hæredi. ſuis, cum concordan. & quia infinitas ipſa in linea deſcendenti tollit gradum, ex quo ſi Adam viueret nobiſcum gradum non haberet, l nuptiæ, la tertia ff. de ritu nuptiarum, & ibi gloſſ. neceſſario ſubmota eſt hæc qualitas iuris antiqui, qua cauebatur, vt primo acquirenti eſſem coniunctus, vſque ad quartum, vel ſeptimum gradum & ſufficit, vt ius ſuccedendi capiam a primo, vt in capitulo primo, de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis. Vſque in infinitum, vt in dicto capitulo primo, ſi vaſſall. feud. priue. in textus, ibi, quarto gradu ſunt remoti ab eo qui id acquiſiuit, & etiam vſque in infinitum, &c. quaſi quartus gradus qui cõſiderabatur a perſona primi acquirentis, conſideretur non vſque ad quartum gradum, ſed vſque in infinitum.

Alia vero qualitas quæ ſubmota non eſt, vt morienti ſim coniunctus in ſeptim o gradu, prout Iſern. in dicto capitulo primo, de his qui feud dare poſſunt. notat, durat etiam hodie, ita quod ius ſuccedendi capimus a primo in infinitum, nec cum eo habemus gradum, ipſum autem gradum capimus a moriente de iure antiquo, vſq; ad quartum. & ſecundum nouam conſuetudinem, & ipſius vſurpationem vſque ad ſeptimum, & vſque in infinitum.

Nec minus, et propoſitionem illam noua & vera declaratione declaratam habes: Quare non dicitur feudum paternum vltra quartum gradum?

Ad quæ animaduertas, quæſo. Quoniam Bald in Authent defuncto, C. ad Tertull. hæc ignorans dixit, quod text in capitulo primo, ſi vaſſall. feud priue. non eſt in vſu, ibi, in infinitum, &c.

Et ex his etiam damnamus Bald cum comitiua ſua, quos cumulat hic Afflict quod conceſſo feudo in naturam feudi paterni, non excedit quartum gradum, ſed efficitur antiquum, quia ſi in tantum durat paternum, in quantum in eo datur ſucceſſio, hæc ſucceſſio hodie, vt vidiſti, non eſt vſque ad quartum gradum, nec vſque ad ſeptimum, ſed in infinitum.

174 † Pro quo, vt feudum paternum dicatur, ne dum vltra quartum gradum, ſed in infinitum, allego text formalem in capitulo primo, de natur. ſucceſſ. feu ibi. per maſculos deſcendentes, vſque in infinitum, ſi feudum ſit paternum, ergo vbi in infinitum, datur ſucceſſio eſt paternum. vt patet etiam ibi in tex paternum voco, quicunque ex ſuperioribus id acquiſiuit.

Tum maximè. quia lineæ, quæ in illo capitulo, in fine admittuntur ad ſucceſſionem feudi paterni, quę non admittuntur niſi in paterno, iam excedunt quartum gradum, ergo, vltra quartum eſt paternum, & iſta eſt vera Solutio, non autem illa quam tradunt Cardina. & Martin hic, quod paterni nomen eſt, vſque ad quartum, ſucceſſio autem in infinitum, quia coacti ab hoc text. qui dicit, quod paternum eſt, vſque ad quartum. quem medullitus non ponderarunt, vt poſſunt reſpondere. & dicere quod ipſi dicunt, quod fauore feudatarij eſt appoſitum, vt ei concedatur feudum nouum tanquam paternum, quamob rem non debet contra eundem contrarium effectum operari, lege quod fauore, C. de legi. non eſſet ſoluere argumentum, quia fauor accipientis fuit, vt collaterales ſuccedant, & non minus quoque fauor dantis fuit, vt vl tra quartum gradum non ſuccederent.

175 † Dic ergo vt dixi, quia paternum, & antiquum in effectu idem ſunt; quinimo lex feudalis ſemper vtitur nomine feudi paterni, non autem feudi antiqui, vt in capitulo primo de his qui feu dare poſſunt. in §. Conradus. in capi. primo, de alien. feud. pater. & in ca. primo. de natu. ſucceſſ. feud. ac vbique. Vtinamque pauciores ex ciuiliſtis. paucioraque ſuper feudis ſcripſiſſent, quoniam magis terminos confundũt, quam veras feudorum deciſiones nobis demonſtrent.

ADDI-

ADDITIONES.

EGuin. Baro originē feudorum deducit ab Auguſti ſeculo, quando & apud Ciceronē frequens fit mentio de beneficijs, quæ in Tribunos militum, præfectos, centuriones, &cę. pro meritis conferebantur, Epiſto. ſeptuageſimanona, ſub Alexandro, & deinceps conſtat ex Lampridio, in Alexand. prędia ex hoſtę capta ita donari ſolita, vt ad liberos prouenirent, ſi et ipſi militarent, vnde & limitanei duces, vel Præpoſiti, milites, caſtellani, &cę. dici ceperunt beneficiarij, lege ſecunda, & tertia, C. de fund. limi. quos Marchione appellamus. Vide eum in §. per traditionem. Inſtitut. de rerum diuiſi. Nuntius Pellicia. V. I D.

ET licet feuda ſucceſſione deferantur, Rex tamen ſucceſſor, dicit ſe Dei gratia Regem, cum a Deo regnum immediate recognoſcat, non ab aliquo, capitulo per venerabilem, qni filij ſint legitimi. Nuntius Pellicia. V. I. D.

FINIS.

1407634

Digitized by Google

Google